BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 II
41

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-22.d.25

31 a 39
31 a 39

Cat. inscr. C. R.

TRACTATVS
DE GRATIIS EXPECTATIVIS

ac aliis litteris Gratie et Iuſtitie olim bo. Me. Ioan. Staphilei Epiſcopi Sibinicen. Sacri palatii Apoſtolici cauſarum auditoris

NVPER IN LVCEM EDITI

omnibus Iuris ſtudioſis et maxime cauſidicis ac aliis. Roma. Cu. ſequen. per quam neceſſarii.

Collegij Rom. Societ. Iesu.



VENETIIS M. D. XXXX.

Cautũ ẽ edicto sũmi Põt. & Caroli. V. Imp. ac Regis Frãcie necnõ Illu. Sen. Vene. ne quis hũc librũ ĩtra decẽniũ ĩprimere uẽdere aut uenalẽ tenere audeat.

PAVLVS PAPA III.

MOTV Proprio, &c. cum ſicut Dilectus filius noſter Michael Tramezinus Bibliopola Venetus nobis expo nifecit ad cõmunem omniũ, & precipue Iuris ſtudioſorũ utilitatẽ ſua propria impẽſa diuerſa opera in utroque iure hactenus nõ impreſſa imprimi facere intendat dubitetque ne hmõi opera poſtmodũ ab aliis abſque eius licentia imprimãtur, quod in maximũ ſuũ preiudicium tenderet. Nos propterea eius indẽnitati cõſulere uolẽtes. Motu ſimili & ex certa ſciẽtia eidẽ Michaeli, ne queuis opera in utroque iure hactenus nõ impreſſa & per ipſum imprimenda per decem annos poſt impreſſionẽ dictorum operum a quocunque ſine ipſius licentia imprimi aut uendi, ſeu uenalia teneri poſſint concedimus & indulgemus. Inhibentes omnibus & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ubique tã in Italia ꝙ extra Italiã exiſtẽ. preſertim Bibliopolis & librorũ impreſſoribus ſub excõmunicationis late ſentẽtie. In terris uero Sancte Ro. eccleſie, mediate uel immediate ſubiectis et ducẽtorũ Ducatorũ auri, & inſuper amiſſionis Librorũ pena toties quoties contrauentũ fuerit ipſo facto, & abſque alia declaratione incurrẽda, ne intra decẽniũ ab impreſſione dictorum operum reſpectiue cõputandum dicta Opera tã iuris ciuilis quã canonici hactenus nõ impreſſa & per ipſum Michaelẽ imprimẽda ſine eiuſdẽ Michaelis expreſſa licẽtia dicto decẽnio durante imprimere, uẽdere ſeu uenalia habere uel proponere audeãt. Mãdãtes uniuerſis Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis epiſcopis eorũque uicariis in ſpiritualibus generalibus, & in Statu tẽporali Sancte Ro. eccleſie etiã legatis & Vicelegatis ſedis Apoſtolice ac ipſius ſtatus gubernatoribus, ut quoties, pro ipſius Michaelis parte fuerint requiſiti uel eorũ aliquis fuerit requiſitus eidẽ Michaeli efficacis defenſionis preſidio aſſiſtẽtes premiſſa

ad omnē dicti Michaelis requiſitionē cōtra inobediētes & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, ēt ſepius aggrauā. & per alia iuris remedia auctoritate Apoſtolica exequantur. Inuocato etiā ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis nō obſtā. cōſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ceteriſque cōtrariis quibuſcūque, & inſuper quia difficile admodū eſſet preſentē motū proprīū ad quelibet loca deferri uolumus & apoſtolica auctoritate decernimus ipſius trauſumptis uel exēplis, etiā in ipſis operibus impreſſis plenā & eandē prorſus fidē ubique tā in iudicio quā extra haberi que preſenti originali haberetur, & quod preſentis motus proprii, ſola Signatura ſufficiat, et ubique fidē faciat ī iudicio et extra, Reg. noſtra ī cōtrariū edita nō obſt. Placet. A.

SVpplica humilmēte il fideliſſimo ſeruitor di V. Sublimita Michel Tramezin che eſſendo lui per imprimere una opera nō piu īpreſſa del Reuerēdo domino Ioan. Staphileo Epiſcopo Sibinicenſe de litteris gratie et iuſtitie. V. Sublimita ſi degni cōcederli che per ſpatio di Anni. X. niuno altro che lui poſſi imprimer o far īprimer ſi ī queſta citta come in tutte le altre terre et loci del dominio ſuo la ditta opera, ne quella altroue īpreſſa uēder ſoto pena a chi cōtrafaceſſe di perder tutte le opere et pagar duc. x. per cadaūa, uno terzo dellaqual ſii dellacuſador, uno terzo delloficio doue ſi fara l'acuſa, et uno terzo di eſſo ſuplicāte.

Die. xix. Nouēbris. M. D. XXXIX. In Rogatis.

CHe al prefato fidel noſtro Michel Tramezin libraro ſia conceſſa che altri che lui per Anni. X. proſſimi non poſſa ſenza permiſione ſua ſtampar ne far ſtāpar l'opera dil Reuerendo Domino Ioan. Staphileo chiamata de literis gratie et iuſtitie ſi come ne la ſupplicatione ſua ſi contiene.

REVERENDI
IN CHRISTO PATRIS
D. IOAN. STAPHILEI

Vtri. Iur. Doc. Epiſcopi Sibe=
nicen. Sacri palatii Apoſtolici
Auditoris. De gratiis ex=
pectatiuis: et aliis litte
ris apoſtolicis gra=
tie et iuſtitie
tractatus.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI
Domino Hieronymo Verallo Sacri Palatij Apoſtolici Auditori, Ac apud Venetos Legato Pontificio digniſſimo Io. Lutius Staphileus Eps Sibenicen. felicitatē.

IOanne Staphileo Auunculo meo Vita functo, omnia mihi, & vite, & dignitatis ornamenta ſublata, e medio angebar miſerrime omnium ac dolebam: Nam vt preteream hominis clariſſimi, ac florentiſſima in illa preſtantiſſimi ingenium ſingulare, Incredibilemq; Iuris ciuilis, ac Pontificij ſcientiam, Summam deinde rerum in Romana Curia expediēdarum peritiam, Quid erat per Deos immortales, quod ex eius vita mihi tandem non eſſet expectandum, Sed ne diutius dolorem meum refricem graui illo ictu cōcuſſus, Ac ab omni ope rerum mearum deturbatus, Cogitabam mecum ſepe numero. Si quid mihi fortuna reliquum feciſſet, ex quo ego aliquem fructū rerum ab ipſo geſtarum perciperem, Nec quicquàm inuemebam. Nam q; de Roma. Curia vir Clariſſimus Benemeritus extitiſſet, Q̄d ad fere omnes principes Chriſtianos prouinciasq; legatione honorifice functus fuiſſet, Quod illius opera, Tum in urbe, Tum in prouincijs, Pont. Iulius Secundus Primo, Mox ille virtutum omnium parens Leo. X. Pont. Maxi. Nec non et Clemens. VII. vſi fuiſſent, hoc totum ad illius famam, ac immortalitatem pertinet: Mihi vero quod magis proficeret ex bene acta eius vita, non videbam quàm q; Dominicum Iacobatium auūculum tuum, nuper Cardinalem, Tunc vero in Sacro auditorum Ro. Curie Collegio ſotium tuum, Ita amicitia dum uiueret retinuiſſet, ita obſeruaſſet, ſicuti fecit. Quo exemplo ſepenumero ſum commonitus: Nihil ad eo eſſe mearum partium quàm tuam amplitudinē ea fide, ea obſeruantia, mihi proſequendam putare, Qua Staphilei nepotem & ueſtigia, quo ad fieri poteſt imitantem facere par eſt. Mee igitur uoluntatis erga te maius ſpecimen, quod hoc tpe darem, non habui, quàm has Staphilei mei ueſtriq; reliquias feciſſent utinam dij īmortales feciſſent, Vt que ille diurno nocturnoq; ſtudio lucubrauerat, In lucem prodijſſent. Sed ea viuenti illi, miſera illa Hiſpanorum depredatione, que. xiij. iā annis Vrbem inuaſit, deperierunt. Hoc autem opus, neſcio quo fato, multo mihi antea ſeruandum tradiderat. quod cum in hunc diem penes me tenuiſſem, Nō potui amplius ſubſtinere quo minus illud tibi offerrē. Quod tu ampliſſime pater accipies tuo ductu tuiſq; auſpitijs euulgandum. Vnde ad virtutes tuas, ac res egregie geſtas, accedat hoc etiam ſingulare erga poſteros beneficium. Vale & mei ſis memor.

IOANNIS STAPHILEI ARCH. TRAGVRINI VTRI. IVR. DOCT. ROME ordinarie legent's mox epiſcopi Sibinicen. Sacrique palatii apoſtolici auditoris ſuper gratiis expectatiuis et aliis litteris apoſtolicis in primis gratie Deinde iuſticie tractatus feliciter incipit.

QVIA omnis cognitio a generalibus incipit iuxta illud ſapientis. Tunc opinamur unũquodque cognoſcere cũ cauſas cognoſcimus primas & prima principia uſque ad elementa. quod optime ſeruarunt ſapientes noſtri ut patet in.l.i.ff. de iuſti.& iure.& inſtit.eodẽ. ibi. Hiis ita generaliter cognitis in.l.i.ff.ſi cer.pet. & in titu. de ſeruitutibus cum rubricis ſequentibus. Ideo tractaturus in primis de litteris gratie inuocato diuini nominis ſuffragio. Premitto illud quod dicit Io.an.in addi. Spec. ſuper Rubrica de conceſ.preben. quòd olim Romani Pont. raro & cum difficultate concedebant gratias beneficiales ea ut ego opinor ratione. quia ab initio plena poteſtas omnium huiuſmodi iurium Epiſcopis in eorum epiſcopatibus fuit atributa ut notat Inno. in.c.poſtulaſti de iurepatr.et glo.in.c.quã quã.de elec.lib.vi. et ob id non facile grauabant eoſdem arg. tex.in.c.peruenit.xi. q.i.ibi nã ſi ſua cuique iuriſdictio.etc. Hinc eſt quod in Decretis de iſta materia non tractatur uerum poſtea procedente tempore inceperunt eas dare parce tamen et curialiter. ut notat Panor.in.c.conſtitutus.in primo not. de reſcrip. nam cum Papa ſcribebat pro aliquo beneficiando dabat ſucceſſiue tria

Menſes autem ordinariorũ ſunt hii uidelicet Martius Iunius September et December. Reliqui octo ſunt apoſtolici in quibus ordinarii in conferendo excluduntur propter inhibitionem et decretum que apponuntur in gratiis expectatiuis Cle.i.§. ſecus de conceſ.preben. Predicta autem regula et particio ut ita dictorum mẽſium fuit iuſta et rationabilis quia cũ Papa ſit uniuerſalis ordinarius omnium.c.per principalem et.c.cuncta per mundum.ix.q.iii.ſitque ſolus ipſe in plenitudinẽ eccleſiaſtice poteſtatis aſſumptus alii inferiores in partem ſolicitudinis.c.ad honorẽ de auct. et uſupal. ideo iuſte et conuenienter ampliori prerogatiua dignum ſe iudicauit reſpectu pluriũ menſium et collationes ſuorum executorum uel ſubexecutorũ in dictis octo mẽſibus collationibus ordinariorum pretulit per illud quod habetur i.c.ſi a ſede de prebẽ.lib.vi. Per quẽ tex. cum ſua ratione iunctis premiſſis infero quod etiam in menſibus ordinariorum Papa non abdicauit totaliter a ſe poteſtatẽ conferendi ſed uenit accumulatiue cum ordinariis conſequenter inter eos locus eſt preuentioni arg.l.fi.C.de iur.om.iud.et eorum que notantur per doct.in.c.cũ contingat. de foro cõpe.

Menſes ordinariorũ.

Iſtud tamen quod dico de preuentione inter papam & ordinarios in menſibus ordinariorũ debet ſane intelligi ut procedat quo ad beneficia uacantia in quibus papa per ſeipſum apponit manum per ſuam ſignaturam & nouam prouiſionẽ quod poteſt per ſuperius dicta. ſed illa non poſſunt per expectãtes acceptari nec per executores aut ſubexecutores eiſdem conferri prout diſponit regula de menſibus ordinariorum decernens irritum & inane &c. Que regula procedit & habet locum etiam ſi in aliquo illorum quattuor menſium ordinariorum concurreret

Preuentioni inter ordinarios et papã locus eſt in menſibus ordinariorum.

Expectatiue non cadunt in mēſibus ordinariis etiā ſi data illarū et fulminatio proceſſuū caderent in ipſis.

data Expectatiuarum et fulminatio proceſſuum. ex quo per prius uirtute illius regule fuit preſeruatum ius ordinariorum quo caſu conceſſio principis ſubſequens uidetur facta ſine preiudicio illorum iuxta tex. uulgatum notabilem tamen in.l.ii.§. ſi quis a principe.ff.ne quid in loco publico ubi dicitur quòd ſi quis impetrauit a principe ut poſſit edificare in loco publico non uidetur conceſſum ut cum incōmodo alterius ſeu preiuditio edificetur ad idem tex. in.c.ſuper eo. de officio delega. cum concor. Hinc eſt quòd ſignatura non ſignat aliquid propter quod uel beneficia perpetuo extinguantur uel perdant ea clerici ſeculares aut quando tollitur in epiſcopo ius conferēdi ſimiliter certum legatū ad certum opus pium deputatum non ſolet cōmutari in aliud eque piū niſi ex ſpeciali gratia clem. quia contingit de rel.do.arg. ut ſupra quod procedit etiam ſi conceſſio principis fiat motu proprio prout ſolet fieri conceſſio expectatiuarū ſecundum Io.an.in.c.ſi motu proprio.de preben.li.vi. et Io.Cal.in.c.mandatum de reſcrip.quos refert in hoc et ſequitur Panor.in.c.i.in.viii.col.de iudi.bene facit tex.i.c.quāuis.de reſcrip.li.vi.et quod per illum dicit una deciſio in antiquis.ccccclviii.īcip.poſtquā titius et hoc niſi aliud appareat ſpecialiter et expreſſe de mente pape in beneficialibus iuxta.c.pe. et fi.de preben.lib.vi.cum ſimilibus

Ampliatio ad .l.ii.§. ſiquis a principe.

Ex quibus īfero quòd fulminatio proceſſuū ī expectatiuis Iulii pape.ii. que fuit facta decimaquinta Maii nō debet trahi ad diē date expectatiuarum que fuit Kl. Martii et ex hoc ſequitur magnus effectus quòd collationes ordinariorū que facte fuerūt a Kl.Martii uſque ad decimāquartā Maii ualet et tenēt per ſupradicta et per regulā que diſponit quod nullus ualeat acc

Valuerūt collationes ordinariorum a Kl. Martii uſque ad .xiiii. Maii.

ceptare aliquod beneficiũ uel illud aſſequi litteris nõ expeditis et ante factã fulminationem. quia gratia principis ante confe= ctas litteras eſt quedam res informis et imperfecta que poſtea per confectionẽ et expeditionẽ litterarũ pollitur et ad ſuũ eſſe perfectũ per dationẽ certorũ executorum reducitur ut dicit Deciſio.ccccl viii.incip.circa ſecundum.in nouiſ.

Hinc dicitur ꝗ in beneficialibus littere expedite habentur lo= co tituli ut notat Cõpoſt.in.c.conſtitutus ad fi.de reſcrip. et Io.an.in.c.unico.de litis cont.li.vi.et ideo ſolet per unã regu= lam inhiberi bullatoribus et aliis officialibus ne litteras ſuper gratiis expectatiuis antequã proceſſus deſuper decreti fuerint partibus tradere preſumant. faciũt ad hoc notata per Arch. et Io.an.in probe.libri.vi.et per dominos de Rota Dec.ccc= xxxii.incip.Licet Romana curia etc. Cum ergo expeditio litterarum et fulminatio proceſſuũ in gratiis expectatiuis Iulii fuerit facta.xv.Maii certe uidetur quòd beneficia que ĩ antea uacarunt etiã ĩ mẽſe apoſtolico potuerunt ualide conferri per ordinarios ex quo expectantes illa tunc acceptare ſeu aſſequi non ualuerunt ut dixi.

Littere habẽtur loco tituli in beneficialibus

Et tenendo hãc partem poteſt dici ꝙ non obſtat decretum irritãs appoſitum in dictis gratiis expectatiuis per quod ex nunc de= cernit irritum et inane etc. quia reſpondetur ꝗ illa uerba re= ſtringuntur ad habilitatẽ litterarum.q.di.ex nunc.i.litteris ple ne et perfecte expeditis et decreta fulminatione proceſſuum.et non antea quando littere ſunt adhuc informes et inhabiles re= ſtringuntur ergo illa uerba de habilitate arg.l.ut gradatim.ff. de mun.et honor.et eorum que notat Bar.et moder.in l.i.§. nunciatio.ff.de oper.no.nun.ubi ponunt quando ſignũ uniuer=

De dictiõe ex nunc.

ſale recipiat limitationem et reſtrictionem. facit glo. in.c.i. de conſtitu.et in.c.dilecto.de ſent.excom.lib.vi. et quod eleganter ſcribit Domi. conſil.cxxxiii. in.iiii. colum. ubi dicit ꝙ decretum appoſitum in gratia non afficit niſi beneficium cadens in illa quia intelligitur modificatum ſecundũ modificationem gratie pari modo poteſt dici in iſto caſu ut tale decretum dicatur eſſe potens & habile ad producendum ſuum effectum ſtante potentia & habilitate litterarum quoad earũ effectus acceptationis ſcilicet & ſimilium nec fulminatio que poſtea ſequuta eſt retrotrahitur ad datam litterarũ ſtantibus collationibus ordinariorum dicto.c.quãuis cũ aliis de quibus ſupra & pro hac parte inclinant multi in caſu qui iam eſt in facto licet nõnulli teneant contrarium quoad beneficia que uacarunt de menſe Aprilis uſque ad.xv. Maii:quia cum predicti menſes ſint apoſtolici licet expectantes ante fulminationẽ proceſſuum non potuerint acceptare per rationes & motiua de quibus in parte affirmatiua conſtat tamen ſecundum eos quod ligate erant manus ordinariorum in dictis menſibus apoſtolicis propter decretũ appoſitum in gratiis huiuſmodi.quod quidem decretum licet nullum interim attulerit cõmodum expectantibus. attamen a data litterarum impediuit ordinarios in conferendo in menſibus apoſtolicis hec eſt enim natura decreti quia per illud uidetur ſuperior habere pro illicito oẽ quod fieret in contrarium ſecundum Panor.in.c.dilecto in.iiii. col. de prebend.

Decretũ intelligit modificatũ ſecundũ modificationẽ gratiæ.

Preterea ubi apponitur clauſula decreti uidetur illud eſſe datũ pro forma ſecundum Bal.in.l.i.ff.de lib.& poſth.& ſequitur dominus Feli. cum aliis quotis in.c.cum acceſſiſſent de conſti.

Vbi apponitur clauſula decreti

& in.c.cum dilecta de reſcrip.conſtat autẽ quod actus geſtus non ſeruata forma eſt nullus iuribus uulg. Tandem in iſto cõflictu rationum inclinarem ego in primam partem affirmatiuã fauendo collationibus ordinariorum que ſunt fauorabiles & ampliande ut dicit glo.in.c.i.in uer.proceſſus ad finem de reſcrip.lib.vi.& in cle.ii.de offi.ordi.quam in hoc dicit eſſe notabilẽ Panor.in.c.ſi quis contra clericũ in.ii.col.de foro cõpe. — uidetur illud datum pro forma.

Nec eſt uerum quòd decretum ſtatim a data litterarum ligauerit manus ordinariorum ex quo littere nondum erant perfecte expedite ſed reſpiciebant actum de futuro ſcilicet fulminationẽ qua mediante debebant conſequi ſuam perfectionẽ conſequẽter ipſum decretum fuit interim ſuſpenſum in euentum futurum quòd ſatis bene comprobatur ex clemen.cum ei quem in princi.de conceſ.preben.iuncta glo.in uer.ex tunc. que expoſuit dictionem ex tunc pro ex nunc & econuerſo & hoc eſt de iure quòd una dictio pro alia ponatur prout eſt neceſſe ut dicit glo.in.l.eas cauſas.ff.de condi.& demõ.& ſequitur Pet. de ancha.exponendo dictionem ex nunc pro ex tunc in conſil. ccxix.incip.mirum prima facie &c. nec ſemper dictio ex.denotat cauſam proximam & immediatam ſed quandoque ſignificat remotam ut eſt bonus tex.& ibi hoc colligit Bar.in.l.i. §.ex incendio.ff.de incend.rui.naufr.& in.l.nõ dubiũ.C. de legibus per moder.can.in.c.inter dilectos.de fide inſtr.pari modo non ſemper importat tempus inſtans ſed futurum ut in caſu predicto.

Vna dictio ponitur pro alia prout eſt neceſſe.

Dictio. ex non ſemper denotat cauſam proximam uel tẽpus inſtãs.

Ex predictis infertur unũ aliud uidelicet quòd beneficia que uacant in menſibus apoſtolicis non ſunt reſeruata Pape eoipſo ꝙ concedit gratias expectatiuas ita ꝙ ordinarii nullo mo

do poſſint de illis diſponere ſed quatenus huiuſmodi gratie concernunt eorum collationes & eo caſu tunc demum impediunt ordinarios in conferendo & non alias quãdo ſunt plene et perfecte expedite ut ſuperius dixi.

Collatio ordinarii in menſibus apoſtolicis ſi non ſunt ibi expectantes ualet.

Hinc eſt ꝙ ſi nemo expediuit gratiam expectatiuã ad collationem alicuius ordinarii. ille poterit conferre in menſibus etiam apoſtolicis. Habet.n.manus liberas et per nullã reſeruationẽ aut decretum ſeu aliquas litteras papales impeditas. nã de iure cõi poteſtas ordinariorum in conferendis beneficiis ſuarum collationũ non reperitur limitata ſeu reſtricta ad certos menſes imo quandocunque contingit uacare ea conferre poſſunt dummodo non differant per ſex menſes iuxta diſpoſitionem concilii lateran.c.licet. de ſupp.negl.prelato. et in.c.nulla. de conceſ.preben.et in hoc ſunt melioris conditionis ꝙ̃ papa qui ſi beneficia uacantia in curia non conferat infra menſem a die uacationis numerãdum. illi ad quos collatio pertinet poſſunt illa conferre.c.ſtatutum.de preben.li.vi. Licet ille tex.non habeat locũ quando papa etiã reſeruaſſet illa poſt menſem.prout fecit Boniſa.per extrauag.ſuã que incipit pie ſolicitudinis.et Ioan.xxii.per aliã.que incipit ex debito.

De mẽſibus alternatiuis

Hec eadẽ dico procedere in mẽſibus alteratiuis qui aliquibus ordinariis concedũtur qui non extantibus ibidẽ expectatiuis habent omnes menſes ad cõferendum. alias alternatis menſibus conferunt in quibus pari modo non eſt locus expectatiuis niſi illis ſpecialiter in eiſdẽ derogetur iuxta notata in.c.i. et in.c. cum ordinẽ.de reſcrip.faciẽdo mentionẽ de mẽſibus alternatiuis in parte diſpoſitiua gratie per illud quod habetur ĩ cle.i.§. ſi.de preben. ubi probatur quòd expreſſio clauſule exprimẽde

Expreſſio clauſule exprimende debet fieri in parte diſpoſitiua.

debet fieri in parte diſpoſitiua alias non prodeſt ad quod etiā facit quod ſcribit lapp.allegatione.xv. iuxta meum ordinē et dominus Ant.in.c.cum noſtris de conceſ.preben.de clauſula amoto quolibet illicito detentore etc.

Poſtremo quoad iſta euidētialia non obmitto unum uidelicet ꝙ non dātur reualidationes gratiarum neque ſecunda gratia expectatiue.et ideo quādo gratia expectatiua in ſe habet ad inſtar deſcriptorum uel aliquā diſpēſationem tunc ponitur data iſto modo.et ſub data currenti que perinde ualeat ac ſi ſub data Kl.Martii littere expedite fuiſſent. Attento quod aliā gratiam expectatiuam a nobis non obtinuit. quando uero non habet ad inſtar. neque diſpenſationē: tunc ſimpliciter dicitur et ſub data Kl.Martii pontificatus noſtri anno tertio.

Hiis ita in genere prelibatis deſcendendum eſt ad ſpecialia quia ut inquit Philoſophus tunc ueriores efficiuntur ſermones noſtri cum ad indiuidua deſcendimus.

Quapropter in prima parte huius primi tractatus circa litteras beneficiales ſubiiciam uarias formas huiuſmodi litterarum incipiendo a gratiis expectatiuis deinde percurram plures formas executorum qui deputantur in mandatis de prouidendo. dicam etiam de executoribus ad compellendum et poſtremo de mixtis.

Partes huius opis circa litteras gratioſas.

In ſecunda parte ponam qualitates omnium beneficiorum ad effectum ut ſciri poſſit que et qualia beneficia includantur in quaslibet forma litterarum beneficialium item que ſint compatibilia et que non.

In tertia dicetur quot & quibus modis contingit uacare beneficia ipſo iure,& etiam per priuationem in forma iuris,& de mul

tis modis prouiſiuis. & hoc quo ad ualiditatem uel inualiditatem impetrationum et prouiſionum.

In quarta conſiderabo uim et effectum clauſularum que in huiuſmodi litteris apponuntur maxime quos effectus operatur clauſula motus proprii.

In quinta ſuccincte attingam de durabilitate litterarum hoc eſt quibus modis expirant littere ad beneficia.

Poſtremo in ultima parte dicam plenius de prerogatiuis expectantium et de multiplici intellectu regule prerogatiuarum. et hec erunt latius attingenda quia ſunt admodũ quottidiana iuxta illud uulgatum in.l. legaui.ff. de liber. lega. uerum quia (ut inquit Hieronymus conteraneus meus mihi pre aliis ſanctis et electis dei merito honorandus) in epiſtola contra uigilantium et in expoſitione ſymboli in prin. qui ſcribit multos ſumit iudices dum facile alter in alterius ingenium inuehitur: ſi legentes has meas lucubrationes aliquid quod ſit carpendum deprehenderint. cogitent huiuſce prouincie non paruum onus et ſubiecte materie naturam que maiori ex parte innititur ſtilo curie qui ut dicit Hoſt. in prin. ſũme. modo eſt albus modo niger. et ideo ſi in parte aliqua (quod non credo) deuiabo a ſtilo nõ erit hoc tantopere improbandum quia ille potius in facto quã in iure cõſiſtit ut innuit tex. in. c. ex litteris. de conſtitu. ibi tam iuris canonici quã noſtri moris etc. per quem dicunt ibi aliqui moderni quod ſi in reſcripto delegationis mandetur cauſam debere cognoſci et terminari ſecundũ iura canonica et delegatus procederet ſecundum ſtilum curie contrarium iuri canonico nulliter procederet quia aliud eſt ius Canonicum aliud ſtilus curie Romane conſequenter uideretur exceſſiſſe fines mandati

Stilus modo eſt albus modo niger.

Stilus curię ro. non eſt ius canonicum.

dati iuxta notata in.c.cū dilecta de reſcrip.ex quo apparet quòd ignorātia illius in aliqua parte nō habetur uſqueadeo intollerabilis prout ignorantia iuris,quia ut dixi ex tēpore uariatur iuxta illud in.c.nō debet.de conſan. & affi. Spero tamen quòd etiā circa ſtilū non errabo quia cū ſtilatis et magnis practicis quotiēs opus fuit in multis cōmunicaui et multa ab eis ſuper ſtilo didici iuxta tex.in.l.ſi auiā.C.de inge. et manu. dū dicit.ſi cū peritioribus tractatū habuiſſes.facile cognoſceres.ad idē bonus tex.in.l.ii.§.ſi.ff.quis ordo in bon.poſ.ſeruetur.ibi conſulēdo peritiores etc. Quòd ſi ab aliquibus(prout ſepius et multis et magnis uiris euenire ſolet)carpi has meas uigilias contigerit propter naturalē hominū ad diſſentiēdū facilitatē ut inquit iureconſ.in.l. itē ſi unus.§.principaliter.ff. de arbit. eis uice noſtra reſpondebit. Idē hieronymus in prologo paralipomenon.quē ad hoc propoſitū allegat feli. in probe. decreta. dicens ſepe rodentes in publico detrahunt quod in angulis libenter legunt.ſed de hiis hactenus.

Inter formas igitur gratiarū expectatiuarū primū ſe offert illa ſm quā pauci expediūt ideo ipſa quoque erit paucis expedienda, uidelicet quādo creatur canonicus in una eccleſia tātū. cū reſeruatione prebēde conferēde per certū executorē deputatū. ſub hac forma:canonicatū in eccleſia paduana cū plenitudine iuris canon.apoſtolica tibi auctoritate conferimus et de illo ēt prouidemus prebendā uero etc. necnon dignitatē perſonatum adminiſtrationē uel officium etiā ſi ad illā illū uel illud conſueuerit quis per electum aſſumi.etc.prout hec forma colligitur ex text.cum ibi notatis in.c. ſi poſtquā.de preben.lib.vi.circa quam notanda ſunt aliqua.et

Qñ creatur canonicus in una eccleſia.

In canonicũ creatus dicitur uerus canonicus ẽt ante quã conſequatur prebendam.

Primo quòd creatus canonicus per Papã dicitur uerus canonicus etiã anteq̃ cõſequatur prebẽdã quia iã habet illud quod eſt dignus:uidelicet canonicã que eſt quoddã ius ſpirituale expectãt autẽ prebẽdã que conſiderata in abſtracto eſt quid tẽporale ut notat Panor.poſt gl.in uer.receperũt in.c.cũ.m.ferr.de cõſti. et Inn.in.c.maioribus de preben. Ex iſta creatione ĩ canonicũ etiã ante adeptã prebẽdã cauſantur aliqui effectus.primo quia creatus in canonicũ honorãdus ẽ ut canonicus ſupra alios ſimplices clericos nã magnus honor eſt eſſe canonicũ eccleſie cathedralis ut dicit Inn.in.c.fraternitatẽ.de ſepul.quẽ in hoc refert una Dec.in nouiſ.cxxxvi.incip.uoluerũt domini.ubi per hoc infertur quod diſpenſatus per epiſcopũ ſuper illegitimitate nõ põt cõſequi prebẽdã eccleſie cathedralis propter eminẽtiã et maioritatẽ quã habẽt canonici eccleſie cathe.pre aliis clericis ciuitatis et dioceſis nam ipſi dicuntur eſſe pars corporis eccleſie et epiſcopi.c.requiſiſti.de teſta.cũ ſimilibus.Hinc eſt quòd de ſtilo curie datur unio de parrochiali.Canonicatui quia canonicatus ẽ dignius beneficiũ quãdo eſt in cathedrali.c.ſuper eo.de prebẽ.li.vi.ad indigniorẽ.n.non datur unio.puta quod uniatur parrochialis capelle.

Magnus honor eſt eſſe canonicum eccleſie cathedrali.

Canonicatus an ſit dignitas.

Hinc ẽ quod canonicus creatus in cathedrali põt dari delegatus a ſede apoſtolica per rõnẽ de qua ſupra prout tenẽt doc.in.c. ſtatutũ.§.i.de reſcrip.li.vi.licet tex.ibi uideatur innuere quòd canonicatus nõ ſit dignitas quia prius dicit de cõſtitutis in dignitate poſtea ſubiicit ſeu canonicis.nihilominus negari nõ põt quin ſit honor et preminẽtia et iõ dicit Panor.in.c.cãm.in.iiii. col.de iudi.quòd canonicatus et prebẽde cõiter cõferũtur ciuibus optimi ſtatus et cõditiõis et qui multũ pre aliis honorãtur.

Cauſatur et alius effectus ex ſola canonia quia creato in canonicum licet nōdū ſit conſecutus prebendā cōpetit ſtallū in choro et uox in capitulo prout in littera executoria expreſſe dicitur. et clare probatur in.c.pro illorū in fi.de prebē. notat Arch.in c.hii qui.e.ti.li.vi.et ideo debet intereſſe tractatibus et alienationibus fiēdis per capitulū cū aliis canonicis actu prebēdatis ſm Inno.et ibi late dixi legendo iſto anno in.d.c.cum.m.ferr. ſuper uer.canonicos in fi.

An creatus in canonicū debeat ante conſequutā prebēdam habere iura canonicalia et que.

Naſcitur etiā alius effectus quia ratione ſolius canonicatus participat de diſtributionibus quottidianis et de cōibus redditibus ac ſuperexcreſcētibus fructibus ut per dominū Ant.et mode. in.d.c.cū.m.ferr. Quod abſque dubio procedit de iure cōi quādo in gratia dicitur prout cōiter dici ſolet cum plenitudīe iuris canon. Que uerba includunt predicta iura canonicalia et precipue perceptionē quottidianarum diſtributionū ſecūdū eundē dominū Ant.in.d.c.pro illorū ad fi.per tex.bene probantē in.c.fi.§.in illis uero.de conceſ.preben.li.vi.Idem tenet feder.de ſenis conſi.ccxc. incip.quia in preſenti.ubi aſſignat ad hoc rōnem ex mente Inn. in.c.cumana.de elec. & in.c.in litteris in prin.de reſti.ſpo. uidelicet quia eligere itē intereſſe cōibus tractatibus et alia conſimilia dicuntur eſſe fructus poſſeſſionis ſeu quaſi poſſeſſiōis canonicalis ut dicit Io.an.licet nō allegetur per Fede.in addi.Spec.in ti.de teſte.§.nunc uidendū in additionē magna ſicut et conferre beneficia inter bona epiſcopalia & fructus cōputatur ut dicit glo. in.c.cū olim.de ma.& obe.ergo poſtq̄ creatus in canonicū habet quaſi poſſeſſionē iuris canonicalis certe ſequitur quod debet habere hmōi fructus & ſic iura canonicalia cū ſit uerus canonicus etiā ante

Verba illa cū plenitudine iuris canonici quid īportant.

Eligere & cōferre beneficia īter fructus cōputantur.

conſecutā prebendā ut ſupra dixi.& ideo dicit Io.an.& poſt
eū Domi.in.c.ſi is cui.uer.ſed & ſi.de prebē.li.vi.quod crea
tus & receptus ultra numerū pōt habere dignitatē cōſuetā cō
ferri canonico tātū.quia appellatiōe canonici pōt cōprehēdi ca
nonicus nōdū prebēdatus per ſupradicta.Et licet iſta ſint ue
riſſima de iure.nihilominus de cōſuetudine fere ubique ſerua
tur cōtrariū.nā creati in canonicos anteq̄ aſſequātur prebendā
intra numerū nō participāt de quottidianis diſtributiōibus nec
de aliis obuētiōibus canonicalibus imo uocātur canonici in her
bis nec retinēt perpetuo illū canonicatū collatū per Papā.ſed
uacāte prebēda diſtincta canonicali et collata tali expectāti ſta
tim ille cōſequitur nouū canonicatū intra numerū et primus re
dit ad papā prout formaliter atteſtatur Deciſ.Rot.ccccxlv.
incip.ſi legatus in nouiſ.et ualet talis conſuetudo ſm dominos
ibid.et.d.Ant.i.d.c.cū.m.fer.et imo.ī cle.ſiā.ii.col.de prebē.

Canonici ī herbis.

Poſtremo nō obmitto illud quod peritioribus ē ſatis notū ſed aliis
forte incognitū.q̄ ubi quis ē creatus canonicus duo tātū ibidē
aſſequi pōt prebēdā.uidelicet ī eccleſia cathedrali ſed nō ī col
legiata.Itē dignitatē aut perſonatū uel officiū ſiue admīſtra
tionē pur ī cathedrali dūmō maior poſt pōtificalē ibidē nō re
putetur extra cathedralē nullū beneficiū acceptare pōt q̄uis pa
ratus ſit dimittere dignitatē debitā ſibi ī cathedrali uigore ha
rū litterarū et eē cōtētus uno beneficio q̄uis minoris ualoris.et
hoc propter formā litterarū que ad illa duo ibidē et nō alia ſeu
alibi ſe extēdūt.que quidē forma exacte et ad unguē ē ſeruā
da.c.cū dilecta cū ibi notatis de reſcrip.maxīe ī beneficialibus
c.q̄uis et.c.cui de nō.de prebē.li.vi.An aūt creatus cano.ī hi
ſpania poſſit ultra illa duo obtīere preſtimōia dicet ī.v.forma.

Creatus canonic⁹ duo pōt cōſequi in cathedrali extra illam nihil preterquā ī hiſpania.

Secunda

Secunda forma eſt quando creatur quis canonicus in duabus eccleſiis per hec uel conſimilia uerba.uidelicet unum Paduan. & alium uincentinum eccleſiarũ canonicatus cum plenitudine iuris can.apoſtolica tibi auctoritate conferimus &c.unã uero Paduan.& aliam uincen.predictarum prebendas.nec non dignitatem perſo.admi.uel officium alterius earundem eccleſiarum etiam ſi per electionem &c. Iſtam formam ego non reperio de iure ſcriptam: quia per illam conferuntur duo canonicatus & reſeruantur due prebẽde in duabus cathedralibus et ſic hec forma et ſequens ſunt contra diſpoſitionem iuris cõmunis ut apparet in.c.ſanctorũ.lxx.di.ubi dicitur quòd nõ debet quis eſſe canonicus prebẽdatus in pluribus eccleſiis,et multo minus in eadẽ ecle.ſi.de preben.ubi eſt expreſſum quòd adeptus in certa eccleſia dignitatem habentem prebẽdam annexã perdit primam prebendam quam obtinebat ibidem et etiam canonicatum annexum prebende ut uolunt ibi doct. et clarius Philipp.franc.in.c.cum in eccleſia in glo.iii.in fine eodem tit. lib.vi. Ratio premiſſorum colligitur ex tex.in.c.quia in tantũ de preben.ubi dicitur quòd multitudo et pluralitas prebẽdarũ canonibus inimica diſſolutionis materiam et euagationis indu cit certũque continet periculum animarum. Nihilominus non obſtante premiſſa diſpoſitione iuris communis poteſt Papa de iure ſupra ius diſpenſare.c.propoſuit.de conceſ.preben.diſpẽſare autem intelligitur concedendo litteras in hac et ſequenti forma ex quo maxime apponit clauſulas derogatorias ut eſt notum. Sed nullus inferior poſt Papam hoc poteſt diſpenſare ſcilicet ſuper pluralitate prebẽdarũ nedũ ĩ eadẽ eccleſia ſed nec in diuerſis prout atteſtatur Domi. in.d.c.ſanctorũ dicẽs

Quando creatur canonicus in duabus eccleſiis.

Habere plures canonicatus prebẽdatos et in diuerſis eccleſiis prohibitum eſt de iure.

quod hoc cõiter tenẽt oẽs et quod ſic ſeruat curia allegat Inno. I.c.fi.de cle.nõ reſi. Quod ego ĩtelligo & limito dupliciter. Primo ut duo uel plures canonicatus prebendati poſſint obtineri per diſpenſationem Pape tantum & non alicuius inferioris. Hoc ſit uerum et procedat quando ipſe prebende ex ſtatuto uel conſuetudine requirerent reſidentiam quia ut dicit Hoſt. in.c.ſuper inordinata.de preben.ſicut in pluribus caſtris quorum quodlibet requirit certos homines ad ſui cuſtodiam non poteſt quis obtinere locum plurium ita et in duabus uel pluribus prebendis requirentibus reſidentiam niſi accedente diſpenſatione Pape.ſecus ergo ſi non requirunt reſidẽtiam quia tunc poſſunt licite obtineri ſi conferantur per inferiorem et hoc modo debet intelligi opinio Inno.in.c.cũ iam dudũ.de prebẽ.

An iſferior poſſit diſpẽſare circa duos canonicatus prebendatos.

Secundus caſus eſt in quo inferior poteſt diſpenſare ſuper pluribus prebendis in diuerſis eccleſiis quando una ex illis prebendis eſſet tenuis et minus ſufficiens ſm Ioã. an. in.c.litteras.de conceſ. preben. quẽ hoc modo intelligit et declarat Panor.in dicto.c.cum iam dudum in diuerſis eccleſiis: ideo dixi quia non poſſet inferior diſpenſare ut quis in eadem eccleſia habeat duos canonicatus et ſic duo conformia: licet in diformibus poſſit ut puta quod ſub eodem tecto quis habeat dignitatem et canonicatum cum prebenda pari modo ualet in hoc probatur in.c.cum in eccleſia. et in.c.ſi is cui.de preben.lib.vi.et ibi hoc colligit franchus.ſed non ualet circa duo conformia puta duas dignitates uel perſonatus ut in.c.i.de conſuetu. eod. lib. idem puto de duobus canonicatibus ſub eodem tecto per hoc quod ſequitur. Ratio diuerſitatis eſt quia per diſpenſationem in diuerſis eccleſiis uel in eadẽ circa difformia non frãgitur nu

Facilius diſpenſat circa difformia beneficia q̃ circa cõformia.

merus in eccleſia nec illi tollitur ſuffragium canonicorum ſed circa conformia leditur eccleſia et frangitur numerus ulterius circa hanc formam aduertendum eſt ad aliqua.

Et primo dum in ea cum miſterio dicitur nec non dignitatē etc. alterius earundem eccleſiarum. iſta uerba hoc important quòd ultra duas prebendas unam ſcilicet in qualibet non poteſt expectans in hac forma et ſequenti conſequi niſi unam dignitatē uel unū perſonatum aut admi. uel officiū in altera illarū eccleſiarum. quod clarius ſpecificatur in forma ſequenti dū dicitur in una ipſarum etc. et debet ītelligi quod aliquod predictorū non habeat prebēdā annexā quia alias conſequeretur duas prebendas in eadē eccleſia quod eſt prohibitū de iure ēt quando altera eſt annexa ut probatur in cle. ſi. de prebē. et notat Io. an. in. c. litteras. de conceſ. prebē. ex quo apparet quod due prebende ſunt magis incōpatibiles ſub eodē tecto ēt ſi altera eorū ſit annexa quā ſit dignitas cū eccleſia parrochiali que eſt annexa prebēde ī eccleſia cathedrali ut probatur in. c. ſuper eo. de prebē. li. vi. hoc uerū eſt et procedit niſi in litteris aliud diceretur per quod appareret quod Papa ītellexit de duabus prebēdis obtinēdis ſub eodē tecto quia tūc nō eſſet recedendū a uerbis Pape. c. ſi Papa de priuil. li. vi. et in. l. non aliter. ff. de leg. iii.

Habēs gratiā in canonicū creatū nō pōt conſequi dignitatē habētē prebendā annexam.

Secūdo debēt intelligi illa uerba. de dignitate etc. dū nō aliquod illorū. i. dignitas uel adminiſtratio etc. nō ſit maior poſt pontificalē ibidē que expreſſe ī litteris excipitur et rō eſt quia tales dignitates que ſunt uel reputātur maiores poſt pōtificales ſunt per regulas cācellarie reſeruate conſtat aūt quòd hmōi littere nō extēduntur ad dignitates et beneficia ſpāliter aut generaliter reſeruata uel affecta ſm domios de rota dec. cccclxxxix.

Executor nō pōt prouidere expectāti de bñficio reſeruato vel affecto.

ĩcip.nũcius apoſtolicus ĩ nouis ad quod benefacit tex.ĩ.c.ii.de prebẽ.li.vi.niſi in litteris reſeruatis caueatur expreſſe nã aliqui habẽt ad unũ reſeruatũ ut cãtores pape ſed iſtud quod dicitur de dignitate debet ſane ĩtelligi dũmodo dignitas huiuſmodi maior poſt pontificalẽ ualorẽ decẽ florenorũ auri ſm cõmunem extimationem excedat iuxta regulam cancellarie alias ſi eſt infra dictum ualorem includitur in litteris quãuis reputetur ibidem maior poſt pontificalem nam ex quo talis dignitas non cẽſetur reſeruata certe cadit ſub expectatiua et poteſt acceptari arg.eius quod legitur et notatur in.l.i.§.ſi ſtipulãti.ff.de uer.ob.et in.l.cum pretor.ff.de iudi.iuncto.c.nõne.de preſump.neſcio tamen ſi Rota hoc admitteret quia littere hoc nõ diſtiugunt ergo nec nos diſtinguere debemus.l.iii.cum glo.ff.de offi.preſi.l.de pretio.ff.de publici.

Dignitas maior poſt pont. quo caſu includitur ſub expectatiua.

Dignitas maior poſt põtificalẽ,

Que autem dicatur dignitas maior poſt pontificalem in hoc debet attendi conſuetudo et reputatio illius eccleſie ut notatur in.c.deliberatione de officio leg.lib.vi.et ponũt domini de Rota dec.clxxxiii.incip.de theſauraria in nouiſ. Et per hec remanent declarata illa uerba nec non dignitatem etc.alterius earũdem eccleſiarum. Si quis autem uult in qualibet eccleſia ubi creatur canonicus habere dignitatem opportet ꝙ prius obtineat diſpenſationem ad duo uel tria incompatibilia et demum circa principium gratie ſue expectatiue dicatur iſto modo uidelicet cum quo dudum ut duo incompatibilia beneficia etiam ſi dignitates perſonatus admi. uel officia forent et ad eos etc. ſi tibi alias canonice conferantur recipere et inſimul retinere libere et licite ualeres appoſtolica fuit auctoritate diſpenſatum premiſſorum meritorum tuorum etc.et iſto caſu nõ

Caſus in quo creat' canonicus ĩ duabus põt habere unã dignitatẽ ĩ qualibet illarum.

dicitur dignitatem alterius earundem ſed earundē eccleſiarū fit autē talis narratio diſpenſationis iā obtente cū miſterio quia alias uirtute gratie ad duo incōpatibilia nō cenſeretur diſpēſatū ſuper retētione utriuſque ut eſt caſus not.in.c.non pōt.§. cum uero.de preben.lib.vi.

Quid autē ſi utraque dignitas in caſu premiſſo requireret reſidentiā an ſuper illa cenſeatur diſpēſatū uirtute taliū litterarū dico quòd ſic ut tenet glo.in.c.ſi quis in clero.vii.q.i.ubi dicit quòd ex quo diſpenſatur cū aliquo ſuper pluralitate beneficiorum ſeu prebēdarū uidetur etiā diſpenſatū ſuper reſidētia.rō huius eſt licet glo.illa nō declaret. quia quāuis diſpenſatio ſit ſtricti iuris & ſtricte interpretanda.c.i.& .ii.de fil.preſby.lib. vi.nihilominus extēditur ad conſecutiua ſeu depēdētia ex eo ſuper quo eſt diſpenſatū ſm Panor. poſt glo.ibi in.c. quia in tantū.de prebē. ubi per hoc infert quòd ſi diſpenſatur cū minori ut poſſit habere eccleſiā curatā uidetur etiā diſpēſatū ut nō teneatur ſe facere promoueri ad ſacerdotiū infra annū iuxta diſpoſitionē.c.licet canon. & .c.cōmiſſa.de elec.li.vi.Idē tenet ipſemet Panor.in.c.cū in cūctis.§.cum uero. de elec.& moder.late in.c.poſtulaſti.de reſcrip.

Diſpēſatus ſup pluralitate bñficiorū uidetur etiā ſuper reſidentia diſpēſatus.

Poſtremo ſciēdū ē quòd ideo apponūtur illa uerba uidelicet etiā ſi per electionē quis cōſueuerit ad illā aſſummi quia alias non includeretur dignitas electiua nō expreſſo modo electiuo.c.cū in illis.§.i.de preben.lib.vi.& in cle.i.eodem titu.

Bñficiū electiuū nō includitur in lr̄is ad bñficia niſi modus elec ionis exprimatur.

Tertia forma quādo creatur quis canonicus ī tribus aut pluribus eccleſiis.hoc modo unū in paduan.& unū in uincētina ac unū in ueronen.maioribus eccleſiis canonicatus &c. nec nō unā in qualibet eccleſiarū predictarū prebēdā.ac dignitatē uel pers

Qñ creat canonicus ī pluribus eccleſyis.

ſonatum aut officiū in una ipſarū &c.in iſta forma poſſunt repeti ea que dicta ſunt in duabus precedētibus circa declarationem uerborū & quid illa importēt fraternizant.n. adinuicem ſaluo quod iſta eſt magis larga quia cōprehēdit plures canonicatus et prebendas ſed unam tantummodo dignitatem in una ipſarum eccleſiarum prout in forma dicitur.in qua uel ſecūdū quam non deberent concedi littere niſi pro magnis nobilibus aut magnis litteratis argu.c.de multa in fin.de preben. et glo. in.c.cum a deo.de reſcrip. que uult quod ſimplici clerico ſufficiat tale beneficium quod non ſufficeret nobili ratio poteſt eſſe quia cum tales communiter ſint dediti uel ſtudio uel laudabilibus curis et negotiis nedum una prebenda ſed uix multe eis ſufficiunt. Hinc eſt quod quicquid exponunt cauſa ſtudii dicitur expoſitum in utilitatē eccleſie ſm domi. per illum tex.in.c.cū ex eo.de elec.li.vi.nā ut ibi dicitur eccleſia dei ꝙ maxime indiget uiris litteratis et etiam magnis nobilibus per quos defenditur et ſubleuatur ut dicit gl.in.c.cōſtitutis in uer. impotētia.de appel. Et ideo ſolēt expedire expectatiuas ī iſta forma domini de Rota et merito eis cōceditur per eā que dicā de prefatis dominis in ultima parte circa prerogatiuas expectātiū.ſimiliter ſolēt expedire abreuiatores de parco maiori et alii magni uiri. Ceteris nō eſſet cōcedēdū per illud quod dicit tex.in.c.quia in tātū. de prebē.iō ulterius circa hāc formā nō inſiſto. Hoc ſolum ex ea noto quod facilius concedit Papa ut quis ſit pluralis in prebēdis diuerſarū eccleſiarū ꝙ in dignitatibus.perſonatibus ſeu officiis ex quo in hac et precedēti forma cōceditur dignitas tātūmō ī una eccleſiarū cū tamē in qualibet cōcedatur canonicatus et prebenda. ratio eſt quia plures

Expoſitum cauſa ſtudij dicit' expoſitū in utilitatē eccleſie

Facilius cōceditur pluralitas prebendarum quā dignitatum.

prebende in diuerſis eccleſiis non ſunt ita incōpatibiles prout ſunt plures dignitates aut perſonatus uel officia patet quia in iſtis per aſſecutionē pacificā ſecūdi uacat primū ipſo iure. d. c. de multa. cū ſimilibus quod nō eſt in prebēdis nā per receptionē ſecūde non uacat prima ipſo iure licet quādo tenentur ſine diſpēſatione ſaltē epiſcopi pōt fieri ut illas taliter obtinēs cogatur ad renūciādū uni. ut dicit Domi. *in. c. i. de conſue. lib. vi. ex mēte Io. de ſancto Geor. ibi allegāt notata per Inno. i. c. cum noſtris. de conceſ. preben. et quod notatur in. c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vi. Illud autem quod dictum eſt per receptionem ſecunde prebēde non uacare primam ipſo iure debet intelligi in prebendis diuerſarum eccleſiarum ſecus in una et eadem eccleſia ut probatur in cle. ſi. de preben.* Ex *quo apparet quod iura plus abhorrent pluralitatem in eadem eccleſia ꝙ in diuerſis. et ex hoc infertur quod ſi eſt diſpenſatum cum aliquo ſuper pluribus dignitatibus obtinendis. non intelligitur de dignitatibus eiuſdem eccleſie niſi hoc exprimatur. quia iſta prohibitio habet ſpecialem notam de qua ſpecifice eſt mentio facienda argumento. l. item apud labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. et ita tenet Ioan. andre. in. c. de multa de prebend.* P*etrus de anchara. et franchus in. capi. primo de conſuetudi. libro ſexto quod eſt notandum ad illud quod dixi in forma precedenti in uerſicu. ſi quis autem uult etc. ad alia ſimilia uidi inſuper aliquas gratias* A*uditorum. et etiam conclauiſtarum qui in duabus expediuerunt in* C*anonicos creatos et in tertia ad largam in qua ex quo ſunt graduati poſſunt acceptare unum cuiuſcunque taxe. et hic eſt caſus in quo certa taxa non exprimitur ſicut nec in canonicatu & prebenda ac*

Hñs plures prebēdas ſine diſpēſatiōe pōt cogi ad renūciādū uni.

Iura plus abhorrent pluralitatē in eadē eccleſia quā ī diuerſis.

Caſus ī quibus certa taxa nō exprimitur.

dignitate perſonatu uel officio quãdo gratia eſt in canonicum creatũ. ſecus quando datur ad largam ut inferius ſubiiciam.

Quarta forma eſt quãdo creatur canonicus in una et in alia datur ad largã. ſub hiis uerbis canonicatum eccleſie ſibenicẽ. etc. nec nõ beneficium eccleſiaſticum cum cura uel ſine cura etiam ſi decanatus uel archipreſbyteratus ruralis ſeu uicaria uel capellania perpetua &c. ad collationem prouiſionem &c. Iſta forma multum frequentatur ideo pro eius declaratione ſciendum eſt primo quod uigore talium litterarum põt expectãs cõſequi tria diuerſa beneficia uidelicet duo ubi ẽ creatus canonicus. & tertium ubi habet ad largã prima duo ſunt prebẽda. ſ. et dignitas aut perſonatus uel officium in cathedrali dũ mõ nõ ſit maior poſt põtificalẽ ut in ſuperioribus dixi. et illa duo habentur loco unius attento quod in quãpluribus eccleſiis ſeruatur de cõſuetudine ut quis nõ poſſit aſſumi ad dignitatẽ perſonatum uel officium ibidẽ niſi ſit canonicus prebẽdatus ut patet ex notatis per Io. an. et domi. in. c. ſi is cui. de prebẽ. li. yi. conſequẽter habẽtur loco unius ut dixi. ad quod faciunt notata per dominum Ant. in. c. cum olim. de re iud. ubi tenet quod ſi quis gerit uices plurium perſonarum puta canonici et prepoſiti non debet habere duplicatas diſtributiones quia ſeruit pro uno et habetur loco unius pro quo Panor. ibi allegat bonum tex. in. c. unico. de cler. non reſi. lib. yi. et quod ſcribit Federi. de ſenis conſi. cx. inducendo ut ibi per eum.

Quando creatur canonicus in una. & in alia datur ad largam.

Et ex predictis ſumitur rõ quare eſt quod canonicus creatus põt uigore litterarum cõſequi ibidẽ. dignitatẽ perſonatum uel officiũ et tamẽ niſi in litteris aliud exprimatur nõ põt aſſequi ſimplex beneficium quod eſt minus ꝙ̃ aliquo d premiſſorum. hec inquam

eſt ratio quia licet ſimplex beneficium ſit cōpatibile cum canonicatu et prebēda etiā in eadem eccleſia ut uult Car.cōſi.iii. incip.domina etc.et ſimiliter prebēda cum dignitate.tamē negari non pōt quin obtinens duo priora ſit magis pluralis ꝙ eo caſu quādo obtinet prebēdā cum dignitate in eadē eccleſia ex quo ut dixi iſta duo habētur loco unius. et ſic primo caſu notatur maior pluralitas ꝙ in ſecundo conſtat autē quod iura abhorrēt pluralitatē etiā compatibilium ut ſunt plura ſimplicia quādo quodlibet illorum per ſe eſt ſufficiens maxime in eadem eccleſia ut uult glo.in.c.dudum eccleſia rotho.in uer.retinere de elec.facit tex.in.c.ſanctorum.lxx.di.et in.c.quia ī tantum de preben. Nec ualet hoc caſu argumentum de maiori ad minus. uidelicet ſi poteſt conſequi dignitatē ergo multo fortius beneficium ſimplex quia dico quod huiuſmodi argumentatio ceſſat in litteris ad beneficia quarum forma exactiſſime ſeruanda eſt.c.quāuis.et.c.cui de non.de preben.in.vi. et propterea creati canonici in hiſpania poſſunt ultra prebendā et dignitatem conſequi unum duo uel plura preſtimonia uſque ad ſummam deputatā et hoc quia iſtud exprimitur in litteris quo ad partes hiſpanie.prout in forma ſequenti latius dicam.

Cur canic• creatus non pōt ibidem acceptare ad largam.

Idem etiam eſſet extra hiſpaniā quādo creatus canonicus impetraret ibidem etiā ad largā ad alium collatorem quo caſu poſſet conſequi ibidem tria uidelicet prebendā item dignitatem et aliud beneficium cum cura uel ſine cura.et hoc etiā propter tenorem litterarum qui ſemper ſeruādus eſt et diligenter inſpiciendus ut ſupra.facit.c.porro.de priuil.cum uulg. Eo tamen caſu quo uirtute huiuſmodi litterarum aſſequeretur dignitatē expiraret gratia quoad beneficium curatum dūtaxat in illa uel

Creatus canonicus pōt ibidē impetrare etiam ad largam.

alia collatione et ecõtra propter clauſulam que apponitur In fine litterarũ.uolumus autẽ quod quãprimũm etc.c.i. de cõſue. li.vi.iũcto.c.de multa.nã per hoc quod datur gratia ad duo ĩcõpatibilia nõ cẽſetur diſpẽſatũ ſuper retentione utriuſque ut probatur in.c.nõ põt.§.cũ uero.de prebẽ.li.vi. niſi diſpenſatio prius obtẽta narretur poſt principiũ litterarũ. uidelicet cũ quo dudũ etc.ut dixi in alio propoſito ſupra in ſecũda forma uer. ſi quis aũt etc. Predicta procedũt quo ad beneficia que poteſt conſequi canonicus creatus in ea collatione ubi eſt creatus canonicus.In alia autẽ in qua habet ad largã ſi ẽ graduatus aut de magnis nobilibus datur ad unũ cuiuſcũque taxe.alias apponitur taxa per regulas deputata.et datur maior ſũma ĩ curato aut dignitate uel perſonatu(nã et in iſtis exprimitur ſũma in collatione ad largã alias non)propter onera illis incũbẽtia iuxta notata in.c.de monachis.de prebẽ.itẽ in recõpẽſationẽ laborum quos circa curã ſuſtinent et quia magis debet incedere honoratus ex quo eſt in dignitate uel officio honorabili conſtitutus iuxta not.in.c.ſtatutũ ĩ prin.de reſcrip.li.vi.et per Inno. in.c.cũ oẽs.de conſti.ubi dicit quod iter canonicos ubi prebẽde nõ ſunt diſtincte reſpectu eorũ que dãtur pro ueſtimẽtis et aliis neceſſariis debet fieri diſtributio ſm merita perſone et cõditionẽ cuiuſlibet quia plus debet dari doctori uel nobili aut ĩ dignitate cõſtituto ꝙ ſimplici clerico et idiote.et iõ dicit Bal. in.l.ſed et ſi quid.ff. de uſuf.quod abbas debet ceteris melius ĩduere.bene facit gl.ĩ.c.cõquerẽte.de cle.nõ reſi.et ĩ.c.clericus ab inſtãti.xxi.q.i.iũcta gl.in.c.cũ adeo.de reſcrip.que uolunt quod ĩ cõſiderãda ſufficiẽtia beneficii attẽdatur nobilitas et dignitas clerici cũ ergo propter curã et dignitatẽ grauẽtur maio

Cur detur maior ſumma in curato vel dignitate ad largam.

Cõſtitutus ĩ dignitate debet ĩduere & incedere magis honoratus ceteris.

tibus laboribus et expẽſis cõueniẽs ſuit releuare eos in maiori ſumma ar .l.cum qui.ff.de iureiu.et.c.cum ſm apoſtolum. de preben.ibi qui ad onus eligitur repelli non debet a mercede. cum multis aliis concor.ibi in gloſa.

Poſtremo ſciẽdũ eſt quod ſũma et ualor ĩ gratiis expectatiuis cõſideratur ſm taxationẽ deciẽ.nõ aũt ſm cõem extimationẽ prout ĩ litteris exprimitur quod reſpicit cõmodũ et fauorẽ expectãtiũ.ut poſſint habere beneficia pinguiora nã beneficiũ quod ſm cõem extimationẽ eſt ualoris cẽtũ et uiginti ducatorũ.ſm taxationẽ deciẽ uix erit octuaginta.creuerũt.n.beneficia per induſtriã beneficiatorũ et iõ diligẽtia et induſtria eorũ nõ debet eſſe illis uel ſucceſſoribus dãnoſa.l.ſi.C.de alluuionibus cum aliis per gl.no.in.c.cũ clerici.de pac. Sed quid ſi per ĩcuriã et ĩaduertẽtiã ſcriptoris qui ſcripſit bullã repeniretur ſcripta ſumma ſeu ualor nõ ſm taxationẽ deciẽ prout ſolitũ eſt ſcribi ſed ſm cõem extimationẽ et expectãs acceptaret beneficium quod ſm taxationẽ deciẽ caderet ĩ ſua gratia excederet tamen ſm cõem extimationẽ an talis erronea expreſſio ſibi preiudicaret et certe caſus ẽ dubius uidetur.n.pria facie dicẽdũ quod error hmõi nihil officit ueritati prout ĩ ſimili expreſſe dicit tex.ĩ l.ſi in nõie.C.de teſta. et clarius in.l.errore.C.eo.ti.dicitur quod error ſcribẽtis ueritati nõ nocet.et iõ dicit ibi bal.quod ſi erratur in eo quod pertinet ad officiũ ſcribentis puta in indictione tunc preſumitur error ſcribentis qui non debet parti nocere et ita uidetur dicẽdũ in hoc caſu quia ad officiũ ſcriptoris apoſtolici ſpectat ſcribere ſũmã prout exprimitur in regulis cãcellarie circa regimen expectatiuarum que pro maiori parte non ſunt de dandis quia concernunt modũ & formã expedi

Valor beneficiorũ in gratijs expectatiuis cõſideratur ſcd̃m taxationem decime.

Si per errorẽ ſcriptoris exprimitur ĩ gratia valor ſcd̃m cõem extimationẽ an noceat expectanti.

tionis litterarũ & reſpiciunt officiales & nõ iudices. Nihilo minus hiis nõ obſtãtibus puto quòd talis erronea expreſſio noceat expectanti ita quod teneatur ſtare ſũme in litteris expreſſe & non in regula cancellarie. & hoc erit ei minus dãnoſum ne alias careat litteris in totũ nã certũ eſt. eo ipſo quod producuntur littere in quibus nõ apparet obſeruatus ſtilus cõmunis Romane curie nec rõnabilis curſus cancellarie in huiuſmodi litteris ſeruari conſuetus ille de falſitate ſuſpecte ſunt nec eſt eis fides aliquatenus adhibenda ut tenet Panor. in. c. ex parte ii. de offi. dele. & in. c. i. ut lite pen. per glo. ordinariã & aprobatã in. c. cãm que. in uer. rationi. de teſtibus. & eſt tex. optimus in. c. porrecta. de cõfir. utili. per que conſuluit Romanus cõſi. ccclxxvi. incip. queſtio eſt. quod ſi in expectatiua deficiũt illa uerba de quibus in. c. cũ in illis. de prebẽ. lib. vi. ſcilicet ad collationẽ preſent. elect. ſeu & c. ei tanꝙ de falſitate ſuſpecte fides nõ adhibetur ex quo illa uerba ſm ſtilũ cancellarie ſunt cõſueta apponi. Igitur in propoſito ne talis gratia reiiciatur in totũ tanꝙ ſuſpecta iudicandũ erit ſm ualorẽ expreſſum ĩ gratia & ita alias fuit iudicatum in Rota.

Littere contra cõmunẽ curſum cancellarie ſũt de falſitate ſuſpecte.

Quãdo in expectatiua deficiũt illa uerba ad collationem preſentationẽ etc.

Quinta forma eſt que frequentatur in hiſpania in qua dicitur canonicatum eccleſie iſpalen. & c. prebendã uero ac dignitatẽ perſon. adm. uel officium eiuſdem eccleſie nec nõ preſtimonia preſtimoniales portiones aut ſimplicia beneficia in ciuitate & dioceſ. unius duorum uel plurium & c. quorum quidem preſtimoniorum fructus & c. in iſta forma conceditur plus ꝙ in aliis precedentibus quia creatus canonicus iuxta hanc formam poteſt conſequi ibidem. ideſt in eadem collatione ultra prebendam & dignitatem preſtimonia etiam plura quot aſcen

Canonicus creatus in iſpania põt cõſequi plura preſtimonia uſque ad ſummã ĩ litteris expreſſam.

dunt

dunt ad ſummam expreſſam in litteris. & ratio eſt quia licet preſtimonia que conceduntur clericis in titulum dicantur eſſe & ſunt beneficia eccleſiaſtica. ſaltem large ut notat Ioã.an.in c.poſtulaſti.de reſcrip.& Io.cal.in.c.in noſtra.eodem titu.per Domi.pulchre in conſilio.lxxxix.incip.uacante Archidiaconatu.in fi.col.tamen ex quo nullum habēt ſeruitium annexum nec aliquod onus etiam mille teneri poſſunt abſque aliqua diſpenſatione.& ideo non poſſunt dici proprie beneficia eccleſiaſtica ſed quedam ſtipendia de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali ſm Io.an.in.c.unico.de rerum permu.lib.vi.prout etiam ſentit Old.conſi.cxxxix.alias cxliii. in titu. de reſcrip. fuerunt enim inſtituta pro ſtudentibus & pro ſubſidio contra infideles ideo pluralitas eorum ut dixi non eſt prohibita in diuerſis eccleſiis ex quo conſiſtunt in ſola temporalitate & nullum ſeruitium ſpirituale habent annexum.cadunt ergo in huiuſmodi litteris per ſupradicta dum modo non ſint preſtimonia patrimonialia nam talia non includuntur quia ſunt de iure patronatus laycorum quibus Papa in dubio non uidetur derogare uelle niſi exprimat iuxta glo. in c.ii.de prebē.li.vi.in uer.collatio que dicit quod ſepius reperitur receptum in curia Papam non conferre beneficia uacantia etiam apud ſedem quando illa pertinēt ad preſentationē laycorum & hoc ne illi retrahantur a fundatione & dotatione beneficiorum ut dicit alia glo.in.c.cum dilectus. de iurepatron. in hiſpania tamen datur expectatiua ſi ſpecialiter petitur ad unum & aliquando ex fauore ad duo beneficia patrimonialia in diuerſis eccleſiis in quibus expectans eſt filius patrimonialis & tunc derogatur iuri patronatus laycorum etiam in totum

Preſtimonia large ſunt beneficia eccleſiaſtica ſed nō proprie.

Preſtimonia patrimōialia nō includūtur ĩ litteris ad beneficia niſi ſpecialiť cōcedātur.

quando ſcilicet eſt pro uno patronorum filio uel nepote unius ex patronis ſm ſtilum curie.

Inſuper ſciendum eſt quod licet canonicus creatus poſſit acceptare Preſtimonia preſtimoniales portiones aut ſimplicia beneficia (que omnia idem ſignificant et important) dum modo illa nõ ſint patrimonialia ut dixi. non tamen poterit acceptare aliquod ſeruitoriũ beneficiũ obſtãte regula cancellarie que habet decretum irritãs ratio illius regule poteſt eſſe iſta ne ſcilicet canonicus qui habet deſeruire in eccleſia cathedrali diſtrahatur ab ea propter onus et ſeruitium quod iminet beneficio ſeruitorio ſepe. n. qui ad utrũque feſtinat neutrũ bene peragit. l. nemo. C. de aſſeſſo. cũ aliis iuribus per glo. ad hoc not. in. c. accuſatus. in uer. offendiculũ. de heret. li. vi. ad hanc rationem bene facit tex. in. c. extirpande. §. quia uero. de preben. ibi dum dicit cum opporteat eum in maiori eccleſia deſeruire. at iſta ratio ne ſcilicet diſtrahatur a maiori eccleſia ceſſat penitus ĩ preſtimoniis. cũ illa ut ſepius dixi nullũ onus aut ſeruitium habeant annexũ ideo conceduntur canonicis creatis imo in pluribus eccleſiis hiſpanie ſunt ſtatuta quòd preſtimonia obtineri non poſſint niſi per canonicos prebendatos ut illi ſint magis honorabiliores. et ideo talibus ſtatutis in huiuſmodi litteris derogatur expreſſe dũ dicitur non obſtantibus conſtitutionibus etc. illis preſertim quibus caueri dicitur expreſſe quod nullus in ciuitate et dioceſi predictis preſtimonia preſtim. por. aut ſimplicia beneficia obtinere poſſit niſi ĩ ſupradicta ecceleſia Iſpalen. canonicus actu prebendatus aut alias in ea perpetuus beneficiatus exiſtat. quibus illis alias etc. ſpãliter et expreſſe derogamus que derogatio eſt neceſſaria in eccleſiis ubi extant talia ſtatuta ex quo in

Preſtimonia idẽ ſũt quòd ſimplicia beneficia.

Cur canonici creati poſſunt obtinere preſtimõia ſed nõ ſeruitoria beneficia.

Derogatio ſtatutorum circa preſtimonia.

illis dicitur de canonicis actu prebendatis per que uerba exclu dunturiſti canonici creati nondũ actu prebendati.alias ſi non eſſet in ſtatuto illud uerbũ actu prebẽ.non eſſet neceſſaria aliqua derogatio quia canonici creati dicuntur ueri canonici et ante conſequutã prebendã et cõprehẽdũtur appellatione canonicorũ ſm Io.an.et domi.i.c.ſi is cui.uer.ſed et ſi.de prebẽ.li.vi.cũ aliis iuribus et rõnibus que deduxi ſupra ĩ pria forma.

Ex ſupradictis etiã colligitur ratio quare ad largã in aliquã collatione põt ibidem acceptare beneficium ſeruitoriũ et non preſtimonia.et ſic de directo contrarium eius quod dictum eſt in canonico creato.ceſſat.n.in habente litteras ad largã ratio ne diſtrahatur a maiori eccleſia quia acceptãdo beneficiũ ſeruitorium nõ põt uigore illarũ litterarũ acceptare ibidẽ prebendã uel dignitatẽ in eccleſia cathedrali nec etiã collegiata ex quo littere nõ extẽdũtur tali caſu niſi ad unũ in illa collatione.iuxta dictũ Hoſt.i.c.cũ dilectus.de iure patr.arg.c.mãdatũ cũ ibi notat.de reſcr.Cũ ergo tali caſu ceſſet ratio coniecturata illius regule que diſponit de beneficiis ſeruitoriis nõ acceptandis ceſſare etiã debet illius diſpoſitio.nã licitũ ẽ arguere a ratione cõiecturata alicuius diſpoſitiõis(qualis ẽ iſta) licet illa ſpecifice nõ ſit expreſſa ut ẽ tex.melior de iure ĩ.l.milites agrũ in prin.ff.de re mili.quẽ ad hoc exclamat Roma.cõſi.xxxii.in.ii.col.et cõſi.cẽteſimo.in prin.Bal.i.l.maximũ uitiũ.C.de lib.prete.et bona gl.i.l.ꝙuis.C.de fideicõ.Preſtimonia autẽ acceptare nõ põt de quibus in litteris ad largã nulla fit mentio quia ceſſat tũc ratio que militat ĩ canonicis creatis prout ſuperius tetigi.Et attẽtis predictis rationibus poſſet nõ abſurde attẽtari quod ſi canonicus iſpalen.iã exiſtens actu prebẽdatus ex

Habẽs gratiã ad largam poteſt acceptare ſeruitoriũ ſed nõ preſtimonia.

caſuſi quo vigore gratię ad largam poteſt acceptare preſtimōiū ſed non ſeruitoriū beneficium.

pediret ad collationem Archiepiſcopi iſpalen. ad largam uigore talium litterarum forte poſſet acceptare preſtimonia ſed non beneficium ſeruitorium. quia ex quo iam eſt canonicus uidetur quòd poſſit conſequi preſtimonia ad hoc ut ex illis cōmodius & honorabilius poſſit ſuſtētare honorem ſui canonicatus in eccleſia cathedrali. ad quod facit bona glo. in. c. unico. §. ſane. in uer. abſque periuria. de ſtatu regul. lib. vi. & quod habetur in. c. uacante. de preben. ſed non poterit acceptare beneficium ſeruitorium per rationem ſepius dictam ne diſtrahatur a maiori eccleſia. & licet iſtud uideatur ſatis iuri conſonum cōiter tamen cōtrariū practicatur et minime mutāda ſunt etc.

Hactenus dictum eſt de quinque principalioribus formis expectatiuarum in canonicum creatum cum declarationibus opportunis ad unāquāque. reſtat ſolum declarare quedam uerba que apponuntur in executoriis expectatiuarū uidelicet in quātum per litteras executorias mandat Papa certis executoribus ut illum pro quo ſic ſcribitur recipi faciant in canonicum illius eccleſie. Que uerba quo ad canonicos creatos per Papā intelliguntur de receptione facti ſcilicet quantum ad ea que in facto conſiſtunt hoc eſt ut aſſignetur eis locus in. c. & ſtallum in choro cū plenitudine iuris canon. & de iſta receptione prout in facto conſiſtit. loquitur tex. in. c. capitulum de reſcrip. & in. c. eū cui. eodē tit. li. vi. Differt autem ab alia receptione que poteſt dici receptio iuris & facti prout quando Papa mandat capitulo alicuius eccleſie ut illum pro quo ſcribit recipiant in canonicū & in fratrem & conferant ſibi ius canonie et fraternitatis. differt inquam iſta ſecunda a prima in aliquibus.

De verbis que in executoria dicuntur videlicet recipi faciāt in canonicū etc.

Receptio ī canonicum

Et primo quia receptus per ſecundam cauſat ius a recipientibus

et ſic

& ſic cenſetur ordinaria no r apoſtolica auctoritate receptus c.cum aliquibus.de reſcrip. lib.vi quod eſt utile ſcire propter illud quod dicitur in.c.hii qui.& in.c.ſi a ſede.de preben.li. vi.cum ibi notatis per doc.

Secundo differt in alio quia per preſentationem litterarum in forma ſecunda non afficitur prebenda imo canonici quibus ſic ſcribitur poſſunt occurrente uacatione eam alteri conferre & tenebit collatio.c.dilectus el.ii. de preben. niſi uigore talium litterarum fuiſſet ille iam in canonicum receptus & admiſſus. uel in litteris contineretur decretum irritans. aut ſi executor ad compellendum inhibuiſſet quibus caſibus uel aliquo ipſorum cenſetur affecta prebenda alias minime ut eſt caſus in.c.ſi ſoli.de conceſ.preben. At quando ſcribitur primo modo etiã antequã recipiatur ille ad ea que ſunt facti afficitur prebendã propter canonicatum quem habet ex creatione Pape.c.ſi poſt quã.de preben.lib.vi.& infra menſem ligate ſunt manus ordinarii cle.unica.§.ſecus.de conceſ.prebẽ.iuncto eo quod ſcribit Card.Zabarel.cõſi.ciiii.incip.poſt redditũ cõſiliũ in fi.

Tertio differt quia ſecundam receptionem que eſt iuris & facti non poſſunt facere canonici exiſtẽtes excõmunicati uel ſuſpẽſi. primam uero ſic ex quo in nudo facto conſiſtit ſm Feder. de ſenis conſi.ccxc.incip.quia in preſenti. faciunt notata in.c.ſi celebret.de cler.excom.

Quarto & ultimo quia ſecunda receptio. debet fieri a canonicis collegialiter congregatis in capitulo. primum uero poſſunt facere canonici ut ſinguli & ſic ſeparatim ſm Innoc. in.c.bone lo.ii.de poſtu.prelat.& Arch.in.c.ſi capitulo.de conceſ.preben.lib.vi. illa enim receptio ut ſepius dixi eſt executio nudi

Receptio i can. prout eſt facti põt fieri a canonicis excõicatis uel ſuſpẽſis et ſeparatim.

facti conſequenter poteſt fieri per canonicos ſingulariter & ſeparatim per illud quod dicit glo.in.c.i.in uer.tractatus.de rebus eccleſie non alien.lib.vi.per que clare conſtat quid importent illa uerba in executoriis recipi in canonicum &c.

Vltra formas predictas.in canonicum creatum ſunt & alie forme expectatiuarum habentes diuerſos modos et diuerſos effectus.

Sexta igitur forma in ordine eſt quando in duabus collationibus datur ad largam. uidelicet unum uel duo beneficium ſeu beneficia etiam ſi alterum cum cura aut decanatus etc.ſeu dignitas uel perſonatus etc.dummodo dignitas ipſa etc.ad uenerabilium fratrum noſtrorum etc. Expectans in iſta forma poteſt obtinere duo beneficia unum in qualibet collatione ad ſummã in litteris expreſſam etiam ſi alterum ſit curatum prout dicitur in litteris. Que uerba exprimuntur cum miſterio quia alias curatum non includeretur.c.cum in illis in prin.de preben.lib.vi.eo quod in curatis maior ꝙ̄ in aliis idoneitas requiritur ut ibi cum ſit ars artium regimen animarum.c.pe.de eta.et qualita.item illa uerba important et aliud quia poterit acceptare ambo ſimplicia unum in qualibet ad ſummam que datur in ſimplicibus quod innuit dictio implicatiua etiam que de ſui natura idem implicat in alio caſu ſm glo. in cle.i.in uer.etiam.de ſequeſtro.et Domi.conſi.lxv.in.iiii.col.

Quãdo datur in duabus collationib⁹ ad largam.

Dicitur inſuper i huiuſmodi litteris ad largã quod poſſit acceptare canonicatum et prebendam in cathedrali uel collegiata eccleſia.alias ſi hoc non diceretur in litteris. non poſſet conſequi prebendam quia illa non includitur appellatione beneficii in materia ſtricta ſm Arch.& Moder.in.c.cui non. de preben. lib.vi.per illud quod dicitur in.c.quãuis.eodem titu.lib.vi.et

Appellatione beneficii in materia ſtricta non includitur prebenda nec dignitas.

ſic iſto caſu non habet locum tex.in.c.tua nobis.de uerb.ſigni. cum ibi notatis.

Item dicitur de dignitate perſonatu adm. uel officio. dummodo aliqua dignitatum predictarum in metropolitana uel alia cathedrali poſt pontificalem maior aut in collegiata principalis non exiſtat.iſta uerba apponuntur etiam cum miſterio quia ſi hoc non exprimeretur in litteris non poſſet conſequi aliquam dignitatem que in materia reſtringibili nam includitur appellatione beneficii ut notatur in.c.cum in illis.de preben.lib.vi.itē ideo dicitur dummodo in cathedrali maior aut in collegiata principalis etc.

Iſta uerba ponuntur alternatiue iſto reſpectu quia ſi dignitas principalis in collegiata haberet ſecundam ſedem in cathedrali et ſic non reputaretur ibidem maior poſt pontificalem certe non caderet in litteris huiuſmodi.quia ex quo in illis dicitur alternatiue ut ſupra licet talis dignitas non ſit maior in cathedrali poſt pontificalem.eſt tamen principalis in collegiata.

Si dignitas principalis in collegiata habet ſecundā ſedē in cathe.nō includitur.

Sufficit autem alteram partem alternatiue eſſe ueram.c.inter ceteras cum concor.ibi in glo.de reſcrip.unde licet ceſſet unum impedimentum ut quis non eſt maior poſt pontif.in cathe.ſubeſt tamen aliud quia eſt principalis in collegiata: et ideo alio impedimento remanente remanet prohibitio arg.tex.in.§.affinitatis inſtit.de nupt.et in.l.uentri.§.in bonis.ff.de priuil.cre. cum ſimilibus.

Dicitur etiam de integra uel dimidia portione quando in eccleſia ſunt integre et dimidie portiones prout ſunt in hiſpania.Item poterit acceptare beneficium ſeruitoriū licet in litteris de ſeruitorio non exprimat de quo latius dixi in.v.forma.

Reſtat unum dubium. nunquid habens expectatiuam in iſta forma poſſit in qualibet collatione acceptare duo beneficia nõ excedentia illam ſummam puta duo ſimplicia quadraginta ducatorum inſimul. Io. an. in. c. quãuis. p. de prebẽ. li. vi. tenuit quòd poſſit acceptare plura minuta beneficia uſque ad illã ſummã. pro qua opinione facit ille tex. dum dicit ſi alicui uſque ad certam ſummam prouideri mandamus ei non in penſione ſed in beneficiis eccleſiaſticis tantum uolumus prouideri. pondero dũ in plurali dicit in beneficiis ergo itelligit ad minus de duobus regula pluralis locutio. li. vi. cum uulg. Preterea ſatis eſt quòd non excedant illam ſummam quãuis ſint plura quia pluralitas uidetur tolerabilis propter tenuitatem beneficiorum arg. c. eã te. in fi. de eta. et qualit. et ideo ſolet dici quòd obtinens tria inſufficientia beneficia non dicitur ſufficienter beneficiatus ut dicit Dec. cccclxv. incip. ſi legatus in nouiſ. et notatur in. c. is cui. de preben. lib. vi.

Hñs gratiã in duabus ad largam. an poſſit in qualibet cõſequi duo nõ excedẽtia ſũmã limitatam.

Contrariam opinionem tenet Hoſt. in. c. cum dilectus de iure patro. que ſeruatur in practica et habet equitatem et rationem in ſe. quia non eſt de intentione Pape uelle grauare eundem collatorem in pluribus beneficiis niſi aliud exprimat. c. mandatũ. de reſcrip. Et ideo ſi hoc caſu acceptaret duo in eadem collatione conſumeret gratiam in primo acceptato. c. ſi clericus cum ibi notatis. de preben. lib. vi. et hoc quatenus primum ſibi debeatur alias dimiſſo illo poterit aliud acceptare dummodo primũ acceptauerit cũ proteſtatione ſolita ut moris eſt ſm Arch. in. c. ne captande. de preben. li. vi. et ponunt domini de Rota Dec. cxlii. incip. nota quòd ubi eſt. in antiquis et Domi. cõſi. lxxviii. in ſecunda col. Nihilominus iſta opinio non procedit

Acceptans duo i eadẽ collatiõe cõſumit gratiã in primo acceptato.

in preſtimoniis & beneficiis ſimplicibus in hiſpania per ea que dixi in forma precedenti.

Sunt & alie forme expectatiuarum que uariantur ex perſonis eorum quibus conceduntur prout apparet ex infraſcriptis.

Septima igitur forma eſt quando gratia expectatiua cõceditur prelato. qui ſi habet pacificam poſſeſſionem ſue eccleſie & epiſcopatus & uult habere beneficia in titulum oportet quòd in litteris ponatur diſpenſatio. uidelicet ut illa beneficia poſſit obtinere & tenere una cum ſuo epiſcopatu. alias ſine dicta diſpenſatione non daretur gratia epiſcopo ad beneficia in titulũ quia illa cum epiſcopatu cenſentur incompatibilia hinc eſt quòd beneficia promoti ad eccleſiam uacant poſt conſecrationem & adeptam poſſeſſionem. c. cum in cunctis. §. cum uero. de elect. & in. c. poſt electionem iuncta glo. in uer. confirmationem de conceſ. preben. ſi ergo epiſcopus per promotionẽ eicitur a prioribus beneficiis que ante promotionem obtinebat certe multo minus admittitur ad alia de nouo obtinẽda in titulum ſine diſpenſatione quia turpius eicitur quã non admittitur hoſpes. c. quemadmodum. de iureiur. & multa prohibentur fieri que iã facta tenent. l. patre furioſo. ff. de hiis qui ſunt ſui iur. Hac igitur de cauſa ponitur in litteris diſpenſatio que datur iſto caſu ex quo eſt neceſſaria ad effectum gratie licet alias in expectatiuis non detur diſpenſatio. quia cum ſint omnes motu proprio non bene ſonat diſpenſare motu proprio. nam diſpenſationes ad poſtulationem partis conceduntur. Sed ſi dantur dicta beneficia prelato in commendam quod raro fit quia in expectatiuis non datur aliquid in commendam. quando tamen conceditur quod ego non uidi, tunc non eſt neceſſaria diſpenſatio ſed

Expectatiua pro prelato.

Cur in expectatiua pro epiſcopo ponitur diſpẽſatio circa retentionẽ beneficiorum cũ epiſcopatu

ſatis eſt quod dicatur ut poſſit tenere illa beneficia una cum epiſcopatu uel cum eccleſia magna cui preeſſe dignoſcitur ſimile eſt quando Cardinali prouidetur de beneficio regulari quia ſi datur in commendam ſatis eſt quod dicatur quod poſſit illud tenere una cum aliis beneficiis que obtinet. alias ſi datur in titulum tunc debet poni in fine diſpenſatio ut illud poſſit obtinere. Ex quibus apparet quod commenda non dat uerum titulum in beneficio pro quo bene facit text. in.c.dudum eccleſie rotho. de elect. ubi dicitur quod quãuis non liceat alicui regulariter habere duas eccleſias in titulum conferentem ius in eis. tamen licitum eſt habere unam in titulum aliam uero in commendam ergo patet quod commenda non dat uerum titulum de quo latius per docto. in.c.nemo. de electio. lib. vi. & per Roma. conſilio. cccl. incip. in re preſenti. &c. Epiſcopis autem ultramontanis non datur expectatiua. quando tamen conceditur tunc beneficia dantur in titulum cum diſpenſatione & non in cõmendam ut ſupra.

Qñ Cardinali prouidet de beneficio regulari.

Cõmenda nõ dat uerum titulũ in beneficio

Octaua forma. quando conceditur gratia expectatiua alicui regulari dicitur iſto modo. uolentes itaque tibi premiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem beneficium eccleſiaſticum cum cura uel ſine cura per monachos talis monaſterii talis ordinis gubernari conſuetum. cuius fructus &c. iſta forma extenditur ad beneficium regulare prout ſonant illa uerba per monachos gubernari conſuetum in iſta forma.

Expectatiua pro regulari.

Ad hoc autem ut debeatur expectanti ad ſeculare curatum non extenditur quia in gratia illud non exprimitur. item quia neceſſaria eſt ad tale beneficium diſpoſitio pro monachis et fratribus mendicantibus cum quibus diſpenſatur ad unum tale

dũtaxat ad duo cum difficultate preterquam in anglia ubi datur ad unum ſeculare cũ cura uel ſine cura nõ tamẽ ad dignitatẽ perſonatũ ad miſtrat. uel officiũ. ſed fratribus ſancti Io. Hieroſolimitan.etc.nõ datur diſpẽſatio ad obtinendũ beneficiũ ſeculare uel alterius ordinis regulare.nã etiã beneficia illorum non dantur clericis ſecularibus niſi in titulũ et ut dicatur beneficiũ regulare debet intelligi quod per.xl.annos cõtinue et pacifice ab uno uel pluribus monachis inſtitutis in eo extitit gubernatũ ut eſt caſus in.c.cũ de beneficio iuncta glo. in uer. modũ.de preben.li.vi.ſatis eſt ergo quod per ſpaciũ tanti tẽporis fuerit gubernatũ per monachos licet primeuus ſtatus illius fuerit ſecularis id eſt licet per antea fuerit beneficiũ ſeculare curſus.n.tẽporis.xl.annorũ tribuit ſtatũ beneficio de ſeculari in beneficiũ regulare et de regulari i ſeculare ſm dominos de rota dec.xxxii.incip.fuit dubitatũ in nouiſ.per tex. in.d.c.cũ de beneficio.per quẽ dicit elegãter in ſimili Pet. de anch.cõſi. clxii.incip.in queſtione eccleſie.etc.quod eccleſia probatur non curata ſi a.xl.annis citra collata fuit tãquã nõ curata et ſic poſtea cõtinue ſit poſſeſſa dato quod antea probetur fuiſſe curata quia ut dixi curſus tãti tẽporis tribuit ſtatũ beneficio. Demũ ante nõ obſtan.ſolet in tali ſpectatiua dici uidelicet decernẽtes te quãprimũ uigore preſentiũ huiuſmodi beneficium fueris pacifice aſſecutus de primo monaſterio ad dictũ monaſterium illius ordĩs trãſferẽdi etc.datur ergo gratia ad benefitiũ regulare alterius ordinis cũ trãſlatione id ẽ ut ad illud monaſteriũ ad cuius collationẽ beneficiũ aſſequitur trãſferatur.quia ratio ni nõ cõgruit ut homines diſparis profeſſionis uel habitus ſimul in eiſdem monaſteriis ſocientur dicit text.in cle.i.de electio.

Si beneficium ſeculare gubernetur per regulares ꝑ annos. xl. efficitur regulare & econtra.

Eccl'ia probatur non curata ſi a xl.an.citra collata fuit ut ſimplex.

& eſt notandum quod regularibus non datur licentia tranſſe rendi niſi ad parem uel arctiorem ordinem. & tunc conſue uit addi. de licentia ſuperioris item non datur clericis ſecula ribus neque religioſis eiuſdem ordinis expectatiua ad dignita tem conuentualem uel officium clauſtrale niſi qualificatis. & illis ad unum tantum conuentuale. ad clauſtrale non datur niſi regularibus ſm aliquas formas in quibus dicitur etiam ſi alte rum clauſtrale etc.

Qñ regulari dat gratia ad beneficium ſeculare.

Sed ſi datur gratia monacho ad beneficium ſeculare quod raro fit maxime curatum oportet quod prius habeat diſpenſationem ut tale beneficium obtinere poſſit. et tunc effectus dicte diſpen ſationis debet poni in principio litterarum ibi exiſtis et cui nos dudum etc. ſine diſpenſatione autem tale beneficium obtinere non poteſt quia monachus mortuus eſt mundo licet deo uiuat c. monachus. et. c. placuit. xvi. q. prima. et in l. deo nobis. C. de epiſco. et cler. ſed per aſſumptionem ad eccleſiam ſecularem maxime curatam reſuſcitatur. iſta reſuſcitatio eſt miraculoſa ergo ut reſurgat et actus ciuiles exerceat opus eſt diſpenſa tione. et ita per iſtã rationẽ tenet Deciſio Rote. cccclxxxiii. incip. collatio. in nouis et Egidius de bellamera concluſione dccxiiii. incipiẽ. collatio de quo latius notatur in. c. ii. de ſtatu mo. et in. c. quod dei timorem ſed ut dixi non ſolent concedi littere regularibus ad beneficia ſecularia nec tranſeunt per cancellariam argu. tex. in. c. in noua actione. xvi. q. vii. dum di cit in uno eodemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio di cente moiſe non arabis in boue ſimul et aſino ideſt homines di uerſe profeſſionis in uno officio ſimul non ſociabis. et ideo in expectatiua pro monacho ſi petatur ad duo beneficia ſecularia

Monachus nõ põt cõſequi eccleſiã ſecularẽ ſine diſpenſatione.

uel regularia ponit clauſula.uidelicet ad unum beneficium ſui ordinis in titulum.

Eadem ratione prohibetur ne prioratus aliquis ſiue adminiſtratio committi alicui uel conferri poſſit niſi expreſſe profeſſus fuerit ordinem monachalem ut eſt caſus in clemē.ne in agro.§.ſane. ii.de ſtatu mon.et ponit Egidius concluſione.lxxvi. incipien. non expreſſe profeſſus etc. et hoc niſi habeat diſpenſationem ut dixi in regularibus reſpectu ſecularium beneficiorum. uel niſi concedantur littere in forma cupientibus proficiſci in qua conceditur clerico ſeculari beneficium regulare in comenda uſque ad ſex menſes a die pacifice poſſeſſionis computandos. et deinde in titulum cum opportuna habitus aſſumptione et profeſſionis regularis emiſſione quaſi iam deſtinatione animi cenſeatur religioſus per illud quod dicit glo. ſi.in.c.ii.de inſtit.et dec.Rote.cccxii.in antiquis. Forma cupientibus proficiſci.

Nona forma pauperum clericorum expectantium.uidelicet dilecti filii.n.etc. precibus inclinati. mandamus quatenus de uita et conuerſatione ipſius.n.qui ut aſſerit etc.non pono iſtam formam hic extenſe et ad longum. quia ſtatim reaſſumam ſingulas eius partes declarando quid importent et cur ita ſcribitur in iſta forma que poſt annum non datur ut uult regula.niſi ulterius prorogetur prout fecit Iulius.Pro cuius euidentia ſciendum eſt quod huiuſmodi littere que conceduntur pauperibus clericis ad beneficia potius dicuntur littere iuſtitie ꝙ gratie. quia iuſtum et rationabile eſt clericum beneficiari ex quo deputauit ſe ſeruitiis diuinis et non habet aliud beneficium ſm Ioan.and.et Domi. in.c.ſi pauper.de prebend.lib.vi. Iuſtum eſt ergo ut dixi clericum pauperem beneficiari quia cum ſit Forma pauperum clericorum expectantiū. Quare litere in forma pauperum dicuntur iuſtitie.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

miles celeſtis militie ut dicit text. in capitulo degradatio. de penis libro ſexto.& gloſ in.l.ſi miles.ff. de re. iudi. certe non debet propriis ſtipendiis militare capitulo cum ſecundum. de prebend. & ideo per illum text.dicunt ibi docto. quòd licite pauper clericus locat operas ſuas ſpirituales ad hoc ut inde uiuat ſecus ſi habet beneficium de quo poſſit uiuere facit glo. in capitulo ſignificatum. eodem titulo. Iſte eedem littere appelalantur in forma comuni.ſecundum Panormita.in capitulo poſtulaſti. in.iiii.not.de reſcrip.quia olim Papa non ſolebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum nec concedebat litteras gratioſas ſed ſcribebat contra ordinatores ut ipſi prouiderent illis quos promouerant ad ordines. c. epiſcopus.&.c.non liceat. de prebend. eo quòd ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debebant idoneos reputare quos ad ordines ſuſceperunt capitulo accepimus. de atate & qualitate.

In forma cõmuni.

Appellantur etiam in forma cum ſecundum apoſtolum quia ſunt fundate ſuper illo dicto apoſtoli qui altari ſeruit etc. dicto.c. cum ſecundum.de prebendis.

In forma cũ ſecundũ apoſtolũ.

Predictis ergo de cauſis huiuſmodi littere ſunt appellate de iuſtitia. Poſſunt tamen aliquo reſpectu dici gratioſe ut ponunt Moderni in dicto capitulo poſtulaſti. et potiſſime ea ratione in quantum conceduntur magis uni ꝙ alteri puta exiſtentibus in curia.licet enim collator ordinarius neceſſe habeat conferre beneficium non tamen neceſſitatur magis iſti ꝙ illi. et ideo ſi conferat uni uel alteri gratiam illi facit ut dicit pulchra gloſ. in capitulo relatum. de prebend. eſt ergo gratia & liberalitas in cui dando ut dicit alia gloſa in capitulo fina.

de officio uica.libro ſexto.et in capitulo quamuis, in uer.penſionem de prebend.eodem libro. Hac de cauſa *in principio litterarum dicitur dilecti filii talis clerici ſupplicationibus inclinati.etc. ad oſtendendum quod per conceſſionem talium litterarum ſit gratia illi pro quo ſcribitur alias ſi conceſſio eſſet omnino neceſſaria uerba illa non premitterentur quia fruſtra precibus impetratur quod de iure communi conceditur lege prima.C.de theſau.lib.x.l.prima.ff.ad municip.et in.l.ſi quando.C.de inoſ.teſta.*

Littere in forma pauperum aliquo reſpectu dicūtur gratioſe.

Ex *predictis etiam colligitur quare ſtatim poſt principium litterarum dicuntur illa uerba. uidelicet qui ut aſſerit beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet. quia ut patet ex premiſſis non prouidetur in iſta forma nec conceduntur littere clericis beneficiatis cum non poſſint tamen dici pauperes alias littere dicerentur ſurrepticie argumento.c. ſignificantibus. de officio delegat. ibi cum nobilis eſſet et diues pauperem ſe dixit. Item propter aliud dicuntur illa uerba beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet, quia ſi obtineret penſionem poſſet nihilominus expedire litteras in hac forma eo quod penſio non dicitur beneficium eccleſiaſticum licet quantum ad religioſos cedat loco beneficii.ſed regulariter non dicitur beneficium eccleſiaſticum ex quo conſiſtit in ſola temporalitate nec aſſignatur in titulum ut ponit* Domini.*in capitulo quamuis. in fine principii. de prebendis libro ſexto immo plus dicit* Deciſio. R*ote incipien. nota quod pauper numero.ccx. in antiquis quod taciturnitas penſionis non reddit gratiam pauperis ſurrepticiam licet ſit aſſignata in titulum de auctoritate epiſcopi ex quo non eſt penſio perpetua aſſi=*

Qui ut aſſerit quare

An obtinēs penſionem poſſit impetrare litteras in forma pauperum.

Penſio non dicitur beneficiū eccleſiaſticū nec titulus perpetuus.

gnata, & conſtituta iure beneficii. ita quod transſeratur de perſona in perſonam. Idem tenet alia deciſio .xi. incipien. utrum intitulatus. ſub titulo. de preben. in antiquioribus. ubi dicitur quod penſio non dicitur titulus perpetuus & ſpiritualis quia moriente eo cui eſt aſſignata expirat. Hoc etiam ſentit Oldra. conſilio. clxviii. incipien. ad primam queſtionem ubi tenet quod ſoluens penſionem dicitur beneficiatus non eam recipiens ex quibus uidetur concludendū quod obtinens penſionem poteſt expedire litteras in iſta forma pauperum de iure cōmuni Dominicus tamen in. c. poſtulaſti ad fi. de reſcrip. quem refert ibi & ſequitur Feli. in tertia declaratione tenet contrarium motus iſta ratione. quia Papa intendit per conceſſionem harum litterarum ſolum ſubuenire & opitulari paupertati clerici. ſed ex quo habet penſionem de qua uiuit certe ſatis eſt prouiſum eius paupertati ſicut ſi eſſet ſibi aſſignatum patrimonium pro titulo. unde iſtis caſibus uidetur ceſſare ratio propter quam conceduntur littere in iſta forma. ſi enim uolens expedire litteras in forma pauperum exprimeret ſe habere patrimonium ſufficiens aut penſionem congruentē certe uel nullatenus haberet gratiam in iſta forma uel non ita de facili & pro iſta opinione bene facit tex. in. c. clericos. q. ii. qui loquitur in litteris de iuſtitia ſecundum docto. ibi et prohibet quod habens ſufficiens patrimonium occupet ſtipendia & beneficia eccleſie que dicuntur eſſe panis pauperum. Tandem propter predictas opiniones doctorum & rationes hincinde facta eſt una regula qua cauetur quod obtinens beneficia uiginti quatuor librarum aut alterius ſimilis monete. & ſimiliter percipiēs pēſionē annuā ſimilis ualoris & ſūme ſuper fructibus etc. poſſunt

Soluens pē ſionē dicitur beneficiatus nō recipiens.

De regula qui pñt impetrare in cōi forma pauperū.

poſſunt in cõmuni forma pauperum litteras impetrare. Ita tamen quòd per aſſecutionem alterius alia dimittere teneantur & penſio ceſſet & expiret.

Et iſta regula eſt multum equa & iuridica inquantum primo diſponit quòd obtinens beneficium uel penſionem uſque ad ſummam predictam non excludatur ab impetratione litterarum in cõmuni forma pauperum. & poſtea uult quod per aſſecutionẽ alterius alia dimittere teneantur quod eſt conſonum & conforme iuri cõmuni ut probatur in.d.c.ſi pauper clericus.per rationem que ibi exprimitur ſcilicet quia ceſſat cauſa &c.

Vlterius pro declaratione dicte regule notandum eſt dum dicit quod non habentes poſſeſſionem beneficiorum in quibus ſe ius habere aſſerunt & ſuper quibus litigant cuiuſcunque ualoris annui poſſunt in cõmuni forma pauperum litteras impetrare. uult ergo regula in hac parte prout innuunt uerba predicta a contrario ſenſu quod habens poſſeſſionem beneficii cum titulo licet dicta poſſeſſio non ſit ſibi pacifica ut quia litigat ſuper titulo beneficii.talis non poterit in hac forma litteras impetrare ratio eſt quia ex quo percipit fructus ſatis eſt prouiſum eius paupertati.& ſic ceſſat cauſa propter quam conceditur gratia in hac forma prout in ſimili de habente penſionẽ tenet Domi. in.d.c.propoſuiſti quem ſuperius retuli.preterea regula in illis uerbis non requirit pacificam poſſeſſionem prout facit text.in c.de multa.de preben.c.cõmiſſa.de elec.lib.vi.c.licet epiſcopus.de prebẽ.eo.lib.& extrauagans execrabilis in caſibus quorum iurium non ſufficit poſſeſſio turbulenta & litigioſa ut in eis notatur & ponit Deciſio Rote.xxxvi.incip.no.quod ubi aliquis.in antiquis et.lxi. in nouiſ.ſed ſimpliciter dicit de non

Hñs poſſeſſionẽ beneficii excedẽtis ualorem xxiiii. lib. nõ põt ĩpetrare in forma pauperũ licet poſſeſſio non ſit pacifica quo ad titulum.

habentibus poſſeſſionem beneficiorum ut poſſint impetrare in iſta forma ergo uult a contrario ſenſu quod non habentes poſſeſſionem non poſſint licet poſſeſſio non ſit pacifica ſed turbulenta per rationem de qua ſupra. et arguendo a dicta ratione infero quod ſi poſſeſſori beneficii mouetur lis ſuper ſua poſſeſſione ita quod non percipit fructus beneficii licet incūbat poſſeſſioni poterit nihilominus impetrare in forma pauperū. quia tunc ex quo non percipit fructus perinde eſt ac ſi poſſeſſionem non haberet per illud quod dicit gl.in.c.ſi tibi cōceſſo.in uer. uacare.de preben.lib.vi. ubi uult per illum tex.quod promotus ad epiſcopatum etiam poſt conſecrationem & adeptā poſſeſſionem ſi fructus dicti epiſcopatus non percipit ut quia ex cauſa aliquo tempore alteri debentur quod propter hoc priora eius beneficia nō uacant ſed poſſit ea interim retinere quod etiam tenet Romanus conſil.cccxxxv. incip. Circa primum. & alio conſil.cccxlv.

Poſſeſſor qui patitur litē ſuper poſſeſſione & fructib⁹ perinde eſt ac ſi poſſeſſionem non haberet.

Ex predictis patet declaratio ad ea que dicuntur in prima parte prohemii litterarum in iſta forma in quibus ſubſequenter dicitur. & quem per certos examinatores ſuper hoc a nobis deputatos de litteratura examinari fecimus diligenter &c. Circa iſtam particulam ſciendum eſt quod ſub illis uerbis de litteratura examinari fecimus continentur tria. quia examinatores examinant de tribus. uidelicet ſi bene legit ſi bene conſtruit et ſi bene cantat. quorum ſaltem duo debent concurrere ſecundū Domi.in.c.ſi pauper clericus ubi ſubiicit quod quoad partes gallicanas plus ponderant cantum ꝙ conſtructum. facta autē examinatione in premiſſis et eo reperto idoneo ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum rurſus Papa mandat in eiſdem lit

De quibus examinantur qui expediunt in forma pauperum.

teris ſolerter inquiri de uita laudabili & honeſta illius clerici conuerſatione. cognoſcitur autem uita laudabilis ex operibus et abſtinentia uiciorum ſecundum Panor. et Card. in clem. cum ei quem. de conceſſio. prebend. nec ſufficit iſto caſu preſumptio nature ut in. c. unico. de ſcrut. et in. c. fina. de preſumptio. ex quo agitur de aliquo promouendo et beneficiando cum omnis etas ab adoleſcentia ſit prona ad malum. capitulo ſecundo. xii. q. i. et ideo mādatur etiā inquiri de honeſta conuerſatione quia preſumitur pro aliquo uel contra ipſum ex conuerſatione capitulo inter. iuncto capitulo cum in iuuentute. de purgatio. canoni. iuxta illud cum ſancto ſanctus eris etc.

Promouendus nō preſumit idoneus niſi probetur.

Et eſt notandum circa premiſſa quod licet quatuor requirantur in promouendo. uidelicet. ſcientia. etas. mores et ordo. ut dicit glo. in. c. ſi pro clericis. in uer. aliis. de prebend. lib. vi. tamen in iſta forma mandatur inquiri primo de litteratura deinde de moribus ut patet ex premiſſis. de etate autem et ordinibus nulla ſit mentio cum tamen ualde maius ſit pati defectum in etate ꝙ̄ in ordinibus ut probatur in capitulo ſi eo tempore. de reſcriptis libro ſexto. ubi pacienti defectum in etate tempore date non prouidetur de beneficio curato ex quo de tali defectu non fuit facta mentio in litteris quamuis poſtea ſuperueniat legitima etas ut ibi. et tamen poteſt prouideri ſi nō eſt in ſacris eſto quod de ordinum defectu non fuit in litteris facta mentio dicto capitulo ſi pro clericis conſequenter apparet quod maior eſt defectus etatis quam ordinum ut in predictis iuribus et per glo. in. c. primo. de eta. et qualita. in ſexto. Sed ſaluando formas huiuſmodi litterarum poteſt dici quod

Maior eſt defect9 etatis q̄ ordinum.

tacite mandatur inquiri etiam de etate per illa uerba que in litteris ſequuntur. uidelicet aliudque canonicũ ei non obſiſtat per que importatur legitima etas quia indecorum eſt ut hii debeāt eccleſias regere qui non nouerunt gubernare ſeipſos. c. indecorum. de etate et qualit. et in. c. ſuper inordinata. de preben. legitima autem etas intelligitur. xxv. annorum quoad beneficium cum cura. c. cum in cunctis. de electio. et notatur in. c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. vi. Quo uero ad beneficium ſimplex et canonicatum ac prebendam extra tamen cathedralem eccleſiam ſufficit etas maior ſeptēnio ut notatur in. c. ex eo. de elec. eo. lib. licet quo ad canonicatus et prebēdas eccleſie cathe. fuerit ordinatum per Greg. xi. quod non conferantur niſi habentibus annos. xiiii. prout atteſtatur Dec. Rote. cccxxiiii. incip. ſuppoſita. in nouiſ. deciſionibus.

Aliud canonicum ei nō obſiſtat.

Etas habilis ad beneficium ſimplex et canonicatum.

Secundo importāt predicta uerba ſcilicet aliudque canonicum non obſtat ut ille pro quo taliter ſcribitur ſit legitime natus quia illegitimi ad beneficia eccleſiaſtica abſque diſpenſatione ſunt inhabiles. c. i. et. ii. de fil. preſbi. lib. vi.

Tertio quod non ſit periurus infamis ſeu alias criminoſus nā licet collatio beneficii facta talibus ualeat mero iure ut tenet Lapus in additione ad conſilium Federici quinquageſimum. et Car. in. c. querellam. de iureiur. per. c. inter. de exceſ. prelato. illud tamen non habet locum quando prouiſio facta periuro uel alias infami fiat uirtute litterarum ad beneficia quia tunc propter maximam eorũ odioſitatem erit ipſo iure nulla prout eleganter tenet Calde. conſi. xx. in titu. de preben. et ſequitur moder. in. c. ii. de reſcrip. cum aliis ibi latius per Fel.

Collatio facta crimiōſo uirtute litterarum ad beneficia eſt ipſo iure nulla.

Quarto quod alias nō ſit incapax tituli beneficialis prout ſi eſſet

irregularis

irregularis ex homicidio ſm Inno.in.c.cum noſtris.de conceſ. preben. in tantum quòd aliqui uolunt quò d cum homicida uoluntario non diſpenſatur niſi ſit perſona regularis.& tunc circa altaris miniſterium & cum uolente ingredi religionem mendicantium cui datur rehabilitatio ad omnes ordines etiam in altaris miniſterio. aliquando tamē datur ſignatura de abſolutione & obtentis ad ſimplicia. poſtea ſignatura ampliari poterit iuxta qualitatem caſus homicidii. quandoque etiam ponitur clauſula pro preſbitero homicida. uidelicet eo ad trienniū ſuſpenſo & c.uel apoſtata in quo non cadit tale ius ſm Bal.in repeti.l.barbarius in.x.col.ff.de offi.preto. Aut penitus illitteratus qui eſt inhabilis ad beneficium eccleſiaſticum ſm Innoc. in.c.dilectus.de tempo.ordi.& Arch.in.c.nullus.eo.titu.lib. vi.quod uidetur intelligendum in beneficio cum cura.ſecus forte in ſimplici ut ponit Dec.cccxii.in antiquis.

Incapaces tituli beneficialis qui ſint.

Similiter purus laycus incapax eſt beneficii eccleſiaſtici.c.cū adeo de reſcrip. & in.c.ex litteris de tranſac. quicquid dicat gl.in c.ii.de inſtit.que tenet ſufficere quo ad hoc propoſitum clericandi quaſi deſtinatione animi poſſit iam dici clericus.ſed illa glo.cōmuniter reprobatur per doc.in.d.c.cum adeo.niſi ſaluetur ut per unā Dec.Rote.cccxii.incip. nota quod clericus in antiquis ubi dicitur quòd non clerico incedenti tamen in habitu poteſt beneficium conferri ut clerico quaſi uelint quòd habitus & diſpoſitio animi ſufficiant quo ad hoc ut quis clericus reputetur ad quod bene facit dictum Arch.in.c.ſi quis ſuadēte.xvii.q.iiii.ubi dicit quòd ille qui nondum habet ordinē ſed tantum coronam portat & eſt clericus animi deſtinatione gaudet priuilegio illius canonis. Hiis tamen non obſtātibus uerius

Nō clerico incedēti tñ i habitu clericali pōt conferri bñficiū ut clerico ſcđm Rot.

eſt quod prius dixi per tex.in.l.ex eo.ff.de teſta. mil.ubi dicitur quòd miles gaudet priuilegio militari ex eo tempore quo in numeris relatus eſt non ante. & ideo praticha & cõmunis ſtilus eſt quando purus laycus impetrat & ei mandatur beneficiũ conferri apponitur illa clauſula cupienti aſcribi militie clericali &c.ut per Abb.*in.d.c.ex litteris. de tranſac. alias littere eſſent ſurreptície & iſto reſpectu quando ſcribitur pro aliquo in iſta forma in principio litterarum appellatur clericus quia alias eſſet quoad hoc inhabilis per ſupradicta inſuper diceretur canonicum impedimentum ſufficiens ad excludendum pauperem clericum ſi non ſit oriundus in loco ad quem littere extenduntur arg.l.in eccleſiis.*C.*de epiſ.et cle.ſtante regula cancellarie que diſponit quod pauperes clerici extra ſuam prouinciam locari non poſſint niſi ibidem per ſex annos moram traxerint ut latius in dicta regula. cuius diſpoſitio fundatur in tex. not.in.c. nullus inuitis.lxi.di. ubi dicitur.habeat unuſquiſque ſuum fructum militie in eccleſia in qua ſuam per omnia officia tranſegit etatem in aliena ſtipendia minime alter obrepat nec alii debitam alter ſibi uendicare audeat mercedem.et licet ille tex.loquatur de promouendo in epiſcopum tamen ratio illius cõmunis eſt etiam ad beneficia inferiora ſm* Panor. *in.c. ad decorem.de inſtit.*Vbi *dicit quòd eſſet ualde honeſtum et fructuoſum ut quiſque in patria ſua beneficiaretur nec alter occupet beneficia uel ſtipendia alterius per quod tolleretur materia depauperandi eccleſias et beneficia et propter hec non cõſueuit prouideri alicui de beneficio extra ſuam nationem conſiſtenti licet quandoque ex fauore cõceditur cum derogatione.*

Cupienti aſcribi militie clericali.

De ratione regule ꝙ paupes extra ſuã prouinciã non locentur.

Subſequenter in huiuſmodi litteris dicitur ei de aliquo beneficio

eccleſiaſtico etc. Hec uerba important ut non poſſit eidem prouideri de penſione.c.quãuis.p.de preben.lib.vi quia penſio nõ dicitur beneficium eccleſiaſticum ex quo in ſola temporalitate conſiſtit et nullum habet miniſterium ſpirituale annexũ ut per domi.in.d.c.quãuis.eodem modo propter illa uerba non poterit prouideri de hoſpitali ſm gl.in.c.ſi pauper clericus.de preben.in.vi.per tex.in cle.per litteras.eodẽ tit.nec de elemoſinariis ut ibi imo etiam ſi predicta fuiſſent inſtituta de auctoritate epiſcopi et ſolita eſſent conferri in titulum beneficii adhuc non caderent in huiuſmodi gratiis expectatiuis ut dicit notabiliter Dec.Rote.cclxv.incip. nota quod ubi religioſus in antiquis.ubi aſſignatur ratio.quia cum hoſpitalia et elemoſine ſint ad nutum amobilia regulariter certe non ueniunt nomine beneficii quantum ad clericum impetrantem poſito quod in titulũ beneficii conferantur idem ſentit alia deciſio.ccccclxxxiiii. incip.quidam in ciuitate.in antiquis. et iſta ſunt notanda quia licet predicta loca dicantur loca pia et religioſa ſine eccleſiaſtica quando ſunt de auctoritate epiſcopi conſtituta.c.ad hec. de religio.domi. tamen non includuntur in huiuſmodi litteris per ſupradicta.

no. ad tex. in cle per litteras de preben.

Similiter propter illa uerba nõ poteſt obtinere beneficiũ manuale et ad nutũ ſuperioris remouibile dato quod ab olim cõſuetum eſſet clericis ſecularibus aſſignari quia tale beneficiũ nõ poteſt proprie dici beneficiũ eccleſiaſticũ cũ nõ ſit perpetuũ ſed ut dixi ad nutũ ſuperioris remouibile arg.c.precepta.lv.di.et eorũ que notãtur i.c.ueniẽs.de fil.pre.et ideo dixit Cal.cõſi.xxvi. in titu.de prebẽ.quod in reſeruatiõibus beneficiorũ quas facit papa nõ ĩcludũtur beneficia manualia quia reſeruãdo beneficia

Expectãti nõ põt prouideri de beneficio manuali.

uidetur intelligere de beneficiis que perpetuo conferuntur. Ex quo infero quod nec uicariam temporalem poterit obtinere predicta ratione.

Vicaria alias ppetua unita mēſe epiſcopali nō debetur expectanti

Idem ſi uicaria eſſet alias perpetua ſed modo unita menſe epiſcopali uel abaciali quia per talem unionem illa perpetuitas tranſit in temporalitatē nt ponunt domini de Rota dec.cclxxiii. incip.fuit dubitatum in nouis conſequenter non uenit appellatione beneficii eccleſiaſtici. Poſt predicta uerba de aliquo beneficio eccleſiaſtico dicitur cum cura uel ſine cura.

Cum cura uel ſine cura.

iſta uerba neceſſario apponuntur quia niſi ſic diceretur non ueniret beneficium curatum.c.cum in illis.in prin.de preben.lib.vi.& licet aliqui uoluerunt dicere iſtud procedere quando papa mandat prouideri de uacaturo quo caſu non facit tantā gratiam prout quando prouidet de uacanti. uerius tamen eſt ut neutro caſu includatur curatum de cura non habita mentione ut per dominos de Rota dec.ccii.incip.nota quod quis non tenetur in antiquis.

Etiam qñ prouidetur de uacanti debet fieri mentio de cura.

ſed iſta concluſio non habet locum quando beneficium curatum eſſet annexum prebende quia tunc ratione annexionis de cura non eſt neceſſario facienda mentio arg.c.ſuper eo. de preben.lib.vi.per rationē de qua ibi notatur. ſubiicitur poſtmodum.dūmodo in cathedrali eccleſia non exiſtat.

Dūmō ī cathedrali eccleſia non exiſtat.

iſta uerba uidentur apponi ad maiorem declarationem quia etiam ſi non exprimerentur non uenirent beneficia eccleſie cathedralis cum ſcribitur prouideri in ciuitate uel dioceſi ſm opinionem communem poſt.in.c.capitulum ſancte crucis. de reſcrip. quod ſatis bene probatur in.c.quāuis.lo primo.de preben.lib.vi.licet ille text. uideatur loqui in aliis terminis uidelicet cum alicui prouideri mandatur de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis uel dioe

Si mandatr̄ prouideri ī ciuitate uel dioc.an includant bñficia ecclīe cathe.

ceſis ut tunc ſub illa generalitate non includatur eccleſia cathedralis propter illius honorem & preeminentiam. & ideo dicunt aliqui ſecus eſſe quando ſcribitur in terminis in quibus loquitur compoſt. ſcilicet quando mandatur prouideri in ciuitate uel dioceſi quia tunc uerum eſt dicere ſm eos quòd prouidendo in cathedrali prouidetur in ciuitate non ſic eſt cum dicitur in aliqua eccleſiarum quaſi illa dictio aliqua reſpiciat minores & inferiores eccleſias iuxta glo. in clemē. prima. in uer. aut earum parte. de foro compe. ubi dicit quod dictio aliqua uerificatur in qualibet re minima. prout etiam ponit Panor. in. c. paſtoralis in prin. de offi. dele. & Pet. de anch. conſi. clx. preſupponitur &c. Old. tamen conſil. clxxxv. incipiē. thema tale eſt ticius canonicus &c. ſequitur primam opinionem concludens quòd ſi quis impetrat gratiam a Papa de perſonatu officio uel dignitate pertinente ad collationem epiſcopi & capituli communiter uel diuiſim non includitur eccleſia cathedralis quo ad dignitates in ea exiſtentes propter rationem de qua ſupra & per illud quod dicitur in. l. pretor ait. §. quòd autem. ff. de iniur. & . c. ſedes. de reſcriptis

Dictio aliqua verificatur in re etiā minima.

Et tenendo predictam opinionem compoſt. & Oldr. oportet dicere quòd iſta uerba dummodo &c. exprimuntur ad maiorē expreſſionem et cauſa tollende dubitationis reſultantis ex contraria opinione Ioan. and. in. d. c. quamuis. & clarius in addi. Spec. in titu. de actione. §. ſuper petitione. in additione magna ad finem in quibus locis tenet quòd quando ſcribitur ad collationem epiſcopi includatur eccleſia cathedralis quia ad epiſcopum principaliſſime ſpectat collatio beneficiorum in eccleſia cathedrali. c. cum eccleſia. de elect. ergo principalius illius

beneficia uidentur includi niſi nominatim excludãtur. & propterea dicit ipſe in litteris pauperum apponuntur illa uerba, dummodo in cathedrali non exiſtat. & ſic ſecundum eum illa uerba ponuntur neceſſario & non ad maiorem declarationem iſtud etiam uidetur ſentire domini de Rota Dec.cxii.incip. nota quod ubi aliquis. in antiquis ubi dicunt quod expectans ad collationem decani & capituli eccleſie cathedralis poteſt acceptare beneficium uacans in ea. Idẽ tenet alia Dec.ccxiii. incip. nota quod ubi in antiquis ubi dicitur quod expectanti ad collationem epiſcopi ſimpliciter prouideri poteſt de beneficio & prebenda cathedrali. quia diſpoſitio. c. quãuis. debet reſtringi et teneri in ſuis terminis. uidelicet quando ſcribitur ſecũdũ formam illius capituli ſcilicet in aliqua eccleſiarum ciuitatis uel diocefis etc. utcunque ſit alias in aliis formis in iſta certum eſt excludi expreſſe beneficia eccleſie cathedralis per illa uerba ſepius dicta dummodo etc. que cum ſint generaliter et indefinite prolata excludunt omnia beneficia quantuncunque modica exiſtentia in eccleſia cathe. c. ſi romanorum. xix. di. et glo. in. c. ut circa. cum uulg. Licet una deciſio Rote. cccix. incip. nota quod ubi ſententia in antiquis dicat quod diſpoſitio dicti. c. quamuis ſepius allegati non habet locum in beneficiis modicis ſicut eſt uicaria quam poteſt acceptare expectans in forma pauperum. licet illa exiſtat in eccleſia cathedrali. et ſimiliter aliud beneficium modicum quod non eſt de principalioribus in eccleſia aſſignatur ad hoc duplex ratio. Prima quia diſpoſitio ſepedicti. c. quamuis eſt penalis. et ideo reſtringenda regula odia. cum uulg. ſecundo quia illud ibi diſponitur propter honorem et prerogatiuam eccleſie cathedralis ut ſub

Limitatio ad. c. quãuis. de preben. lib. vi.

Expectans in forma pauperum an poſſit cõſequi beneficiũ modicũ exiſtens in cathedrali.

uerbis generalibus non ueniat beneficium exiſtens in ea. at in modicis beneficiis eccleſie cathedralis ceſſat illa ratio quia intitulati in eis non interſunt negotiis capitularibus conſequenter iſto caſu non uendicat ſibi locum ratio dicti.c.quamuis nec ſua diſpoſitio.ad quod facit illud tritum et uulgare. uidelicet quod de modicis et minimis non curatur.l.ſcio.ff. de reſtitu. in integ.et in.c.et ſi queſtiones.de ſimon.et quod per illum tex. dicunt notanter docto.maxime Angel. in.l.ſenatus.§.marcellus.ff.de legat primo. uidelicet ſi ſtatutum prohibet alienare rem immobilem in forenſem non habebit locum in domuncula et parua caſa. qui text.exclamatur pro ſingulari ad hoc per Romanum ſingulari incipien. hodie. ex quibus uidetur quod pauper expectans poteſt aeceptare beneficium modicum in eccleſia cathedrali ſecundum dominos de Rota quod mihi uidetur ſatis mirum ex quo generaliter et indefinite excluduntur per illa uerba beneficia eccleſie cathe. maxime cum ratio dicti.c.quamuis. et premiſſorum non eſt illa conſiderare ſcilicet beneficium paruum uel magnum ſed honorem et preeminentiam eccleſie cathedralis que ratio ita militat in beneficio modico exiſtente in eccleſia cathedrali ſicut in magno quo caſu propter identitatem rationis licitum eſt extendere conſtitutionem penalem et odioſam precipue fauore eccleſiarũ iuxta glo. in.c.ſciant cuncti.in uer.alios.de elec.lib.vi. que dicit quod cõſtitutio penalis dicitur eſſe fauorabilis & extendenda fauore eccleſiarum idem dicit Domi.conſil.xxxvii.in pe.col. et cõſi. cvi. in prima colum. certum eſt autem quod illa uerba dummodo &c. apponuntur fauore cathedralium eccleſiarum ne in eis niſi perſone honorabiles obtineant beneficia per quos

Statutum prohibens rẽ imobilẽ alienari in forẽſem nõ intelligitur de domuncula.

Per paupe res eccleſie ſpoliantur & depri= muntur.

honorantur eccleſie et ſubleuantur que per pauperes ſpolian= tur et deprimuntur iuxta glo.in.c.conſtitutis.in uer.impoten= tia.de appel.per que uidetur dicendum quod illa uerba exclu dunt generaliter omnia beneficia exiſtentia in eccleſia cathe= drali iſtud tamen non pono pro conſtanti propter dictam de= ciſionem contrariam dominorum de Rota quorum magna eſt auctoritas apud omnes.

Pauper ex pectantes cur exclu= dunt benefi ciis eccleſie cathe.

Et ex ſupradictis poteſt ſummi ratio et cauſa quare eſt quod pau= peres expectantes excluduntur a canonicatibus et aliis benefi= ciis exiſtentibus in eccleſia cathedrali et hic clarius eam decla ro. uidelicet quia ex quo quis eſt pauper preſumitur uilis per= ſona. Hinc eſt quod tali minus creditur q̃ alteri diuiti et po= tenti iuxta illud. quot nummos in archa tantum habet fidei.et probatur in.l.iii.ff.de teſti.in.§.ſancimus in autentico. eodem titu.et in.l.ſpadonem.§.fi.ff.de excu.tut. Vnde ſicut magnus honor eſt eſſe canonicum eccleſie cathedralis ut dicit Innoc.in c.fraternitatem.de ſepultu.et retuli in ſuperioribus. Ita aliquid plus eſt eſſe beneficiatum in eccleſia cathedrali q̃ in aliis infe= rioribus extra illam propter illius honorem et preeminentiam et propterea arcentur pauperes expectantes a beneficiis et ca= nonicatibus eccleſie cathe.ridiculum enim uulgo uideretur ui= dere pannoſum clericum beneficiatum uel canonicum in cathe= drali iuxta illud quod dicit glo.in.c.ſtatutum in uer. commit= tantur.de reſcrip.lib.vi.

Olim in lit teris paupe rũ non ex= primebatur certa taxa.

Demum poſt particulas precedentes ponitur taxa.uidelicet cuius fructus etc.pro declaratione iſtius partis ſciendũ eſt quod olim in huiuſmodi litteris pauperum non exprimebatur certa taxa. ſed dicebatur de beneficio ſecundum ſue probitatis merita cõ

petenti ut ponit Lapp.allegatione.lxxix.incipiē. Innocentius. que uerba importabant ut prouideretur expectanti de beneficio ſecundum qualitatem ſue perſone ad arbitrium executoris ut per Panor.in.c.ſi.de prebend.et clarius per butri. in.c. cum dilectus.in.ii.col.de iure patro.ad quod etiam facit bona glo.in.c.primo.in uer.abſque penuria de ſtatu regul.lib.vi.

Hodie autem iſta competentia taxata eſt ad certam ſummam diuerſimode tamen ſecundum diuerſitatem regionum prout in regula de taxa in forma pauperum.dicit tamen Ioan.and.in addi.Spec.in tit.de conceſ.preben.in additione magna quod finis huiuſmodi litterarum uidetur id ponere in arbitrio pauperis expectantis.ſcilicet quod ſibi uolenti poſſit prouideri de minori ualore.de quibus uerbis dubitat ibi multum. Idem Ioan. and.quia etiam ſi dicta uerba non apponerentur poſſet eidem de minori ſumma prouideri.nam quando ſumma ponitur aſcēſiue poteſt tunc etiam de minori prouideri ſecus quando ponitur taxatiue et prout uult glo.not.in.c.quamuis.in uer. uſque ad certam.de prebend.lib.vi.et latius declarat Domi.conſi. cxxxiii.in ſexta col.conſequenter expreſſio illorum uerborum uidelicet quod uolenti poſſit de minori prouideri uidetur ſuperflua quia expreſſio eorum que tacite inſunt nihil operatur iuxta iura uulg.tandem huic obiectioni reſpōdet prefatus Io. and.ibidem.et in.c.cui de non.de preben.lib.vi.quem non expedit referre quia hodie non apponuntur illa uerba et bene propter ſupradicta.

Quādo ſūma ponitur aſcēſiue pōt de minori prouidri ſecus quādo taxatiue.

Vltimo pro declaratione premiſſorum circa iſtam formā et alias precedentes in quibus exprimitur certa ſumma et ualor. ſciendum eſt quod ualor beneficii non computatur reſpectu utilita-

Valor beneficii computat᷑ in apportatis in abſentia.

tis que habetur in reſidendo. ſed in aportatis in abſentia ut ſentit notabiliter Oldra.conſilio.cxviii.incip. ex uirtute gratie ibi dum dicit conſtat autem redditus appellari qui percipiuntur ex corpore beneficii & debentur unicuique abſenti ſubiicit etiam quod quotidiane diſtributiones et anniuerſalia non computantur in ualore beneficii nec augent corpus prebende exquo dantur ratione opere perſonalis argumen.tex. in l.prima in ſecundo reſpon.ff.ſi menſ.ſal.mod.dix.& in.l.cum duobus.§.ſi inchoanda.ff.pro ſocio. ibi precium.n. opere &c. idem tenet Deciſio Rote.cxxxiiii.incipien.quando impetratur in nouiſ.dantur enim tantummodo intereſentibus diuinis & ideo non ſunt de corpore beneficii nec ſub illo comprehenduntur ad quod facit quod legitur & notatur in.c. licet. de preben.et in.c.unico.de cleri. non reſiden. libro ſexto. Idem uult alia Deciſio.ccccviii.et.dcclxvi.in antiquis.

Quotidiane diſtrib. non cōputantur ĩ ualore beneficii.

Et predicta intelligo procedere etiam ſi in aliqua eccleſia ex ſtatuto uel conſuetudine nihil percipiant abſentes. quia pari modo ualor debebit conſiderari non in reſidendo, ſed quantum alias perciperet abſens ſi ſtatutum et conſuetudo non extarent. Habet enim prebenda ſuos redditus conſuetos licet propter ſtatutum uel conſuetudinem non debeantur abſenti. et ita intelligo dictum Oldra. Puto tamen quod utilius et magis expediens expectanti eſt quod ualor beneficii computetur ſecundum taxationem decime q̃ ſecundum communem extimationem quia per induſtriam clericorum creuerunt redditus beneficiorum que induſtria non debet eſſe illis dannoſa.l.fi.C. de alluuio.et notatur in.c.cum.m.fer. de cōſti. et in.c.cum clerici. de pac.et ita ſolet in litteris exprimi.

Valor cōputat᷑ ſcđm taxationē decime.

Decima et ultima principalis forma quo ad gratias expectatiuas. eſt pro pauperibus graduatis que differt in aliquibus a communi forma pauperum precedenti primo quia in iſta poſt illa uerba beneficium eccleſiaſticum etc. non ponitur ab olim clericis ſecularibus aſſignari conſuetum prout ponitur in forma precedenti ſed ſimpliciter dicitur cōſuetum clericis ſecularibus aſſignari. et hoc ea ut reor ratione quia fauore graduatorum uult ſummus Ponti. ut intelligatur beneficium ſeculare ſeu clericis ſecularibus aſſignari conſuetum quando per decenniū pacifice et quiete fuit rectum per clericos ſeculares per illud quod dicit Ioan. andre. in.c.fina. de conſuetudi. libro ſexto. ubi tenet ſufficere decennalem preſcriptionem in conſuetudine ſecundum ius commune introducta qualis poteſt dici iſta de qua loquimur concurrente maxime fauore graduatorum ut ſupra nam de iure communi omnia beneficia cenſentur eſſe ſecularia ex eo quod primeuus ſtatus beneficiorum fuit ſecularis. Hinc eſt quod de beneficio ſeculari fit regulare dummodo legittima preſcriptio quadragenaria ſcilicet ſit decurſa ſed econuerſo ſufficit decennalis preſcriptio quaſi uelint docto. ſufficere tali caſu breuius tempus ad hoc ut res reuertatur ad naturam ſuam.c. ab exordio.xxxv. diſtin. cum uulga. item propter fauorem pauperum graduatorum ut ſepius dixi.

De litteris in forma pauperum progradua tis.

Status beneficiorum primeuus fuit ſecularis.

Sed in communi forma pauperum poteſt dici quod requiratur quadragenaria preſcriptio ut beneficium dicatur ſeculare ſeu rectum a ſecularibus clericis quod denotat illa dictio ab olim que ponitur in dicta forma communi & obmittitur in iſta. & hoc modo poſſunt concordari opiniones contrarie

Circa tex. in.c. cū de beneficio. de preben. in.vi.

doct.in.d.c. cum de beneficio. & dominorum de Rota de quibus Dec.xxxii.incipiē.fuit dubitatum. in nouiſ. & Dec. ccccl xxxvii.in antiquis.

Differt inſuper iſta a precedenti quia maior taxa datur in iſta q̄ in precedenti ut puta in alemania in cōmuni forma pauperum datur ad beneficium cum cura.xx. ſine cura.xv. march arum argenti. in iſta uero pro graduatis ſi cum cura.xxv. ſine cura xviii.mar.arg. & ſimiliter in aliis partibus augetur taxa pro pauperibus graduatis reſpectiue ad taxam que eſt in forma cōmuni & iſtud introductū eſt non ſine ratione ut pinguius prouideatur graduatis in redditibus iuxta.c.de multa.circa fi.de preben.nam ut dicit glo.in.c.cum adeo.de reſcrip. quod ſimplici clerico ſufficit tale beneficium quod non ſufficeret nobili et ſimiliter uiro litterato et graduato.et ideo dicit glo.in.c.clericus.xxi.q.i.quod ſufficientia beneficii conſideratur ſm qualitatem & dignitatem beneficiati facit etiā bona glo.in.c.unico.§.ſane.in uer.abſque penuria de ſtatu reg.lib.vi.

Cur datur maior ſumma i forma iſta q̄ i precedenti.

Sufficiētia beneficii cōſideratur ſecūdū qualitatem beneficii.

Eodem modo in aliis formis precedentibus in quibus datur ad largam maior eſt taxa pro graduatis q̄ pro aliis ut apparet ex regula de taxis beneficiorum et eſt aduertēdum quod olim nō ponebatur ſumma in prin.gratie in forma pauperum.imo dabatur gratia de omni beneficio competēti et poſtea in fine gratie dicebatur noſtre autem intentionis exiſtit ut ſibi prouideatur de beneficio cuius fructus etc.talem ſummam non excedūt prout declarat Rota in antiquioribus Dec.vi.de preben.

Clauſula ſi per ſolertē inquiſitionē nō ponitur i forma pro graduatis.

Tertio et ultio differt quia i iſta pro graduatis nō mādatur īquiri de idoneitate īpetrātis quaſi iā ſemel cēſeatur approbatus arg. tex.i.l.unica.et quod ibi no.per bar.C.de athl.li.x.at i precedenti

denti ponitur illa clauſula ſi per ſolertem inquiſitionem &c. que facit conditionem & dat formam executori qua non ſeruata non ualet prouiſio etiam ſi pauper alias millies eſſet idoneus & per executorē ſciretur & pronūciaretur eſſe talis quia executori ut executori & certo modo uidelicet per inquiſitionem ſolertem de hoc conſtare debet ita formaliter dicit Egid. conclu. dclxviii. incip. clauſula allegat Pau. ita tenentē in cle. cum ei quem primo reſponſo ſuper hoc uerbo inquiſitionis de conceſ. preben.

Licet executor gratię paupis ſciat pauperē eē idoneū nō ſufficit niſi inquirat.

Hactenus dictum eſt de decem principalioribus formis gratiarū expectatiuarum alias non proſequor cauſa breuitatis dicendū eſt modo de mandatis de prouidendo. & de uariis formis executorum qui aliquando ſunt prouiſores aliquando compulſores & quandoque mixti. de quibus ſigillatim dicetur.

DE MAN. DE PROVIDEN.

PRima igitur forma mandati de prouidendo eſt quando ſcribitur pro certa perſona & pro certo beneficio exemplum in. c. ex parte. lo primo. de offi. deleg. ibi dum dicit ut ſi auunculus ſuus archidiaconatum quem habet in eccleſia illa uelit omnino dimittere ipſum ei facias aſſignari. & ſic tale mandatum reſpicit fauorem certe perſone & comprehendit certū beneficiū.

Mādatum de prouidēdo certe pſone de certo bñficio.

Circa hanc formam notandum eſt primo quod habens tale mandatum ſi in eo eſt clauſula anteferri prefertur expectanti qui eſt prior in data etiam ſi expectans tempore date talis mandati iam acceptauerit illud beneficium dūmodo ſibi de illo nō obtinuerit prouideri & hoc propter clauſulam anteferri per quā poſterior in data prefertur priori habēti ſolum ius ad rē quale eſt illud quod queritur per ſolam acceptationem ut probatur in

Clauſula anteferri quē hēat effectum.

c.quodã.de preben.lib.vi. per quem tex.ita tenuerunt domini de Rota dec.viii.incip.unus innocentianus.in titu.de conceſ. preben.in antiquioribus.

Ex *quo infertur quòd ſi apoſtolicus expectans uacante beneficio illud acceptauit et antequã obtineat ſibi de illo per executorẽ uel ſubexecutorem prouideri alius impetrat a Papa tale beneficium tãquã uacans certe preualet iſtius impetratio etiam ſi in ſuis litteris ſit clauſula dũmodo tempore date preſentium non ſit alteri ius queſitum. nec poteſt dici ſurreptitia ex eo quòd de iure expectantis id eſt de ſua acceptatione non faciat mentionẽ prout tenẽt domini de Rota Deciſ.ccxliiii.incip. licet de more.in nouiſ.ad hoc etiam facit doctrina Io.an. & doct. in.c.cauſam que.de reſcrip. ubi dicunt quod dicta clauſula dũ modo non ſit alteri ius queſitum. preſeruat habentes ius in re ſed derogat habentibus ius ad rẽ idẽ conſulendo tenuit Cal. in tit.de reſcrip.conſi.viii.ad finem.& Roma.conſi.cclvi.*

Clauſula dũmõ non ſit alteri ius queſitũ que habeat effectum.

Notandum *eſt ſecundo circa iſtam formam quod habẽs tale mãdatum de prouidendo ut ſupra.licet illud ſit conditionale. uidelicet ſi per diligentem examinationem &c.preferetur expectanti habenti gratiam puram dummodo in huiuſmodi noua prouiſione ſit clauſula retrotractiua perinde ac ſi &c.fiatque purificatio conditionis ante uacationem beneficii.talis enim purificatio operatur ut prouiſio eidem poſtea facta per executorem perinde habeatur ac ſi tempore date facta eſſet ita firmat Rota Deciſ.ccclxxxiii.incip.ſi Papa. in nouiſ.limitãdo iſto modo diſpoſitionem clemen.prime. de conceſ. preben. quod ego intelligo procedere etiam ſi expectans prior in data iam fecerit acceptationem illius beneficii non ſequuta prouiſione*

Clauſula retrotractiua perinde ac ſi &c.qd importet.

tempore date noue prouiſionis et hoc propter clauſulam ante= ferri ut dixi in principio. Sed hoc non procederet in duabus gratiis expectatiuis ſucceſſiue ad eandem collationem duobus conceſſis quãuis poſterior habeat clauſulam anteferri et alias de quibus ſupra propter uerba que in huiuſmodi gratiis dicun tur uidelicet quibus omnibus preterquam auctoritate noſtra in canonicos receptis uel ſimilia beneficia ibidem expectantibus te uolumus anteferri.

Idem dico ſi due gratie expectatiue habent eãdem datã quia alias mutuo ſe impedirent argu.l.duo ſunt ticii.ff.de teſtamen.tut. etc.ſi quis iuſto. de electio.libro.vi. et ideo in tali caſu ſi am= bo expectantes concurrunt ſimul ad idem beneficium ex quo habent eandem datam et ſimiles ſeu pares clauſulas ſtatur diſpoſitioni. c. duobus. de reſcriptis libro ſexto iuncta De= ciſio. Rote.cccciii. incipien.nota ſi unus in antiquis.ubi dici= tur quod tunc prefertur diligentior in proceſſu. ſed ſi pares ſunt etiam in fulminatione proceſſus recurritur ad pre= rogatiuas de quibus late dicetur in ultima parte huius operis circa litteras gratie. Ratio autem differentie inter duas expectatiuas ad inuicem concurrentes et mandatum noue prouiſionis quando concurrit cum expectante iſta eſt. uide= licet quia littere expectantium habentes eandem datam ſunt generales nam habitualiter includunt plura beneficia ſed nullum certum. & ideo generi per genus non deroga= tur, ſed recurritur ad ea que predixi. At huiuſmodi mandatum de prouidendo reſpicit certum corpus ta= lis beneficii iam uacantis. & ſic eſt prouiſio ſpecialis nimirum ergo ſi generi, id eſt litteris expectatiuis que

Qñ cõcur= runt hñtes eandẽ datã quis prefe= rat. et quid ſi ſunt etiã pares ĩ pro ceſſu.

Cur habẽs nouã pro= uiſionẽ pre fertur expe ctanti.

ſunt generales ut dixi per ſpeciem derogantur iuribus uulg. et quaſi in terminis in. c. quãuis tibi. de preben. lib. vi.

Secus dicerem quando concurrunt duo mandata de prouidendo ambo ſpecialia ad idem corpus beneficii quia tũc preualet primum in data etiam ſi reſpiceret tale beneficium cum uacabit non obſtante ſecundo quod eſt conceſſum ad illud idem beneficium iam uacans nam cum utrũque reſpiciat idem beneficiũ et ſic utrũque eſt ſpeciale debet preualere primum niſi de primo fieret mentio in ſecundo prout uult glo. not. et ſequuntur doc. in. d. c. quãuis ſuperius allegato. Nec ſufficeret ſi in ſecundo mandato diceretur etiam ſi ſit generaliter uel ſpecialiter reſeruatum. quia talis clauſula non eſt potens ad tollendum omnes reſeruationes quarum diuerſe ſunt ſpecies. Quedã. n. ſunt generales ut patet in extrauagãti execrabilis Ioã. xxii. Quedam ſunt ſpeciales quo ad certum corpus beneficii non tamen pro certa perſona ut patet in. c. cum olim. de re iud. et in. c. ſi eo tempore. de elec. lib. vi. Quedam alie ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficii et in ſpecie pro certa perſona ut in. c. ex parte lo primo. de offi. deleg. et in. c. dudum. de prebẽ. lib. vi. ex quibus apparet quod licet in tali mandato poſteriori apponatur dicta clauſula etiam ſi ſit generaliter uel ſpecialiter reſeruatum. illa tamẽ non eſt apta tollere omnes reſeruationes patet quia non tollit reſeruationem generalem clauſulam in corpore iuris ut quando beneficium uacat in curia niſi de illa faceret mẽtionem ſpecialem et expreſſam. c. ii. de prebẽ. li. vi. et ideo cum impetrantur beneficia certo modo uacantia et ponitur clauſula. et quod ultimus uere uacationis modus etiam ſi ex illo queuis reſeruatio generalis etiam in corpore iuris

Reſeruatio nũ diuerſe ſpecies.

De effectu clauſule ẽt ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſeruatũ.

clauſa

clauſa reſultet habeantur pro expreſſis. ibi ante uerbũ habeantur. ſolent poni hec uerba. uidelicet preterquam per obitum apud ſedem. & hoc ne Papa in impetratione huiuſmodi decipiatur. talis enim reſeruatio nõ includitur in impetratione niſi ſpecialiter exprimatur ut dixi. Licet alias in ſupplicatiõibus prouiſionum per obitum ſignandis per Papam nulla reſeruatio expreſſa uel exprimenda conſueuit caſſari.

Clauſula preterquã per obitum apud ſedẽ quare ponatur.

Pari modo non debet poſſe tollere reſeruationem certi beneficii in fauorem certe perſone reſeruati per ſola illa uerba generalia quia per hoc in totum excluderetur reſeruatiuus. non preſumitur autẽ quòd Papa per illa uerba generalia uoluerit primo reſeruatiuo in tantum preiudicare ut excludatur in totum ex quo de illius ſpeciali reſeruatione non fuit informatus arg. c. quãuis & c. ſi propter tua de reſcrip. lib. vi. & in hanc partem inclinat Domi. conſilio. xii. incip. utrum ille &c. ubi allegat lo. mo. in extrauag. dudum bon. xi. dicente quod huiuſmodi non obſtantia generaliter prolata nunquam preiudicat alteri in ſpecie ſuper iure ſuo niſi ſpecialiter illud exprimat.

Concludo ergo quod illa uerba etiam ſi ſit generaliter uel ſpecialiter reſeruatum non preiudicant reſeruatiuo habenti ſpecialem reſeruationem ſuper certo beneficio niſi de tali reſeruatione diſpoſitiue fieret mẽtio ſecus ſi conditionaliter per ſupradicta. pro quo facit quod in ſimili ſeruat ſignatura gratie. nã quando Cardinalis in ſupplicatione commende de beneficio per obitum uacante ſibi faciende narrat defunctum familiarẽ ſuum continuum comẽſalẽ additur clauſula. & quod diſpoſitiue dicatur quod fuit familiaris continuus comẽſalis dicti Cardinalis non ſufficit ergo ponere familiaritatem conditio-

naliter per ea que cōcluſi in precedētibus. Que cōcluſio procedit & habet locum etiam ſi in ſecundo mandato ſeu noua prouiſione eſſet clauſula anteferri. non obſtante eo quod dictū eſt ſupra in prin. huius forme uidelicet quod habens mandatū de prouidendo cum clauſula anteferri prefertur expectanti qui ſolummodo fecit acceptationē prouiſione non ſubſequuta. quia in illo caſu licet preiudicetur expectanti quo ad iſtud beneficium propter nouam prouiſionem ſecundi impetrātis tamē ex toto gratia ſua non perimitur ſed remanet ſibi ius ſaluum acceptandi aliud beneficium cadens in ſua gratia.

Impetrans beneficium in fauorem alteri⁹ ſpecialiter reſeruatū nō pfertur illi licet hēat clauſulam anteferri.

Idem dico in reſeruatiuo habente reſeruationem generalem puta dominio uenetorum ad certam ſummam quia habens nouam prouiſionem certi beneficii uacantis in dicto dominio precedet illum qui nondum fecit de tali beneficio ſibi prouideri per eandem rationem. l. illud. ff. ad leg. aqui. cum uulg. Que ratio ceſſat in reſeruatiuo habente reſeruationem ſpecialē ſuper certo beneficio uacaturo cui per nouam prouiſionem de illomet beneficio iam uacante non preiudicatur quia ſic in totū & perpetuo durante illa uacatione remaneret excluſus quod eſſet abſurdum & contra mentem Pape cuius intētio nō fuit preiudicare habenti ſpecialem reſeruationem ſuper illo beneficio ex quo de illa non fuit facta mentio argu. c. ſuper eo. de offi. dele. & c. quāuis. de reſcrip. lib. vi. & per hanc rationem determinant ſimilem queſtionem domini de Rota Deciſ. ccxliiii. incip. licet de more in nouiſ. Que ratio ceſſat quādo beneficium eſt reſeruatum ſoli Pape & non in fauorem certe perſone ualet enim tunc noua prouiſio Pape licet de tali reſeruatione non fiat mētio prout tenet Rota deciſ. dccclxxvii.

Reſeruatio generalis uſque ad certā ſūmā quid ipor. tet.

Prouiſio beneficii reſeruati de reſeruatiōe nō facta mētiōe. i quo habet locū.

incip. utrum ſi Papa conferat in antiquis.

Secũda forma principalis mandati de prouidẽdo eſt quãdo ſcribitur pro perſona incerta ſed ſuper beneficio certo. & iſta potius reſpicit fauorẽ eccleſie ꝙ perſone. Hinc eſt quòd executor talis mãdati uices ſuas alteri cõmittere nõ poteſt niſi aliud in litteris dicatur text. eſt & exẽplum in. c. is cui. in ſecundo reſpon. de offi. deleg. lib. vi. quia ut dicit ibi text. in eligendo perſonam idoneã uidetur fuiſſe electa induſtria perſone talis executoris facit text. in. c. fi. de offi. delega. Hoc etiam ponit Deciſ. Rote. ccccxliii. incip. fuit dubitatũ utrũ exec. ĩ nouiſ. Idẽ dico quando mandatur fieri unio eccleſie uel alicui beneficio uacanti aut menſe epiſcopali ſede uacante quia iſtis caſibus uerſatur principaliter fauor eccleſie prout etiam in exẽplo proxime precedenti. Sed hic cadit dubium ſatis notabile pone quòd beneficium quod uenit uniendum nondum uacet tempore quo fit mandatũ unionis. ſed mandatur uniri in euentum quod rector illius cedat uel decedat.

Qñ ſcribitur pro perſona ĩcerta ſed de certo beneficio.

Quando mandatur fieri unio eccleſie uel alicui beneficio.

Dubitatur nũquid eo poſtmodũ actualiter uacãte ſi alius de eodẽ ſic uacãte obtineat ſibi prouideri cũ clauſula anteferri & cũ clauſula nõ obſtãtiarũ generali debeat preferri in tali beneficio nõ obſtãte mãdato unionis. dico excludendo prius unũ caſum clarũ uidelicet quòd ſi Papa iã tale beneficiũ uniuit & annexuit tũc habens mandatũ noue prouiſionis excluditur nõ obſtãte quòd in ſuis litteris habeat clauſulã anteferri quia illa prout in ſuperioribus dixi preſeruat habentes ius in re quale põt dici eſſe illud quòd fuit cauſatũ ex dicta uniõe licet tẽpore uniõis beneficiũ illud nõdũ uacaret nã unio põt fieri de beneficio nõdũ uacãte. c. et tẽporis qualitas. xvi. q. i. et notatur ĩ. c. l.

An ꝑ nouã prouiſionẽ tollatᷣ mãdatũ vnionis precedens.

Vnio põt fieri de beneficio nõdũ vacãte.

ne ſede uacã. unde illa uerba cedente uel decedente rectore
licet ſint ablatiui abſoluti qui alias conditionem faciunt ut in
l.a teſtatore.ff.de condi.et demon.et per glo.in.l. cum ab eo.
ff.de contr.empt.tamen iſto caſu non ſtant conditionaliter ſed

Ablatiui abſoluti nõ ſemp ſtant conditiona liter.

ſolum diẽ adiiciunt quã certum eſt extiturã. nam certum eſt
quod rector illius beneficii aut cedet aut decedet et ita per
hec et alia motiua tenuit in ſimili queſtione Old.cõſi.ccxxiii.
incip.factum tale eſt. Hinc inoleuit praticha quando in uacan
tibus per obitum ponitur clauſula. Et cum ſuſpẽſione quarũ
cunque reſeruationum unionum gratiarum expectatiuarũ etc.
dicta clauſula ſolet caſſari. quia reſeruationes et uniones eo
tunc cũ beneficia uacãt ſortiũtur effectũ et ideo nõ uult Papa
per nouã prouiſionẽ derogare unioni iã facte per ſupradicta.

Sed caſus dubitabilis eſt quando Papa nõ uniuit a principio ſed
uniri mandauit beneficium uacaturũ per ceſſum uel deceſſum
quo caſu nondum dicitur ius in re queſitum taliter impetrãti.
ſed ſolũmodo ius ad rẽ quod uidetur tolli per clauſulã ante

Clauſula ãnferri nõ habet vim niſi ad gra tias ſibi ſi miles non autẽ ad ma iores.

ferri appoſitam in noua prouiſione per ea que in ſuperioribus
dixi. Nihilominus hoc non obſtante idem puto dicendum iſto
caſu quod dixi in caſu proxime precedenti.quia clauſula an-
teferri appoſita in noua prouiſione non extẽdit uim ſuam niſi
ad gratias ſibi ſimiles non autẽ ad maiores arg.eorum que ha
bentur in.c.ſedes.de reſcrip.et in.c.qui ad agẽdum de procu.
li.vi.ſed ſic eſt quod gratia unionis fiende eſt omnino diſſimi-

Gratia vni onis fiende differt in multis amã dato ꝺ pro uidendo.

lis et maior ꝙ̃ ſit gratia mandati de prouidendo nam illa eſt
perpetua hec tẽporalis.illa fauorabilis hec odioſa.c.quãuis.de
prebẽ.lib.vi.illa eccleſiam ſeu beneficium per modũ proprie-
tatis applicãs alteri eccleſie ut augeatur cultus diuinus uel ob

aliam iuſtam & rationabilem cauſam.c. eam te. in fi. de eta. & qualita.et in.c.unico.x.q.ii. Hec autem per modum tituli per quem potius prouidetur perſone q̃ eccleſie. conſtat autem inter predicta eſſe magnam differentiam ut legitur & notatur in.c.eum qui.de eo qui mittitur in poſ.lib.vi.

Preterea aliter dicendo excluderetur in totum ius unionis & ſic militat ratio qua in ſimili utuntur domini de Rota Deciſ. ccxliiii.incip.licet de more in nouis & in hanc ſententiam uidetur inclinare Oldr.in dicto conſil.de quo ſupra. Poſſet tamen dici fauendo iſti qui habet nouam prouiſionem ad hoc ut dicta clauſula anteferri aliquid operetur quòd unio poterit nunc fieri ſed eius finalis & totalis effectus ſuſpenditur pro illo tempore quo iſti impetranti confertur beneficiũ id eſt durante eius uita. Collatio enim que fit impetranti beneficium in titulum etiam ſi fiat uigore reſeruationis papalis non impedit unionem reſpectu proprietatis beneficii ſed ſuſpenditur pro illo tempore eius effectus prout firmat Rota deciſ.xix. incip.nota quod reſeruatio in antiquis.et iſta pars equitatẽ habet in ſe.uidelicet ut utraque gratia ſuo tẽpore ſorciatur effectum maxime cum habẽs nouam prouiſionem poſſit breui mori et ſic in mora non longi temporis modicum eſt preiudicium l.ſi debitori.ff.de iudi.differtur enim ut dixi effectus unionis ad tempore et non perpetuo arg.l.cum ita.ff.de condi. et demon. Sed prima pars uidetur uerior in puncto iuris et propterea ad omnem dubitationem tollendam conſueuit apponi in tali mandato noue prouiſionis hec clauſula ſuſpendẽtes quaſcunque uniones etc. *clauſula ſuſpendentes quaſcunq; vniões etc.*

Tertia forma mandati de prouidendo eſt quando ſcribitur pro

incerta perſonā & de incerto beneficio de qua habetur in.c. quāuis lo.ii.de preben.lib.vi.ibi dum dicit poteſtatem dedimus beneficia ſex clericorum tuorum cedentium uel decedentium auctoritate noſtra perſonis idoneis conferēdi.ſimilis forma ponitur in.c.dudum eo.titu.& lib.pro cuius declaratione ſciendum eſt quòd huiuſmodi littere ut plurimum conceduntur ordinariis ſuper beneficiis reſeruatis uel alias legittime ad curiam deuolutis. Que proprie appellantur littere facultatis & ſunt fauorabiles ut probat bonus tex.in.c.ſi cui.de prebē. lib.vi.nam per eas reducitur ordinarius ad ius ſuum primeuū & naturale conferre ſcilicet beneficia ſue eccleſie & dioceſis facit tex.in.c.ab exordio.xxxv.di.& in.l.ſi unus.§.pactus.ff. de pac.iuncta.l.filio quem pater.ff.de lib.& poſth.ibi nō tranſlatus ſed redditus & c.& ita per iſtam rationem tenet Pet. de anch.cōſi.cxxxi.īcip.ad excluſionē.pro quo etiā facit quia facilius res renaſcitur q̄ de nouo naſcatur ut probat bonus tex.ī.l.ſi teſtamētū.ff.de teſta. Ex quibus patet q̄ ſi ſcribitur ſub predicta forma alii q̄ ordīario collatori dicetur mādatū de prouidēdo et nō littere facultatis īter que lōga ē differētiā.

Q̄n ſcribitur pro pſona incerta & de īcerto bn̄ficio.

Lre facultatis ſunt fauorabiles.

Et primo quia per litteras facultatis non dicitur grauari eccleſia. & ſic non habet locum diſpoſitio.c.mandatum. cum ſua materia.de reſcrip.ſed per mandatum de prouidendo bene grauatur ut dicit glo. not.in.c.cum aliquibus. in uer.concedimus facultatem.de reſcrip.lib.vi.

In quibus differāt littere facultatis a mādato ī prouidendo.

Secundo differunt in alio quia cum littere facultatis dirigantur ordinario prouiſus uel receptus uirtute earum cenſetur receptus auctoritate ordinarii. ex quo ſequitur quod ſi quis impetrat huiuſmodi litteras a Papa pro ſe ut ordinarius habeat fa

cultatē conferre ſibi beneficium alias forte reſeruatū uel de-
uolutū cum dicatur recipi auctoritate ordinarii & non Pape
per dictum.c.cum aliquibus ut dixi forte taliter impetrans nō
habet neceſſe facere mentionē de beneficiis que obtinet iuxta
diſpoſitionē clem.ſi.de offi.ord.contrarium tamē in hoc tenet
Io.mo.Arch.& Moder.in.d.c.cum aliquibus mouētur bona
ratione que etiā mihi placet uidelicet quia per tales litteras re
mouetur impedimētū propter quod ordinarius cōferre nō po-
terat et ſic per eas preparatur uia ad obtinēdū beneficiū unde
idē ius debet eſſe de termino quod de uia que ducit ad termi
num l.oratio.ff.de ſponſ.et in regula cū quid cū uulg.facit ēt
bona gl.in.c.ſi apoſtolice. in glo.pe.de prebē.lib.vi.Dictum
ergo circa iſtam ſecundam differentiam uerum eſt in ſe licet
illatio non ſit uera per ſupradicta.

An impetrans litteras facultatis teneatur facere mētionem de beneficiis obtentis.

Ex quo dicto infero quòd ſi prouiſus auctoritate mere apoſtolica
concurrit cū nominato per litteras facultatis certe apoſtolicus
prefertur nominato arg.c.hii qui.et.c.ſi a ſede.de prebē.li.vi.
quod abſque dubio procedit ſi utraque prouiſio reperiatur fa-
cta eadē die tūc.n.ne utro eorū poſſidēte ille cui Papa proui
dit propter eiuſdē maiorē prerogatiuā erit alteri preferendus
ut in dictis iuribus.Sed ſi noīato per litteras facultatis facta
ſit prius prouiſio tūc prefertur apoſtolico poſtea prouiſo prout
tenet Pet.de anch.cōſi.ccxv.īcip.ſcripſit papa alias ſi noīatus
per talē facultatē cōcurrat ad prebēdā uacātē cū īpetrāte apo
ſtolico tūc īpetrās apoſtolicus prefertur noīato.quia papa cōce-
dēdo litteras facultatis propter hoc nō ligauit ſibi manus nec
uidetur a ſe poteſtatē cōferēdi abdicaſſe.c.dudū.de prebē.li.
vi.et ita tenet rota i antiquis deciſ.lv.īcip.nota ꝙ ubi aliquis.

An & qñ nominatus per litteras facultatis preferatur apoſtolico impetrāti.

Impetrans apoſtolicus prefertur nominato. niſi noīato prius ſit facta prouiſio.

Et iſta ſunt notanda ad nominatos per Reges Hiſpanie uirtute indulti apoſtolici ut non preferantur impetrantibus ſeu expectantibus apoſtolicis niſi aliud caueatur in indulto regũ iuxta cuius tenorem et continentiam iudicandum eſt.c.porro.et.c.recepimus de priuil.ratio ſũmitur ex premiſſis et magis ſpecifice ex hoc quod ſequitur uidelicet quia in iſta nominatiõe prefati reges et alii habẽtes ſimilia indulta ſunt delegati imo potius nudi miniſtri Pape iuxta illud quod dicit Ioã.an.in.c.ii. de prebẽ.li.vi.quotiẽs Papa ex priuilegio tranſfert iura ſpiritualia in laycum non execrat illa nec ſunt in layco ut fundata in ipſo ſed ut in miniſtro et agente nomine Pape ad quod facit bonus tex.quem ibi ad hoc ponderat dominus Anto.in.c. cum apoſtolica.de hiis que fiunt a prela. Nec obſtat ſi diceretur ex quo ſunt nudi miniſtri ut ſupra ergo uidetur quod nominatus per eos cauſat ius a Papa non ab ipſis nominantibus. arg.l.ſi quis ticio.ff.de leg.ii. et ſic poteſt dici nominatus per Papam quia is facit cuius nomine fit ſeu cuius auctoritate et mandato actus explicatur.c.mulieres in fi.de ſentẽ.excõ.quia ad hoc reſpondetur quod taliter nominatus cõſequitur ex tali nominatione ſaltem facultatem ad obtinendum plenum ius in beneficio perficiendum facto et miniſterio perſone eccleſiaſtice ſcilicet executoris unde apparet quod aliquale ius preparatorium ſaltem cauſat nominatus a nominante arg.l. oratio.ff.de ſponſ. prout etiam dicitur in iure quod queritur ex preſentatione patroni quo mediante peruenitur ad inſtitutionem.et ſimiliter in electione per quam ante cõfirmationem queritur ius proſequendi electionem ad obtinendum plenum ius per confirmationem ſuperioris ut tenet glo.ord.in.c.noſti.et ibi Inno.

De noĩatis p reges Hiſpaniæ virtute indulti apoſtolici.

Qualiter laycus exercet iura ſpiritualia ex priuilegio Pape.

Quale ius aquirit electo ante cõfirmationẽ & preſentato ante inſtitutionẽ.

et in.c.ex tranſmiſſa.de elec.ponunt domini de Rota Dec. cccccxcii.incip.cum ad capitulum.in nouiſ. hoc modo intelligẽtes glo.in.c.quanto.lxiii.di.

An autem reges uigore talis indulti poſſint nominare ad prebendas uel dignitates reſeruatas puto quod non niſi aliud exprimatur in indulto et hoc propter decretum appoſitum circa beneficia reſeruata ratione cuius uidetur Papa uoluiſſe habere pro illicito quicquid in contrarium fieret abſque ſua licentia ſpeciali argu.c.dilecto.ad finem uerſi.niſi forte. de preben.et que notat Fel.et Moder. in.c.cum acceſſiſſent. de conſtitut. ſciendum eſt tamen ꝙ in Curia non derogatur indulto dictorum Regum quoad Canonicatus et prebendas graduatorũ in eccleſiis cathedralibus et Metropolitanis caſtelle et legionis.niſi ad eorundem regis et regine inſtantiam.

Ad reſeruata nõ poſſunt nominare.

Sed quid ſi Rex habet indultum nominandi tot idoneas perſonas in tot eccleſiis.et Regina habeat aliud indultum conſimile pone ꝙ nominant quilibet eorum de per ſe ad eandem prebẽdã in genere puta ad primã uacaturã in certa eccleſia quis uel uter eorũ preferatur.dico ꝙ ſi in altero indulto teneatur. ꝙ noĩati uel nominãdi ab eo nominatis et nominandis ab alio preferantur tunc caſus eſt clarus:et ſatis eſt ꝙ ita principi placuit.§.Sed quod principi.inſti.de iure natu.glo.in.l.relegati. ff.de pen.alias ceſſantibus predictis clauſulis ante lationũ prius nominatus per unum prefertur alteri poſtea nominato in aſſecutione prime prebende uacantis prout ſentit Rota deciſi. dccclxxxi.incip.Papa.in antiquis.

An noĩatus a rege preferatur noĩato p reginã

Sed an taliter nominati per reges preferantur ſcriptoribus apoſtolicis uel aliis officialibus et in hoc non poteſt dari certa reſpon

An noĩati p indultum preferantur ſcriptoribus apoſtolicis

ſio quia inſpiciẽdus eſſet tenor indulti et priuilegiorũ et iuxta illũ iudicãdũ.d.c.accepimus.de fide inſtr.et.c.porro.de priui.

Pridie tamen fuit iudicatum in Rota pro nominato per Regẽ Hiſpanie contra ſcriptorẽ apoſtolicũ propter clauſulas fortiores cõtẽtas in indulto conceſſo regibus Hiſpanie per Alex. Papam.vi.in quo uoluit quòd nominati per indultũ preferantur omnibus aliis exceptis decẽ familiaribus ſue ſanctitatis in cancellaria deſcribẽdis.et licet idẽ Alex.conceſſerit ſcriptoribus apoſtolicis prerogatiuas deſcriptorũ non tamẽ cenſetur uoluiſſe eos preferre nominatis per idultũ arg.c.tibi qui.de reſcrip.lib.vi.et.c.ſuper eo.de offi.dele.cum ſimilibus.

De executore ad prouidendum poſt negligentiam ordinarii.

Quarta forma principalis eſt quãdo datur executor ad prouidẽdum poſt negligẽtiam ordinarii qui debet facere mandatum ſiue preceptũ illi ad cuius collationẽ taliter ſcribitur ut infra certũ terminum competẽtẽ prouideat impetrãti quo elapſo et illo in negligẽtia exiſtẽte ex tũc in ipſum executorẽ tranſferatur poteſtas prouidẽdi ut eſt caſus in.c. ſi capitulo.de conceſ. prebẽ.lib.vi.Et ex hoc apparet quod executor datus ſub predicta forma differt ab executore dato ſimpliciter ad prouidẽdũ in hoc quia primus debet requirere prius ordinariũ anteꝙ poſſit ipſe prouidere ut patet ex premiſſis ſecundus põt per ſe abſque aliqua requiſitione ordinarii mandatũ apoſtolicũ exequi ut ſentit Inno.et expreſſius tenet hoc Panor. ĩ.c.ſuper eo. de officio delega.

Ordĩarius lapſo termino non põt prouidere quãdiu res ſit integra.

An aũt lapſo termino re adhuc exiſtẽte integra poſſit ordinarius purgare morã ſi uelit parere mãdato ut ſupra ſibi facto.Inno. in.c.propoſuit de cõceſ.prebẽ.tenet ꝙ nõ arg.c.litteras.eo.ti. et.l.mãcipiorũ.ff.de opti.leg.pro quo facit quia nõ debet poſſe

ordinarius lapſo iã termino ulterius uariare in preiudiciũ executoris cui honor ẽ facere prouiſionẽ et fungi in hoc uice pape arg.c.precipimus.xciii.di.hoc etiã uidẽtur ſequi moder. i.d. c.ſi capitulo.que determĩatio procedit maxime eo caſu quãdo executor lapſo termino pronũciaret ſe ſolũ debere exequi quia ut dixi ordinarius ſemel excluſus nõ põt ulterius uariare ad quod bene facit quod dicũt domini de Rota deci.xxxv.ĩcip. nota quòd ubi epiſcopus.in antiquis.quòd per nominationẽ ſemel factã de aliquo excluditur epiſcopus a facultate iterũ nominãdi ꝙ uis primo nominatus renũciet nominationi de ſe facte ar.l.apud aufidium.ff.de opti.leg.

Per nominationẽ ſemel factã finitur facultas iterũ nominãdi.

Quinta forma ẽ quãdo datur executor ad prouidẽdũ in euẽtũ alicuius cõditionis puta ſi ad id acceſſerit epiſcopi et capituli aſſenſus.aut alia conſimilis.et tunc pari mõ ptãs hmõi executoris ſuſpẽditur in euẽtũ illius cõditionis in tãtũ quòd ſi ĩterim aliquis alius obtineat prouiſionẽ pure a papa erit preferendus primo ut probatur ĩ.c.ſi pro te de reſcrip.li.vi.per quẽ tex.ſimilẽ qõnẽ determinat Old.cõſi.ccxxxiii.incip.credo de iure. ubi dicit ꝙ ĩpetrãs in forma ſpeciali prefertur illi qui ĩpetrauit in forma pauperũ ĩ beneficio uacãte ante purificationẽ cõditionũ de quibus ĩ litteris pauperũ.& rõ eſt ſm eũ quia ĩpoteſtate illius uidelicet ſuperioris ex cuius facto ius cauſabitur fuit ĩpedire illud ante purificatas cõditiones.l. qui balneum. in.ii.reſpon.& in.l.qui potior.ff.qui pot.in pig.hab.

De executore ad prouidẽdũ in euẽtũ alicuius conditionis.

Predictã tamẽ illationẽ quã feci ſupra ĩ pri.iſtius forme ĩ uer.ĩtã tũ etc.ĩtelligo ſane et declaro dupliciter. Prio ut procedat niſi ĩ litteris primi cõditõalibus eẽt clauſula retrotractiua uidelicet perĩde acſi die date preſẽtiũ prebẽdã eidẽ uel beneficiũ cõtuliſ

ſemus.et iſto caſu ſequuta purificatione conditionis primus debet preferri ſecundo pure impetranti. quia prouiſio primi propter ſubſequutam purificationem prouiſio inquã ex poſt ei dem per executorem facta perinde habetur. ac ſi tempore da te facta fuiſſet prout tenẽt domini de Rota deciſ.ccclxxxiii. incip.ſi Papa in nouiſ. Hoc etiam tenet Card.in dicta clem. cum ei quem. de conceſ.preben. ita limitando diſpoſitionem illius tex.propter uerbum perinde etc.

Limitatio ad clem.cũ ei quẽ. de conceſ.prebendæ.

Secundo eam intelligo et declaro ut procedat niſi prius habẽs gratiam conditionalẽ impetraſſet certum corpus beneficii quia tũc prefertur ſecundo impetranti illud idẽ beneficiũ ante euẽtum conditionis primi quamuis iſte ſecundus impetret illud pure dummodo in ſua impetratione non fecerit mentionem de prima gratia illius primi licet conditionali. ad quod facit bonus tex.in.c.ex parte.primo de officio delega. ubi ſecundum cõmunem lecturam utraque gratia erat ſpecialis quia referebatur ad idem corpus beneficii.et tamen Papa ibi dicit quod ſi memor fuiſſet ſe ſcripſiſſe pro primo non conceſſiſſet gratiam ſecundo.et ita in terminis per illum tex.tenuit Domi.conſil. cvii.incip.ſuper primo dubio.quicquid dicat Car.ĩ dicta cle. cum ei quem.quia primum eſt uerius.

Hñs gratiam cõditionalem ad certum corpus beneficij prefertur ſcđo impetranti illud pure.

Sexta forma eſt quãdo datur executor ad prouidẽdum iuxta uel ſecũdũ formã litterarũ legati prout quãdo gratia legati cõfirmatur per papã in forma ſpeciali quo caſu cẽſetur gratia papalis.c.ſi apoſtolice de prebẽ.li.vi.Ex qua cõfirmatione ſequitur iſte effectus ꝙ ſi gratia legati ẽ nulla ut quia ſimpliciter promiſiſſet primũ uacaturũ et nõ per uiã ſeu modũ reſeruatiõis et ſic nulliter cũ legatus nõ poſſit dare ius ad uacaturũ ut dicit gl.ĩ

De executore ad prouid. iuxta formã litterarũ legati

Legat⁹ nõ dat ius ad uacaturum nec ĩſeruat bñfı̃ũ impat,laicoꝝ

c.ſi eum.de preben. lib.vi.per.c.dilectus filius.t.eo dē titu. in antiquis. uel quia reſeruaſſet in fauorē alicuius beneficii iuris patronatus laycorum quod facere non poteſt de iure cōmuni c.dilectus de officio leg.cum concor.hiis uel ſimilibus caſibus gratia legati exiſtēte nulla ſi Papa ex certa ſciētia ſcribat ſub forma premiſſa tunc gratiam nullam firmam et ualidam facit quia ut dixi iam cēſetur gratia papalis ipſe enim ſolus poteſt ſanare nullitates prouenientes a iure poſitiuo.c.i. de tranſac. cum ibi nota.ſanat autē ſiue ſanare intelligitur eoipſo quod cō firmat ex certa ſciētia gratiam nullam argumēto eorum que notētur in.c.ii.de ſciſma.et in.l.quidā conſulebāt.ff.de re iu.

Sequitur et alius effectus ex huiuſmodi litteris nam licet mandatum legati de prouidēdo ſuper certo beneficio uacante expiret ipſo iure legato moriēte reintegra ut per Egidium concluſione.ccccclxliii.incip.cōcluſio etc.preſeruatur tamē et nō expirat quando Papa ſcribit in forma premiſſa.pari modo licet mandatum legati reintegra expiret nedū per eius mortē prout dicit Egidius ſed etiam finito legationis officio quādo ad col lationē uacātis proceſſum nō extitit non expirat tamē quando papa confirmat talē gratiam ſcribēdo ut ſupra ſecūdum glo. in dicto.c.ſi apoſtolice. Mādatū legati d̄ prouidēdo reītegra finit per ei⁹ mortē & etiā finito officio.

Tertius effectus eſt nam mandatum legati non poteſt neceſſitare canonicos ad recipiendum aliquem contra ſtatuta eccleſie & ipſius priuilegia ut per glo.not.in.c.pro illorum.de prebēd.et ponit Panor.in.c.cum.m.fer.in glo.ſuper uer.ultra numerum in fi.de conſtitu.illis tamē per litteras pape ſub forma premiſſa derogatur per rationes de quibus ſupra. Legatus nō pōt derogare ſtatutis & priuilegijs eccleſie

Septima principalis forma eſt quando mandatur executori ut illi

pro quo ſcribitur prouideat de canonicatu & prebendã eidẽ conferat cum primum eam uacare contigerit iuxta ea que habentur in.c.abbatẽ.de reſcrip. pro cuius declaratione notandum eſt quia ſm aliquos ſolet poni in huiuſmodi mandato ut prouideat de canonicatu ſtatim prout ponit gl. que utitur hiis uerbis in hac forma in.c.ſi clericus i uer.poſtea de prebẽ.li.vi.

An executor ad prouidẽdũ de canonicatu & prebenda poſſit illos conferre antequã uacent.

Vnde non immerito poteſt dubitari quid ſi in litteris non exprimantur illa uerba de canonicatu ſtatim &c. an executor poſſit conferre canonicatum impetranti antequã uacet.

Papa ĩ dubio nõ preſumitur velle rumpere certũ numerũ canonicorum.

Circa quod ſunt uarie opiniones ſed finaliter ſtandum eſt ſtilo curie qui habet ut executor poſſit de canonicatu prouidere in tali caſu ſed ita demum quando in litteris adeſt clauſula uidelicet non obſtante certo canonicorũ numero.alias minime quia in dubio Papa nõ preſumitur uoluiſſe rumpere certum numerum in illa eccleſia niſi aliud exprimat ſecundum compoſt. in c.eam te.de reſcrip. Nihilominus dominicus & Pet.de anchoranos ſimpliciter refert & ſequitur Franchus in dicto.c.ſi capitulo.tenent procedere predictam concluſionem de mero iure quãuis ſtilus id non haberet.mouentur iſta ratione quia quãdo in litteris aliud non exprimitur nõ uidetur includi eccleſia habens certum numerum.c.pro illorum.de preben.conſequenter non poteſt executor tali caſu prouidere de canonicatu in eccleſia numerata ex quo littere illam non includunt argu.c.ſi. de prebend.

Executor nõ põt reſeruare certã prebendam antequã uacet.

Quid autem econuerſo an executor poſſit conferre prebendam antequam uacet.dico quòd certam conferre non poteſt nec aliquem proceſſum ſuper ea facere ut probatur in.c.ne captande uer.quod ſi fecerit.de conceſ.preben.lib.vi.ubi probatur quòd

*ſi executor ad prouidendum expectanti de beneficio uacatu-
ro certum beneficium nondum uacans ſue prouiſioni reſeruet
inhibeatque etc. talis reſeruatio et proceſſus inde ſequutus nõ
ualent ex defectu poteſtatis ipſius executoris qui nõ poteſt re-
ſeruationem facere ſuper certo beneficio nondum uacante et
ideo huiuſmodi ſua reſeruatio tanquã nulla non afficit illud
beneficium quominus eueniente uacatione poſſit ordinarius de
illo diſponere ut eſt caſus rotundus in dicto .c. ne captande
quem tex. ad hoc ultimum dicit eſſe ſing. Rom. cõſi. cccxxxv.
incip. circa primũ in .iii. col. Sed primum uacaturum bene põt
in genere reſeruare et ſecundum ſiue etiam ulterius ſi hoc illi
competit ex beneficio litterarum ut dicit tex. in. c. executor de
conceſ. preben. lib. vi. Ratio differentie inter predicta iſta eſt
quia primo caſu timetur et ſubeſt uotum captande mortis il-
lius cuius prebẽda ſeu beneficium ſic in ſpecie reſeruatur que
ratio ceſſat in ſecundo caſu ut patet in dictis iuribus et ponit
Egidius in ſimili caſu concluſione. dlxxxviii.*

Primũ uacaturũ. & ſcd̃m ac ulterius põt reſeruare.

*Octaua forma eſt per quam deputantur executores ad compel-
lendum. puta quando datur executor ut compellat ordinariũ
ad faciendum quod ſibi mandatur. ad cuius euidentiam ſciẽ-
dum eſt quod executor taliter deputatus non poteſt prouide-
re ſeu inſtituere ſed ſolummodo excõmunicare obedire nolẽ-
tes ut dicit glo. et latius doct. in. c. abbatem. de reſcrip. item
non poteſt in poſſeſſionem mittere ſecundum gl. ibidem. ratio
eſt quia inducendo ĩ poſſeſſionẽ per indirectũ et in quãdã cõ-
ſequẽtiã prouideret iuxta illud quod notãt cõpo. et lo. an. ĩ no-
uella ĩ. c. trãſmiſſa. de ele. dicẽtes ꝙ ĩueſtitura que fit de bene-
ficio nõ precedẽte collatiõe habet collatiõis adꝙ bene id facit*

Executor ad cõpellẽdũ prouidere nõ poteſt. nec inducere in poſſeſſionẽ

tex.in.c.pro illorum.ibi inueſtiuit.de prebē. iſtud idem tenet Roma.conſi.cccxxxvii.incip.quo ad primum.ratio horum eſt quia ad poſitionē ſequētis ex preſumpta intētione illud agētis ſequitur poſitio neceſſarii antecedētis.l.ad rē mobilē iuncta.l. ad legatum.ff.de procur.ſed ſic eſt quod inductio in poſſeſſionem canonicatus et prebēde ſeu alterius beneficii non poteſt canonice fieri abſque eo quod precedat canonica collatio et inſtitutio ut in regula prima.lib.vi.ergo ſequitur quod talis executor ad compellēdum qui prouidere non poteſt ut dixi non poteſt etiam inducere in poſſeſſionē uirtute ſui mandati niſi aliud in eo dicatur.

Inductio in poſſeſſionē bñficij opatur collationem.

Et ex predictis patet una differentia inter executorē ad prouidēdum et iſtum qui datur ad compellēdum nam iſte prouidere non pōt nec in poſſeſſionē inducere ut ſupra.ſed ille bene pōt. Eſt et alia differētia nam per ſolam preſentationem mandati de prouidēdo factam per executorē ad prouidēdum capitulo et canonicis ad quos prouiſio ſpectat ſeu alteri ordinario collatori afficitur prebēda ita ut ſi alteri conferatur non ualet collatio ſeu prouiſio quāuis executor non fecerit aliquam inhibitionē uel reſeruationē. ut eſt caſus in.d.c.ſi capitulo preallegato qui effectus nō ſequitur ex preſentatione litterarum quā facit executor ad compellēdum ut probatur in.c.ſi ſoli ordinario.de conceſ.prebē.lib.vi.et hoc modo concordantur illa duo iura que prima facie uidētur cōtraria. Ratio autē iſtius diuerſi iuris ponitur per glo.in.d.c.ſi capitulo in uer.exequatur.uidelicet quia eo caſu quo dat Papa executorē ad prouidēdum uidetur ad ſe uel ad ſuum executorē aduocare diſpoſitionē beneficii illius.et per conſequēs adimit illam ordinario argu.c. ut noſtrum.

In quibus differat executor ad prouidēdū ab executore ad compellendū.

Intellectus duorū iuriū:videlicet.c ſi capitulo. & c. ſi ſoli ordinario.

noſtrum.de appel. At quando dat executorem ad compellendum ceſſat penitus predicta ratio & ualet tunc collatio alteri per ordinarium facta non obſtante mādato Pape ut ibi. ad quod bene facit glo.in cle.i.in uer. inhibentes. de iurepatr. que dicit ualere geſta contra mandatum Pape per eum qui alias circa illud habet iuriſdictionem ex ſe licet contrafaciens ueniat puniendus per iura preallegata.

Qñ ualent geſta cōtra mandatum pape.

Hoc tamen intelligo uerum niſi in mandato executoris ad compellendum Papa appoſuiſſet decretum irritans quia per hoc ligantur manus ordinarii etiam ante preſentationem talis mandati ut notatur in.d.c.ſi ſoli.in glo. ſuper uer. contra ipſam. uidetur enim ſuperior apponendo decretum habere pro illicito omne quod in contrarium fieret per inferiorem etiam ignorantem.c.dilecto uerſ.niſi forte.de preben.& in.c.pe.eo.ti.li. vi.facit ad hoc quod in ſimili dicitur quòd licet noua conſtitutio non liget niſi poſt duos mēſes a die publicationis ut in auc. ut facte no.conſtit.& per glo.in.c.ii.in fine. de conſtitut.legitur & notatur in.c.nouerit.de ſent.exc. tamen ſi noua conſtitutio habet decretum irritans ſtatim ligat etiā ignorantes propter naturam decreti et in hoc decretum ipſum non imitatur naturam conſtitutionis cui apponitur ut ſentit gl.in.c.i. in uer. referri de conceſ.preben.li.vi.cum aliis per Philippum fran. ſuper data eiuſdem libri. quicquid in hoc dicat glo. in prohe. clementinarum in uerbo decetero.

De uirtute & natura decreti irritantis.

An cōſtitutio noua habens decretū liget ſtatim vel demum poſt duos menſes.

Intelligo tamen ſane iſtud ultimum dictum. uidelicet ut propter naturam decreti appoſiti in conſtitutione alteretur natura conſtitutionis ut ſtatim liget etiam ignorantes intelligo inquā procedere quo ad nullitatem actus qui in contrarium geritur ſed

non quo ad penam que non ligat ignorantes ut uult glo.not.in uer.ex nunc in clem.ii.de hereti.idem notat Lappus Abb.in cle.i.de elec.et Pau.in prohe.clemen.

Cōſtitutio noua habēs decretū irritans non ligat ignorantes quo ad penā.

Reperitur alia differentia et ſic tertia inter predictos executores nam illi qui dantur ad prouidendum debent eſſe qualificati prout requirit.c.ſtatutum de reſcrip.lib.vi. quia ut plurimum tales executores dantur cum clauſula. uidelicet uocato dicto A.et aliis qui fuerint euocandi etc.maxime quando beneficiū ſuper quo ſcribitur eſt iam plenum quo caſu ſunt ueri iudices quia debent procedere uocata parte et cum cauſe cognitione c.exhibita de iudi.conſequenter in talibus executoribus habet locum diſpoſitio dicti.c.ſtatutum tam quo ad perſonas quam quo ad loca prout expreſſe firmat deciſ.Rote i nouis.ccclxx. incip.ex hoc et propter primum.Idem procedit in ſubexecutore cui non poteſt cōmitti aliquid quod requirat cauſe cognitionem cum poteſtate aſſumendi officium iudicis niſi ſit qualificatus ut ſupra prout ponit alia deciſ.xcix.īcip.nota quod executor in antiquis. Nudum autem miniſterium ſimplici preſbitero aut clerico poteſt demandari ſecundum dominos ubi ſupra arg.l.ſtatulibera.§.ſi.ff.de ſtatalib. At ceſſant predicta in executoribus qui dantur ad complendum quia tales ſunt nudi miniſtri et meri executores in compellendo ordinarium et per hoc poteſt dici quod in eis non uendicat ſibi locum diſpoſitio dicti.c.ſtatutum.et hoc modo intelligo unam deciſ.in nouiſ.ccclxix.incip.ſi informa.quāuis prefata deciſ. uideantur innuere idem in executoribus ad prouidendum.quod ſatis poſſet procedere in executore ſimpliciter dato ad prouidendum de beneficio iam uacante et per neminem occupato alias ſi ha

An ſubexecutor dēat eſſe qualificatus.

beret aſſumere partes iudicis tunc procederet quod ſuperius dixi.& hoc modo poſſunt reduci ad concordiã prefate deciſ.

Nona forma eſt executorum qui dicũtur mixti. uidelicet partim ad prouidendum & partim ad compellendum prout quando datur executor qui illum pro quo ſcribitur in canonicum recipi faciat per ordinarium uel capitulum.& de prebenda ſi que uacat alioquin de uacatura prouideat. Iſte executor ideo dicitur mixtus quia in aliquo participat de executore ad prouidendum & in aliquo de executore ad compellendum.nam ſicut executor ad prouidendum nihil facere poteſt ante preſentationem litterarum ut notat Ioan. andre. in capitu. duobus.de reſcrip.lib.vi.cum multis aliis iuribus que allegat dec. Rote in nouiſ.cccclix.incipien.circa tertium. De executoribus mixtis.

Eodem modo executor mixtus non poteſt exequi gratiam nec aliquem proceſſum fulminare ante preſentationem litterarum ut probat tex.iuncta glo. & ibi Arch.in.c.tibi qui. eodem titu. & libro qui textus ponit formam executoris mixti. Executor nõ põt fulmiare proceſſum ante preſentationem litterarum.

Secundo conuenit cum illo quia ſicut datus ad prouidẽdum debet eſſe qualificatus ut ſuperius dixi in forma precedenti ita & iſte mixtus quia non habet nudum miniſterium ut predixi.facit ad hoc bonum ſimile nam licet a mero executore ſententie non appelletur regulariter.l.ab executione.ff.de appel. tamen a mixto bene appellatur eo quod tunc non habet nudum miniſtetium ſed procedit ad executionem cum aliquali cauſe cognitione iuxta notata in.c. quod ad conſultationem. de re iud.& in.l.ab executione.C.quorum appel.non recip.

Preterea compoſitum ex duobus ſimplicibus aſſumit naturã ſimplicis dignioris ut probatur in.c.per tuas. de arbit.& patet ex

notatis per glo.fi.in.c.unico de iurepatr.lib.vi. ubi dicit quòd laycus patronus propter eccleſiam ſeu clericum compatronum habet ſex menſes ad preſentandum.facit.c.quod in dubiis de conſecr.eccleſie uel alt.ex quibus patet quòd executor mixtus debet eſſe qualificatus ſicut exec.ad prouidendum.

Executor mixtus de bet eẽ qualificatus.

Participat tamen etiam cum executore ad compellẽdum nã ſicut per ſolam preſentationem litterarum factam executori ad cõpellendum non afficitur prebenda niſi concurrat aliquid eorũ que ſtatim ſubiiciam ita & in iſto mixto requiritur unum de quatuor ut i ducatur affectio.uidelicet quòd ordinario collatori intimetur per iſtum executorem quod uult prebendam ſeu beneficium conferre. Aut quod illud ſibi reſeruet. ſeu quod illi interdicat illius collationem. ſiue quod decretum interponatur ut eſt caſus in.c.tibi qui.de reſcrip.lib.vi.cũ ibi notatis.

Decimo et ultimo pro declaratione premiſſorum dubitari poteſt de aliquibus.& primo utrum executores huiuſmodi gratiarũ poſſint cõmittere executionem aliis faciẽdo eos ſubexecutores et quibus.Item ſub qua forma. Ad primũ dico quod poſſunt facere ſub executores quia habent iuriſdictionem delegatã nã eorum materia ponitur in tit.de offi.deleg. ut patet in.c.ſi ſuper gratia.et in.c.is cui.de offi.deleg.lib.vi. ex quo datur intelligi quod ſunt delegati per illud quod dicit glo. in.c.i.eo. titu.et lib.et in.c.tibi qui.de reſcr. unde exquo ſunt delegati principis poſſunt ſubdelegare.l.a iudice.C.de iudi.et in.c.cũ cauſam.de appel.

Executores gratiarum poſſunt deputare ſub executores

Qui autem et quales poſſunt eſſe ſubexecutores in uim clauſule ceterũ.dico quod debent eſſe clerici.et licet una deciſ.xcix. incip.nota quod executor in antiquis uideatur requirere quod

ſint presbyteri ſeu curati tamen ſecundum ſtilum curie ſatis eſt quod ſint ſimplices clerici prout atteſtatur alia deciſio. cclxix.incipien.ſi in forma.in nouiſ. Ex quo infero quod purus laycus non poteſt prouidere tanquam ſubexecutor in uim clauſule ceterum.quia laycis de rebus ſpiritualibus nulla eſt attributa facultas.c.eccleſia ſancte marie.de conſtit.c.decernimus de iudi.& in.c.ſi.de rebus eccleſie non ali.ſolus enim & non alius poteſt dare puro layco poteſtatem prouidēdi de beneficio per illud quod notatur in.§.uerum.xxxii.di.

Purus laycus nō pōt prouidere in vim clauſule cāterū

Ad ultimum ſub qua forma deputantur ſubexecutores reſpōdeo quod in hoc ſtilus diſcrepat a iure quia de iure communi executor non poteſt ſubdelegare executionem generaliter omnibus qui fuerint requiſiti. quod procedit ſiue dicamus huiuſmodi ſubexecutores eſſe iudices ſiue procuratores ſeu defenſores aut executores quia omni caſu non ualet talis generalis ſubdelegatio prout expreſſe firmat ſapp. allegatione. cxxvii. incipien. anaſtaſius canonicus.idem tenet Domi. conſi.lxxv. incip.in cauſa magiſtri &c. De ſtilo tamen & conſuetudine aliter ſeruatur quia mādatur generaliter abbatibus prepoſitis Arch.&c.qui quidē ſtilus preualet iuri cōi iuxta iura uulga.

De iure nō pōt deputari ſubexecutor incertū ſcilicet quicunque fuerit requiſitus.

Dictum eſt hactenus de uariis formis litterarum beneficialium circa gratias expectatiuas & mandata de prouidendo. dicendū eſt modo de ſecunda parte principali huius operis uidelicet.

DE QVALITATE ET STATV BENEFICIORVM.

Sc̄da ps prīcipalis de uariis qualitatibus beneficiorū et de illorū icōpatibilitate.

Vt ſciri poſſit que et qualia beneficia includātur in huiuſmodi litteris beneficialibus.Item que ſint compatibilia et que non.

Sciendum eſt ergo multas et uarias eſſe qualitates eccleſiaſticorū beneficiorū.nam quedam ſunt ſimplicia prout ſunt illa que nō

habent populum uel clerum et hoc de iure communi. Hinc eſt quod aſſerenti beneficio curam non imminere non incūbit probatio talis negatiue quia de iure ita eſt quod nullum beneficiū habet curam niſi habeat populum uel cleriū ut dicit Egidius concluſione.dclxxvi.incip.ſi impetrās.horum autem ſimpliciū quedā ſunt mere ſimplicia.alia ſimplicia ſeruitoria prout quādo habent aliquod onus annexū puta dicere miſſam uel iuuare presbiterum curatum in canendo et aliis ſimilibus argu.ex ſignificatum de prebendis.ubi dicitur quod prebēde erat onus annexum quod eā obtinens teneretur quottidie celebrare miſſam de ſancta Maria faciunt notata in cle.i.de off.uic. Nōnulla appellantur preſtimonia que et ipſa ſunt beneficia eccleſiaſtica prout tenet Ioan.an.in.c.poſtulaſti.de reſcrip.ad quod facit bonus tex.in.c.fi.in prin.de conceſ.prebend.lib.vi.

Que dicūtur beneficia ſimplicia de iure

Ex quo infertur quod de illis etiam debet fieri mentio in impetrationibus beneficiorum ſicut de beneficiis ut per Ioan. Cal. in.c.in noſtra.de reſcrip.et per Pau.in clemen.ii.de offi. ordi. Licet contrarium teneat idem Ioan. and.in.c.unico. de rerū permuta.lib.vi.dicens quod preſtimonia non ſunt beneficia eccleſiaſtica ſed quedam ſtipendia de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali. Idem ſentit Oldra. conſi.cxxxix.alias.cxliii.in titu. de reſcrip. Reperio tamen quod hanc contrarietatem reducit ad concordiam domi.cōſi. lxxxix.incip.uacante Archidiaconatu.in fi.ubi dicit conſiderandam eſſe naturam preſtimoniorum. nam ſi preſtimonium datur in titulum perpetuum et habet annexum aliquod obſequium ſpirituale ita quod intitulatus in eo arctatur ad ſeruitium eccleſiaſticum dummodo illud ſit tale quod non poſſit

An preſtimonia ſint beneficia eccleſiaſtica.

expediri per laycum tunc iſtis concurrentibus dicitur beneficium eccleſiaſticum et de eo debet fieri mentio ſpecialis ſicut de aliis beneficiis.c. ad aures.et.c.ſi proponente de reſcrip.c. non poteſt.et.c.ſi motu proprio. de prebend.in.vi. aut conſiſtit in ſola temporalitate et nullum ſeruitium ſpirituale habet annexum.et tunc procedit prima opinio.

An quis poſſit retinere plura ſimplicia ſine diſpēſatione.

Dubitatur modo an pluralitas horum ſimplicium ſit permiſſa de iure quod eſt utile ſcire ad multa precipue propter clauſulam uolumus autem que apponitur in litteris expectatiuis propter beneficia incompatibilia in hoc dubio docto.reperiuntur uarii nam aliqui tenent quod ſit prohibita quia cum de iure communi beneficium etiam minimum requirat reſidentiam.c.conquerente de cleri.non reſiden.et beneficia que requirunt reſidentiam ſint incompatibilia ergo ſequitur quod pluralitas etiā ſimplicium eſt prohibita de iure niſi obtineatur diſpenſatio. et ideo dicit glo.in.c.dudum.in uer.retinere.de electio.quod qui habet plura beneficia quorum alterum per ſe ſufficeret nō poteſt ſine mortali peccato retinere aliud ſed diſpenſatio reddit licitum quod erat illicitum. Verior tamen uidetur eſſe diſtinctio domini Anto.de butri. in clementina gratie de reſcript.quam refert et ſequitur Domi. in.c.gratia. eodem titulo libro ſexto. uidelicet quod aut beneficia requirunt reſidentiam de iure communi conſuetudine uel ſtatuto. et tunc pluralitas talium eſt prohibita aut ius conſuetudo uel ſtatutum diſponunt quod non requirant reſidentiam et in hiis pluralitas eſt permiſſa etiam ſi redditus ſint pingues dummodo in altero deſeruiatur per ſufficientem ſubſtitutum in onere ſi quod habet aſſignata ſibi congrua de redditibus

portione.c.eam te.de eta.& qualit. A*ut ſtatutum uel conſue‑ tudo nihil diſponunt de reſidentia.& tunc quia ut dixi de iu re cōmuni beneficium etiam minimum requirit reſidentiā plu‑ ralitas cenſetur prohibita de iure niſi adſit diſpenſatio ut ſu‑ pra.uel niſi ſunt talia beneficia que nō conferuntur in titulum ſed in ſtipendium puta pro ſuſtentatione pauperum clericorū in quibus non requiritur aliqua reſidentia hinc eſt quod clerici coniugati poſſunt illa retinere ut eſt caſus multum not. in.c. ſi qui uero ſunt clerici.xxxii.di.& ideo de talibus beneficiis nō eſt neceſſe in impetratione facere mentionē ut uult una deciſ. in antiquis.ccxxxii.quam refert* Io.*milis in uer.gratiam bene‑ ficii impetrans.*

De iure cōi beneficium ēt minimū requirit reſidentiam.

Clerici cō iugati pñt habere beneficia ī ſtipendium.

Ex *quibus apparet quod habere plura ſimplicia in titulū ſine di‑ ſpenſatione regulariter eſt prohibitum de iure niſi cautū eſſet expreſſe quod non requirant reſidentiam ut ſupra et ne uidea‑ tur hoc mirum quod ſimplicia etiam beneficia ſint incompati‑ bilia de iure cum uſus & experientia ſe habeat in cōtrarium.* I*deo ſciendum eſt quod incompatibilitas poteſt duobus modis conſiderari. uno modo dicuntur illa beneficia incompacibilia que ſimul licite et ſine peccato abſque diſpenſatione teneri nō poſſunt et hoc modo plura ſimplicia in titulum dicuntur incō‑ patibilia ut ſuperius dixi dummodo alterum per ſe ſufficiat iuxta dictum* Hieronymi *tranſſumptiue in.c.i.xliiii. di.dum inquit tibi dico o ſacerdos de altari uiuere non luxuriari per‑ mittitur. alias eſt genus negociationis et turpiſſimum uitium auaritie quod deteſtatur idem* Hieronymus *in epiſtola ad ru‑ ſticum tranſſumptiue autem in.c. diaconi.xciii.di. dum dicit ex quo in eccleſiis ſicut in* Romano Imperio *creuit auaritia*

Incōpatibilitas circa beneficia pōt dupliciter conſiderari.

de auaritia clericorū.

periit lex de ſacerdote et uiſio de propheta.

Sed curiales hec non bene ſeruant imo multi de patrimonio Ieſu Chriſti ditati retrocedunt ut dicit text. in.c. cum ex eo. de electio. libro ſexto et omnes ſumus in eadem damnatione. Circa tamen ſublimes et litteratas perſonas huiuſmodi pluralitas facile eſſet toleranda per illud quod dicit tex. in.c.de multa in fi.de prebend.

Alio modo et ſecundo caſu illa dicuntur beneficia incompatibilia per quorum unius aſſecutionem aliud uacat dicto.c.de multa ubi diſponitur quod quicunque habens beneficium curatum uel dignitatem aut perſonatum etiam non curatum ſi recipit ſecundum tale uacat primum ipſo iure.et idem eſt ſi recipiat alterum de hiis prohibitis ſimul cum alio unde ſi habens perſonatum recipit dignitatem uel beneficium curatum aut econuerſo uacat primum ut ibi et in.c.primo de conſuetu. lib. vi. ubi additur idem de officiis perpetuis ut quis non poſſit retinere plura ſimul ſine diſpenſatione et de tali incompatibilitate intelligitur illa clauſula uolumus autem etc.

Circa iſtam incompatibilitatem conſiderantur quattuor tempora prout eleganter proſequitur Cardi.conſil.iii. incipien.domina etc.ut ibi latius per eum ubi etiam concludit quod Canonicatus et Capellania non ſunt incompatibilia de iure in eadem eccleſia accipiendo incompatibilitatem ſecundo modo et ideo habens capellaniam ſi conſequatur canonicatum ibidem per aſſecutionem alterius primum non uacat ipſo iure cum ſint difformia faciunt notata per docto. in dicto.c. primo de conſuetu. et in.c. cum iam dudum de prebend. puto tamen ego quod cadunt ſub prima incompatibilitate quia negari nõ

Clauſula uolumus aũt de quibus beneficiis intelligitur.

Per aſſecutionẽ ſcdi ſimplicis ſub eodem tecto nõ uacat primũ ipſo iure.

poteſt quin Canonicus prebendatus dicatur beneficiatus ut colligitur ex una deciſ. in nouiſ.cccclxv.incipien. Si legatus. & ideo ſi habet ſufficientem prebendam tali ſufficientiá de qua per glo. & docto. in.c. cum adeo. de reſcrip. & in.c. de monachis. de prebend. non poterit abſque diſpenſatione retinere eam licite & ſine peccato una cum alio beneficio.

Non ſufficit ꝙ canonicus prebendatus ĩ litteris ad beneficia faciat mẽtionẽ canonicatus tãtũ.

Hinc dicunt docto. quòd Canonicus impetrans beneficium facta mentione Canonicatus tantum & non prebende nulliter impetrat quia poteſt eſſe quod ſit Canonicus non prebendatus ideo ſupplicatio ſua non informat plene Papam qui forte non conceſſiſſet aliud beneficium obtinenti prebendam ſi de prebenda fuiſſet expreſſum cum ſint incompatibilia primo modo ut ſupra dictum eſt. Papa autem in dubio preſumitur conformare ſe cum diſpoſitione iuris communis.c.cauſamque. de reſcrip.& in.c.propoſuit.de conceſ.prebend.& iſtam concluſionem firmat Panor.& Moder.in.c.cum adeo. de reſcr. & Deciſ. Rote. cccclxix. incipie. quidam habens. in nouis. A

Quod uerum eſt & procedit ſecundum Compillatorem ibidem de Canonicatibus & prebendis diſtinctis. C

De prebendis conſequutiuis et portiõibus prebendalibus,

Secus in non diſtinctis et preſertim in prebendis conſequutiuis quas quis conſequitur eo ipſo quòd Canonicatum adipiſcitur c.fi.de conceſ.preben.lib.vi.

Item de portionibus prebendalibus in quibus caſibus prebende cenſentur annexe canonicatibus et ſunt de iuribus et pertinentiis ipſorum de quibus neceſſarium non eſt facere mentionem arg.c.ſuper eo.de preben.lib.vi.

An ſufficiat facere mentionẽ ꝗ prebenda tãtũ & tacere canonicatũ

Quid autẽ econtra utrum ſufficit facere mentionẽ de prebẽda et tacere canonicatum. domini de Rota antiquitus tenuerunt

quòd ſic ut ponit Deciſ.cccccxlvii.i cip.utrũ canonicus.et alia in antiquioribus in ti.de prebẽ.ſecũda in ordine.quia iſto caſu ceſſat rõ retrahẽs papã a cõceſſiõe que militat ĩ caſu precedẽti.

Circa ſecundã qualitatẽ beneficiorũ que ſunt curata ſciẽdum eſt quòd cura põt conſiderari dupliciter. uidelicet large et ſtricte ut ponit Inno.in.c.cum ſatis.de offi.archi. Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi prout eſt ſuſpendere excõicare abſoluere uiſitare et alia huiuſmodi que tendunt ad correctionem morum.c.dudum ecclesia de elec.et ibi bona glo. Hanc curam poſſunt habere Archidiaconi et alii inferiores prelati.c.i.de offi.arch.et per doc.in.c.cum contingat.de foro compe. Stricte cura dicitur poteſtas ligandi et ſoluendi in foro penitentiali et hec in nullo poteſt eſſe niſi ſit ſacerdos.c.in nouo.xxi.di.et in.c.omnis.de peni.et re.

Cura põt cõſiderari large et ſtricte.

Dicitur ergo beneficiũ curatũ illud de quo cõſtitutũ eſt quòd habeat poteſtatẽ fori penitẽtialis dato quod actu nõ exerceat curã ut quia receſſerũt parrochiani prout formaliter dicit Car. cõſi.xlviii.incip.quidam nobilis. Licet in hoc ultimo cõtrariũ teneat Fede.de ſenis conſi.cxxxv.incipiẽte caſus talis eſt.ubi dicit quod licet olim beneficiũ fuerit curatũ ex quo tamẽ mõ nõ eſt ut quia actu nõ habet parrochianos nõ dicitur incõpatibile ita ut per aſſecutionem illius uacet aliud curatum allegat Hoſt.in.c.quia nõnulli.de cler.nõ reſid.et quod notat Io.an. in.c.licet canõ.de elec.li.vi. Nihilominus utraque opinio diuerſis reſpectibus põt eſſe uera prima quo ad hoc ut de tali cura fiat mẽtio in impetratione.ſecũda ut nõ dicatur incõpatibile cũ alio curato de quo latius per doc.i.c.de multa.de prebẽ. Illud etiam notandum eſt quòd ibidem ſubiicit Federi. uidelicet

Dicitur beneficiũ curatum et ſi actu nõ habeat curam

Per actũ ſepeliẽdi vel baptizandi eccleſia nõ dicitur curata.

licet quòd actus ſepeliendi non facit dici eccleſiam curatam nam ſine cura poteſt habere cimiterium ex conſuetudine vel conceſſione epiſcopi.allegat Arch.in.c.primo. de ſepultu. & Hoſtien.in dicto.c.quia nonnulli. Similiter per actum baptizandi non intelligitur quis habere curam ex quo non habet certam parrochiam quod etiam tenet Paul. in clemen. unica de baptiſmo & ſequitur Cardi. in.iiii.q. quia actus baptizandi licite quandoque exercetur per laycum ut in.§.uerum. xxxii. diſtin.et tamen laycus non eſt capax cure nec etiam mulier ſiue loquamur quo ad forum penitentiale ſiue quo ad contentioſum.c.omnis.&.c.noua.de peniten.et remiſ.Imo tales perſone non poſſunt preſcribere curam quia preſcriptio non procedit ſine poſſeſſione tales autem ſunt incapaces poſſidendi ſpiritualia.c.cauſamque.de preſcrip.cum uulga. Sed per alios qui ſunt capaces poſſidendi huiuſmodi iura poteſt preſcribi cura fori etiam penitentialis ut ponit Cardi.in clementi.ii.§. fina.de religio.domi.& in dicto.c.cum ſatis.de officio archi. quod eſt notandum.

Cura fori etiam penitẽtialis preſcriptibilis eſt ſed non per laycos.

Patet igitur ex premiſſis beneficium dici curatum quando habet certam parrochiam ſeu aliquando habuit cum poteſtate fori penitentialis que conſiſtit circa ea que premiſi. Ex quo datur intelligi quòd non ſufficit poteſtas fori penitentialis ſiue certa parrochia ad hoc ut quis dicatur curatus. alias quilibet ſacerdos ex quo habet poteſtatem ligandi & ſoluendi diceretur curatus quod eſſet abſurdum & hoc ſentit glo.not.in clemen. dudum.in uer.impendant.de ſepultu.dicens quòd licet fratres predicatores & minores poſſint ex priuilegio illius conſtitutionis. & clementine exiui . exercere ea que ſunt fori penitentialis

Que requirãtur ut beneficiũ dicatur curatum.

tialis

talis non tamen per hoc ſunt cenſendi curati. & ratio eſt ſm glo.(quam rationem ego pondero) quia nec ipſi aſtricti ſunt ad exercitium cure nec fideles ſunt aſtricti ut in foro penitentiali ad eos recurrant. ad idem bona glo. in clem. i. in uer. presbyteri. de priui. quam dicit ſing. Panor. in. c. ſignificaſti. de foro compe. & in. c. omnis. de pen. & remiſ.)

Fratres licet audiant confeſſiões tamen non ſunt curati

Requiritur & aliud ultra parrochiam et parrochianos ut quis dicatur curatus uidelicet. ꝙ exerceat curam nomine ſuo & non alieno ut ponit Pet. de Anch. & Imo. in clem. unica. de offi. uica. & late per doct. in. c. extirpande. §. qui uero. de preben. in quibus locis tractatur etiam an perpetuus uicarius dicatur curatus ita ut talis uicaria perpetua cenſeatur incompatibilis cum alio curato de quo ut latius in dictis iuribus. hoc ſolum non pretermittam ꝙ per mortem uicarii perpetui in eccleſia parrochiali dicitur uacare eccleſia & poteſt impetrari ut uacãs quia licet non careat principali prelato uacat tamẽ ex eo quia ſecundario prelato uiduata eſt prout concludit Egidius con cluſi. dccii. incip. ſuppoſito ꝙ epiſcopus &c.

Exercens curã noĩe alieno non dicitur curatus

Per mortẽ uicarii ppetui dicitur vacare eccleſia.

Requiritur & tertium ut quis dicatur curatus quod tãquam prelatus ſuo nomine ſingulariter ad regimen parrochialis eccleſie & populi aſſumatur. et ideo conſuluit egregie Oldra. conſi. lxvii. inci. qõ talis eſt etc. quod ſi duo inſtituantur in eccleſia parrochiali ita quod quilibet ipſorum conſueuit audire confeſſiones et cetera facere que ſpectãt ad curam animarum nullus ſeu neuter eorum cenſetur curatus nec in eis habeat locum diſpoſitio. c. licet cano. de elect. lib. vi. nec. c. de multa quod probat per multas rationes. bene facit tex. in. c. ſicut una. xxi. q. ii. ibi ſed unum tantummodo habeat ſacerdotem. alias in una ec

Si duo ĩſtituantur in eccleſia parrochiali neuter cenſetur curatus

cleſiã et ſic in uno corpore eſſent duo capita quod eſt mõſtrũ c.quia plerique de offi.ord.cũ aliis pulchris rõnibus ut ibi per Old.uiſum eſt ex parte ſubiecti que requirãtur ut beneficiũ dicatur curatũ.uidendũ eſt modo de requiſitis circa perſonas huiuſmodi beneficia obtinẽtes ſeu obtinere uolentes nã maior idoneitas requiritur in curatis ꝙ in ſimplicibus cũ ſit ars artiũ regimen animarum.c.pe.de etate et qualit.et ideo requiritur.

Que requirantur ut quis poſſit obtinere beneficiũ curatum.

P*rimo quòd ſit legittimus alias ſolus* P*apa diſpenſat cũ illegittimo ut poſſit obtinere beneficiũ curatũ cõſequenter id epiſcopis eſt interdictũ.epiſcopi.n.diſpenſant cũ illegittimis ſolũ ut poſſint obtinere ſimplicia ut legitur et notatur in.c.primo.de fil.presbi.lib.vi.dũmodo parẽtes eorũ ibidẽ nõ miniſtrent. & ideo quãdo quis petit a papa quòd poſſit tenere benefitium in eccleſia in qua genitor ſuus fuit & eſt uel erit benefitiatus ſecũ diſpenſatur ſed ſolẽt in ſignatura addi hec uerba.uidelicet dummodo ſimul non miniſtrent.*

S*ecundo requiritur quòd ſit in etate legittima ſcilicet.xxv.annorum.c.cũ in cunctis.de elec.et notatur in.c.ſi eo tẽpore.de reſcrip.lib.vi.*

H*inc eſt quod de ſtilo curie non datur parrochialis in titulum minori.xviii. annorũ ſed in comendã uſque ad decimũoctauũ et deinde in titulũ.regulariter aũt parrochiales nõ comẽdantur niſi epiſcopis uel prelatis aut ualde qualificatis aliquando tamen comẽdãtur regularibus perſonis ſed una tantũ et nõ due. ſimiliter nec locus aut canonicalis portio.*

E*t in premiſſis epiſcopi diſpẽſare nõ poſſunt quacũque cauſa ſubſiſtẽte ſm lo.mo.i.c.cupiẽtes.§.denique.de ele.li.vi.et lo.an. in.c.unico.de eta.et qual.eo.lib.rationẽ aſſignat* P*hilippus ibi*

quia abſurdũ eſſet quod epiſcopus cõtra tã ſolẽne conciliũ de quo in.d.c.cũ in cũctis poſſet diſpẽſare nã illud eſt ſolius pape diſpẽſare ſcilicet cõtra cõcilia.c.ſignificaſti.de ele.nõ aũt infe-rioris ẽt ſi ſit legatus de latere ut notatur in.c.dilec.de prebẽ. et per Io.an.in addi.ſpec.in tit.de diſpẽſa.§.cõſequẽter ĩ pri. licet Arch.i.c.licet canõ.de elec.li.vi.teneat cõtrariũ.pro quo facit una deci.cclxii.icip.in religioſo.in nouiſ.ubi dicit quod ex magna cauſa utilitatis uel neceſſitatis diſpẽſant epiſcopi cõtra cõcilia generalia.c.tali.et.c.exigẽte.i.q.vii.et per hoc infertur ibi quod ex magna cauſa põt epiſcopus diſpẽſare cũ monacho aſſumendo ad eccleſiã parrochialẽ licet illud ſit expreſſe prohibitũ per cõciliũ lateran.ut in.c.ii.de ſtatu mona. Sed quãuis hec ultima opinio poſſet procedere de iure arg.l.ſi hominẽ ff.mand.et quod per illã legẽ in hoc propoſito ſcribit Panor. in.c.at ſi clerici.§.de adulteriis.de iud. et late per dominum And.ſiculũ.in repeti.rubrice.C.qui admitti et per Fel.i.c.i. de cõſtitut.primã tamẽ tenet curia ut notatur in dictis iuribus.

Clauſula dũmõ parentes eorũ ibidẽ non miniſtrent.

Parrochialis non datur ĩ titulũ ſed ĩ cõmẽdã minori xviii. ann.

Ex magna cã diſpenſant epiſcopi cõtra cõcilia.

Huiuſmodi autẽ idoneitas reſpectu etatis nõ requiritur in obtinẽtibus ſimplicia beneficia.quia in illis maior ſeptem annis idoneus reputatur etiam ad canonicatum eccleſie cathedralis.c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.vi.et notat glo.in ſpecie in.c.ex eo. de elec.eodem libro. idem ponit Rota deciſ.ccii i.incipien. nota quod maior in antiquis.licet per unam regulã cancellarie factam per Gregorium.xi.caueatur aliter.uidelicet quod prebende eccleſie cathedralis non niſi habentibus.xiiii.annos conferantur quo caſu annus ceptus non habetur pro completo ut ponit alia deciſ.cccxxiiii.incipien.ſuppoſita.in nouiſ. et Egidius concluſione dccxxvii.que idem dicit.

Maior ſeptẽ annis idoneus eſt ad canonicatum de iure.

Solet tamen diſpenſari ad canonicatus et prebendas in cathedralibus etiam metropolitanis et in collegiatis eccleſiis cum cõſtitutis in octauo anno regulis contrariis non obſtantibus.

Non pretermitto unum quod uidetur ſatis mirum circa iſtam idoneitatem in curatis reſpectu etatis quia in hoc epiſcopi diſpenſare non poſſunt ut ſupra et tamen diſpẽſant ut minores.xxv. annis dummodo peregerint uigeſimum annum poſſint obtinere perſonatus uel dignitates ſine cura.c.i.de eta. et qualit.lib.vi.niſi dicatur hoc ideo eſſe quia non requiritur tanta idoneitas in dignitatibus quanta in beneficiis curatis cum ſit ars artium regimen animarum ut ſupra in alio propoſito dixi.

Quare epiſcopi diſpẽſant cũ minorib⁹. xxv.ann.circa dignitates ſed non circa curata.

Conſueuit tamen Papa diſpenſare ſuper defectu etatis pro non qualificato ad unum curatum in.xix.anno. et de ſecundo in etate legittima.ſed pro nobilibus uel alias qualificatis ad unũ curatum in.xvii. anno.de ſecundo in.xx. et de tertio in etate legittima.cum talibus enim diſpenſatur ad tria incompatibilia arg.c.de multa in fi.de preben.cum aliis minime niſi ex ſingulari gratia.in Francia tamen pro omnibus et etiam pro non qualificato ad unum curatum in.xii.de ſecundo in.xv.anno.et de tertio in etate legittima.

Diſpenſationes ſup. defectu etatis quomõ concedi ſolent.

Tertio requiritur quod ſit ſacerdos uel quod infra annum ad ſacerdotium promoueatur alias lapſo anno integraliter et ceſſante iuſto impedimento ſi promotus non fuerit remanet priuatus ipſo iure nec in hoc epiſcopi diſpenſare poſſunt niſi ratione ſtudii hec probantur in.c.licet canon et.c.cõmiſſa iuncto.c. cum ex eo.de elect.in.vi.

Quarto requiritur quod non habeat aliud curatum ſeu aliud incompatibile alias per adeptionem pacificam ſecundi uacat primum

mum ipſo iure per conſtitutionē. Execrabilis Ioā.xxii. & per prius per.c. de multa. de prebend. ſed in hoc plus diſponitur per conſtitutionē execrabilis quia per illam ille qui conſequitur ſecundum incompatibile tenetur renunciare primo abſque more diſpendio uerbo & facto in manibus ordinarii ſub teſtimonio publico alias efficitur inhabilis ad ordines eccleſiaſticos ſacros & ad eccleſiaſtica beneficia ut ibi & debet intelligi de tali incompatibilitate que inducit priuationē ipſo iure prout eſt in duobus curatis aut in curato & dignitate uel perſonatu etiam ſine cura uel officio perpetuo iuxta diſpoſitionem dictorum iurium & .c.primi.de conſuetu.lib.vi.

Declaratio ad cōſtitutū execrabilis & .c. de multa.

Secus dico in alia diſſimili incompatibilitate. puta ſi habēs unum curatum adipiſcatur beneficium ſimplex requirens perſonalē reſidentiam ex priuilegio uel ſtatuto ſiue conſuetudine nam licet tale etiam beneficium ſit incompatibile cum uno curato uel aliquo alio de predictis ut notat Inno.in.c.ex tue.de cler. non reſid.& clarius in.c.fi.eodem titu.& Ioan.an.in clemen. gratie in glo.iii.de reſcrip.nihilominus per adeptionem ſecūdi talis non uacat primum ipſo iure.nā licet poſſit priuari tali beneficio requirente reſidentiam niſi in eo reſideat non tamen ipſo iure priuatus eſt aliquo illorum ut ponit deciſ.clxxxiiii. incip.nota quòd habens.in antiquis. & ratio eſt quia diſpoſitio dictorum iurium maxime conſtit. execr. penalis eſt & debet ſolum in terminis ſuis teneri.

Beneficiū ſimplex requirens reſidentiā dicitur incōpatibile cū alio curato

Item & ſecundo. ad hoc ut ſit locus dicte conſtitutioni execrabilis & penis in ea contentis circa dignitates et beneficia incompatibilia requiritur quòd illa ſint curata ſtricte uel ſaltem large ſecundum quòd ponit Inno.in.c.cum ſatis.de offi.archi.et

ſupra declaraui. uidelicet quòd habeant curam fori penitentialis uel contentioſi prout innuit dicta conſtitutio ad finem.

Dignitas nō habens curā ſtricte uel large non cadit ſub cōſtitutione execrabilis.

Et ideo tenui in queſtione occurrente in facto quòd obtinens perſonatum qui ſonat in nomen dignitatis de iure cōmuni prout eſt Archidiaconatus ut ponit deciſ.clxxiii.incip.de theſauraria.in nouis.ſi retinet illum abſque diſpenſatione cum beneficio curato certe non incurrit penas dicte conſtitutionis execrabilis dummodo talis dignitas non habeat curam ſtricte uel large.unde habet locum iſto caſu diſpoſitio.c.de multa.ſepius allegati. dicebam iſtud procedere etiam ſi obtinens talem dignitatem haberet conuocare capitulum quia per hoc nòn diceretur habere aliquam iuriſdictionem fori contentioſi cum non poſſit punire ī aliquo nō ueniētes ad capitulū. Hec ē.n.pena canonicorū qui fuerūt uocati ſi cōtēnūt uenire quia faciant ſe alienos quo ad illū actū pro illa uice in tātū quòd ualet ꝙ faciunt reliqui capitulantes ut dicit Inno.in.c.i.de ma.& obe.

Connocās capitulū nō pōt de iure aliquā iuriſdictionē exercere contra non uenientes.

Tertio ad hoc ut ſit locus dictis iuribus requiritur quod utriuſque incompatibilis habeatur pacifica poſſeſſio ſecus ergo ſi nō eſſet pacifica ex aliquo impedimento.c.cōmiſſa.de electio.lib.vi.& licet uarient doct.& gloſe que dicatur pacifica poſſeſſio ut in d.c.cōmiſſa.& etiam quedā deciſ. Rote. uidelicet lxi.incip. ſufficit impetranti.&.xxxvi.inci.nota quòd ubi aliquis.in antiquis.tamen quo ad hoc approbata eſt opinio Archi. & glo. in dicto.c.commiſſa.ut non ſit locus.c. de multa & ſimilibus iuribus niſi quando ſecunda aſſecutio eſt pacifica nedum de facto ſed etiam de iure puta ſi ſtatim & incontinenti non fuit turbata & litigioſa prout dicit Egidius concluſio.cccccxcvii. incip.non eſt locus &c.& ideo glo.in.d.c.cōmiſſa dicit quod

Que dicatur pacifica poſſeſſio quo ad.c. de multa. & cōſimiliū iurium

ſi poſſeſſionem aliquandiu obtinuit ſine litigio hac conſtitutio ne arctatur dicitur autem aliquãdiu ſtetiſſe in pacifica poſſeſſione qui poſſedit pacifice per unum menſem uel ad plus per duos ſecundum docto.ibi facit ad hoc quot notat Ioan. an.in c.ex parte abbatiſſe.de priuil.ubi dicit quòd dictio diu refertur ſecundum ſtilum curie ad.xl.dies.

Quarto et ultimo ad hoc ut ſit locus dictis iuribus requiritur quod habeat pacificam poſſeſſionem ne dũ beneficii ideſt exercitii cure ſed etiam fructuum uel maioris partis eorũ nõ enim ſufficit pacifica poſſeſſio ſolius cure et minoris partis fructuum quia licet illud ſufficiat quoad ordinum promotionem nõ tamen ſufficit quo ad incurſum penarum dictorum iurium nec quo ad inducendam uacationem primi curati ipſo iure prout tenent cõmuniter doc.in.d.c.de multa.et glo.not.per illũ tex. in.c.ſi tibi cõceſſo.de prebẽ.li.vi.ubi uult quòd beneficia promoti ad epiſcopatũ nõ uacãt etiã poſt cõſecrationẽ et adeptã poſſeſſionẽ ſi fructus epiſcopatus aliquo tẽpore debẽtur alteri ex aliqua cauſa.idẽ ſequitur Roma.cõſi.cccxxxiiii.icip.circa primũ et alio cõſ.cccxlv.i pe.col.illã ẽt gl.exclamat ad hoc propoſitũ do.cõſ.lxxviii.ici.formãtur etc.et ex hoc ifero ꝙ promotus ad epiſcopatũ titularẽ nõ perdit priora benefi.per ſupradcã

Dictio diu ſcd̃m ſtilũ curie refertur ad.xl. dies.

Beneficia promoti ad epiſcopatũ quando vacant.

Dixi breuiter de requiſitis quo ad perſonas huiuſmodi curata beneficia obtinentes ſeu obtinere uolentes. Dicendum reſtat.

DE MODO ET FORMA IMPETRANDI.

Debet ergo in ĩpetratione taliũ exprimi qualitas cure alias curatũ nõ ĩcluditur.c.cũ in illis.in prin. de prebẽ.li.vi.ubi dicitur ꝙ ſi mãdatur prouideri de dignitatibus uel aliis beneficiis eccleſiaſticis curata nõ ĩcludit ex quo nõ exprimitur de curatis. et hoc

In impetratione debet exprimi qualitas cure.

idem obtinet in impetratione iam uacantium per regulam can cellarie diſponentem quòd alias gratie deſuper facte ſint nulle & hoc ex defectu intentionis concedētis qui forte gratiam nõ conceſſiſſet ſi qualitas cure fuiſſet expreſſa ex quo in curatis re quiritur maior idoneitas ꝙ in aliis beneficiis ut ibi.

Predicta tamen procedunt in litteris ambitioſis conceſſis ad petitionem ſupplicantis in quibus non ueniunt curata de cura non habita mentione ut ſupra.

An & qñ appellatione beneficiorum ueniãt curata

Secus eſt in litteris non reſtringibilibus ſed ampliandis ut puta quando fit gratia in alium deriuatiua que eſt fauorabilis & amplianda.c.dudum.&.c.ſi cui.de preben.lib.vi.tali caſu & aliis ſimilibus appellatione beneficiorum ueniunt non ſolum ſimplicia ſed etiam curata licet de cura non ſit facta mentio ſecundum docto.in dicto.c.cum in illis.quod fundatur dupli ci ratione. uidelicet tum propter gratiam principis que tali caſu fauorabilis eſt & amplianda ex quo in ea ceſſat ambitio. tum etiam quia de propria ſignificatione appellatione beneficii uenit beneficium cum cura preter ꝙ in litteris reſtringibilibus ſecundum Inno.in.c.fi.de preben. Ex quo infero tria que ſunt notanda.

Indultum Card. icludit beneficia ſuorum familiariũ ēt curata.

Primum quod in indulto Cardinalium de conferendis beneficiis ſuorum familiarium includuntur omnia beneficia etiam curata ut ponit Fede.conſi.lxxii.incip.factum tale eſt.etc. et nota quod epiſcopi non ſunt familiares Cardinalium quo ad indultum predictum.licet in ſupplicatione ſuper beneficiis epiſcoporum conſueuit poni hec clauſula et quod exprimi poſſit ſi dictus.N.epiſcopus fuerit familiaris continuus commēſalis alicuius Cardinalis dum in minoribus erat.

Epiſcopi an ſint familiares quo ad indultum.

Secundum quòd procurator habens mandatum ad acceptandum uel ad impetrandum beneficia poterit acceptare beneficia etiã curata ſecundum Imol.in.c.accedens.in.iii.col.de prebẽ.quia tale mandatum non eſt odioſum ſed fauorabile.

Tertium quòd ſi littere conceduntur motu proprio tunc ueniunt etiam curata.licet de cura non fiat in litteris mentio ut ſentit glo.& ſequitur Lapp.in.d.c.cum in illis.per bonam rationem ut ibi per Philipp.quicquid dicat Domi.ibidem.

Sed circa expreſſionem cure in impetratione dubitatur de aliquibus.& primo utrum ſufficit exprimere curam per equipollẽs. quod uidetur quia regulariter non refert quid ex equipollentibus fiat.l.preſes cum ibi notat.C. de ſenten. cum ſimilibus. econtra uidetur quòd non quia ubi requiritur certa expreſſio pro forma (prout in hoc caſu impetrationis curatorum ut ſupra) tunc non ſufficit illud exprimere per equipollens imo tali caſu longe differt quid ex equipollentibus fiat ut dicit bal. in.l.ſi inſtitorem ſeruum.ff.ſi cer.pet. & ideo tenuit collector deciſionum deciſ.dcccxliiii.incip.canonici.in antiquis quod ſi compromiſſarii habent in forma mandati ut ſcrutentur uota omnium & ſingulorum & ipſi inuenientes maiorem partẽ concordẽ in quẽdam de capitulo ipſum eligunt eo non ſcrutato. certe non dicitur ſeruata forma cõpromiſſi ideo electio nõ ualet quia licet ille acceptando declaret uotũ ſuum ut ponit glo. in.c.cũ in iure.de elec.tamẽ nõ dicitur formaliter ſcrutatus. Similiter dixit Inn.et ſequũtur doc.in.c.i.de baptiſ.quod nõ ſufficit dicere baptizo te in nomine Trinitatis.quia illa uerba uidelicet baptizo te in noie patris et filii et ſpiritus ſancti ſunt de forma faciunt multa ſimilia que cumulauit dominus Feli.

An ſufficit exprimere curam per equipollẽs

Electus acceptando declarat uotum ſuum.

Forma uerborũ baptiſmi non põt alterari.

in.c.cum dilecta.in uer.amplia.xi.de reſcrip. Cum ergo ut di
xi expreſſio cure requiratur pro forma in impetratione cura-
torum dicto.c.cum in illis.uidetur quòd non ſufficit illã expri
mere per equipollẽs iſtã queſtionẽ uidetur terminare una de-
ciſio licet de predictis motiuis non faciat mentionẽ in ordine
xiii.incip.utrũ cum quis impetrat.in ti.de prebẽ.in antiquiori-
bus diſtinguẽdo.quòd aut equipollẽs expreſſum eſt tale quod
de neceſſitate & infallibiliter infert curã prout ſi exprimitur
quòd tenetur audire cõfeſſiones cõferre eccleſiaſtica ſacramẽ-
ta & alia huiuſmodi et iſto caſu talis expreſſio ſufficit ex quo
talia uerba equipollentia inferunt ueritatẽ facti infallibiliter.
Secus ſi exprimeretur equipollens neceſſario curam nõ conclu
dens prout quòd beneficiũ uel eccleſia habet cimiteriũ uel fon
tem baptiſmalẽ quia talia non inferunt curam neceſſario ut ſu
perius dixi.cõſequenter non probat hoc eſſe quod ab hoc cõtin
git abeſſe.l.neque natales &.c.in preſentia.de proba.& iſtam
partẽ pulcherrimis rationibus ſequitur cõſulendo Card.cõſi.
xxx.incip.quidam a presbiter.ubi tenet quòd impetrans digni

Verba gratie ſolũ cõprehẽdunt quod neceſſario inferunt.

tatẽ curatã non ſufficit quòd cura faciat mentionẽ per equipol
lens puta quòd habet collegiũ quia uerba gratie beneficialis cõ
ceſſe ad inſtãtiã impetrantis ſolũ cõprehendunt illud quod ne
ceſſario ex ui uerborũ inferunt ut eſt caſus in.c. non põt in fi.
de preben.lib.vi.ubi ſi impetrãs beneficiũ adiecit clauſulã nõ

Poſſibile ẽ eccleſiã eẽ curatam et ꝙ dignitas principalis ibi non ſit curata.

obſtante alio beneficio &c.operatur ſolũ ſublationẽ ſurreptio
nis nõ autẽ diſpẽſationẽ ſed poſſibile eſt quod eccleſia ſit colle
giata & curata & quod dignitas principalis ibi non ſit curata
ut quia ex ſpeciali diſpoſitione inſtituentis uel alio iure poteſt
cure parrochie & collegii ad alium pertinere ut probatur ex

notatis in.c.ſtatutum de elec.lib.vi.& in.c.irrefragabili.§.ex ceſſus de offi.or.ubi probatur quod capitulũ poteſt preſcribe re iuriſdictionẽ corrigendi ſingulos de capitulo excludendo epiſcopum ita quod non ſit locus preuentioni ſecundum Ioan. andr.ibi.

Preterea eſt dare dignitatem principaliorem in eccleſia prout eſt Archidiaconatus que tamen nullam habet iuriſdictionem ut probat optime Card.in dicto conſi.ex quibus concludo quod non ſufficit facere mentionem de cura per equipollens niſi illud ſit tale quod de neceſſitate & infallibiliter infert curam per ſupradicta.

Secundo principaliter dubitatur de tali queſtione unus ſupplicat Pape ut ſibi prouideat de certo beneficio cui aſſerit curam animarum imminere. Papa mandat ſibi de eo prouidere narrando in litteris ſecundum aſſerta in ſupplicatione illi ſcilicet beneficio imminere curam animarum. reperitur poſtea quod eſt beneficium ſimplex nullam habens curam. Utrum gratia cenſeatur ſurreptitia propter falſam qualitatem expreſſam. Iſtud dubium ponit Rota deciſ.cccccIxii.incipien.Pape ſupplicat. in antiquis. & concludit quod talis expreſſio cure non nocet impetranti.quia ex quo Papa conceſſit de qualitate maiori ſcilicet curata multo fortius conceſſiſſet de minori ut in regula cui conceditur licet poſtea in fine deciſionis opponat de.c.cui de non.de prebend.lib.vi.ubi probatur quod in beneficialibus conceſſionibus non ualet argumentum de maiori ad minus.

Si variatur beneficium eſſe curatũ & ſit ſimplex an gratia cenſeat ſurreptitia

Sed hoc nõ obſtãte ego teneo primã partẽ quia hic eſt error in demõſtratiõe tãtũ reſpectu qualitatis.cõſtat aũt ꝙ error reſpectu qualitatis demõſtratiue ſi alias cõſtat de corpore uel perſona cũ

quæ uel in quã diſponitur non uitiat diſpoſitionem.l.falſa de-monſtratio.ff.de condi.et demon.& in.c.tua de ſponſ.

Preterea facit alia ratio nam illa dicuntur imprimere ſurreptio-nem que ſi fuiſſent expreſſa uel non tacita retraxiſſent Princi-pem a gratia concedẽda uel ſaltẽ nõ ita de facili inclinaſſent eũ ad concedẽdũ.c.ſuper litteris &.c.poſtulaſti. de reſcr.ſed ſic eſt quod tali caſu fuit expreſſa talis qualitas & ſuppreſſa alia uera que ſi fuiſſent expreſſe Papa nihilominus uerisimili-ter litteras dediſſet cũ maior idoneitas requiratur in curato ꝙ in ſimplici ergo ſequitur quod quẽ reputauit idoneũ ad curatũ multo fortius idẽ reputaſſet quoad ſimplex & per has conſi-mileſque rationes idẽ tenuit alia deciſ.in impetrãte dignitatẽ exprimẽdo quod ſit dignitas & re uera ſit officiũ nihilominus talis expreſſio non reddit gratiã nec impetrationẽ ſurreptitiã ita ponit Deciſ.xix.ſub titulo de preben.in antiquioribus.et alia deciſ.cccccclxxxii.incip.quidã obtinuit in antiquis nõ ob-ſtat contrariũ de.c.cui de non.quia illud procedit quãdo ma-ius exprimitur cauſa taxatiõis gratie ſecus quãdo cã demõſtrã-tionis ſm doc.ibi.et ponit domi.cõſi.cxi.ĩcip.dominus noſter.

Expreſſio dignitatis que re vera eſt officiũ non reddit gratiã ſurreptitiã.

Tertio & ultimo circa predictã materiã dubitatur utrum habẽs beneficiũ curatũ annexum prebẽde & canonicatui in cathe-drali non dico capelle quia non datur unio ad indigniorẽ te-neatur in impetratione alterius curati facere mentionẽ de illo curato annexo. & certe tenẽdo illud quod dicit glo. in cle.i. de preben.quod impetrans non tenetur exprimere qualitatem beneficiorum que obtinet tunc queſtio non haberet dubium.

Sed caſu quo etiam de qualitatibus obtentorum mentio fieri de-beret adhuc illud non haberet locum iſto caſu quia ſicut ſuper

annexo non requiritur diſpenſatio quãuis illud ſit curatũ imo de iure cõmuni licite poteſt teneri cum alio curato.c.ſuper eo. de prebẽ.li.vi.& ponit Lappus allegatione.xxxvi.incip.utrũ abſque diſpẽſatione.Ita et pariformiter non eſt neceſſaria expreſſio talis qualitatis in impetratione alterius beneficii.ſed ſufficit exprimere principale cui annexũ ẽ tale curatũ ſecũdũ Domi.in.d.c.ſuper eo.& in dicto conſi.

No.ad.c. ſup eo. de prebẽ.lib. vi.

Sequitur uidere de tertia qualitate beneficiorum que ſunt iuris patronatus.quod ius queritur principaliter tribus modis uidelicet dotatione conſtructione et fundatione accedẽte tamen auctoritate epiſcopi que eſt neceſſaria ad creandum ius patronatus tam in clerico ꝙ in layco.c.conſiderandum.xvi.q.vii. et in.c. nobis de iurepatr.ad illum enim pertinet examinare locũ erectionis eccleſie et ipſius dotẽ.item diſponere qualiter ſit regenda et gubernanda.§.illud in auc.de monach.et in.c.nullus de iure patr.iuncta clemẽ.i.eodem tit. Conceſſit autem eccleſia tale ius laycis ut illi per hoc inuitarentur ad dotandas et conſtruendas eccleſias ut in dictis iuribus.

Auctoritas epiſcopi neceſſaria eſt ad cõſtituẽdum ius patronatus.

Ex quo infertur quod ſi poſt conſtructam et conſecratam eccleſiã daret quis illi dotẽ per hoc non efficeretur patronus quia eſſet imponere ſeruitutẽ rei ſacre quod eſt prohibitũ.l.ſeruitutes.§. fi.ff.de ſeruitu.quod enim humani iuris eſſe deſinit ſeruitutẽ non recipit.l.caueri.ff.cõmunia predi.et hoc tenet expreſſe gl. in.c.pie mentis.xvi.q.vii.idẽ tenuit domi.conſi.xxxii.incip.in Chriſti nomine amen per examinationem predictorũ etc. dicens quod epiſcopus ſeu alius prelatus citra Papam nõ poteſt concedere layco ius patronatus in eccleſia iã conſecrata neque in capella ipſius pro quo facit tex.optimus i.c. hoc conſultiſſi-

Si conferat dos eccleſie iã cõſecrate nõ acquiritur ius patronatus.

Nõ põt cõcedi ius patronatus in eccleſia iã conſecrata niſi ꝑ papã

mo. de rebus eccleſie non ali. lib. vi. ubi diſponitur quod conceſſio iuris patronatus in eccleſia iam conſecrata facta per prelatos laycis abſque ſedis apoſtolice licētia ſpeciali ſit nulla ipſo iure nec ex tali conceſſione ius aliquod acquiritur habile ad preſcriptionem.

Dubitatur modo circa predicta de aliquibus. et primo utrum requiratur quod in dotatione conſtructione uel fundatione expreſſe reſeruetur iuspatronatus. Calde. conſi. quinto in titu. de iurepatr. refert aliquos tenere quod niſi edificans eccleſiam reſeruet ſibi expreſſe ius patronatus non remanet patronus. quod ego non puto uerū quia caſus eſt in contrariū in. c. ſignificauit de teſti. per quē tenet ibi Car. et ſequitur Pano. quod ex fundatiōe eccleſie acquiritur ius patronatus licet fundator hoc ius expreſſe non reſeruauerit et tranſit ad heredes licet fundator hoc non dixerit. facit etiam bona glo. in. c. cum dilectus. et ibi per doctores. de conſuetu.

Non eſt neceſſe quod fūdator reſeruet expreſſe ius patronat⁹.

Secūdo dubitatur utrū ex reedificatiōe eccleſie deſtructe acquiratur iuspatronatus. Hoc dubiū tāgit Inn. in rubri. de iurepat. et gl. magiſtra in. c. quoniā. e. ti. ī quibus locis cōcluditur quod ad hūc effectū cauſandū duo requiruntur primo licētia epiſcopi. ſecūdo quod illa eccleſia ſit oīno deſtructa ita quod de nouo edificās a fundamētis reincipiat quia tūc perinde eſt ac ſi de nouo cōſtruxiſſet. arg. c. cōſuluit de iude. et facit bona gl. ī uer. innouata in. c. de fabrica de cōſec. di. i. que dicit quod eccleſia reedificata in eodē loco a fundamētis nō eſt eadē cum prima ſed diuerſa licet quoad cōſecrationē ſi ibi remāſit altare cenſeatur eadē ad euitādū iterationē ſacramēti conſecrationis. ſi ergo eſt alia a prima certe reedificās acquirit ius patronatus et

An ex reedificatione eccleſie deſtructe acquirat iuspatronatus.

hoc ſequitur Domi.cōſi.cxvii.incip. Ieſu Chriſti etc. in queſtione etc. ubi etiam ſubiicit quod licētia de eccleſia edificāda non ſufficit illi qui reedificat unde non erit patronus reedificate ut ibi per eum per bonas rationes.

Tertio an ſit locus expectatiuis in beneficiis que ſunt iuriſpatronatus et breuiter dico ꝙ nō niſi in litteris aliud exprimatur quia nō eſt ueriſimile nec preſumēdū quod papa tātū preiuditiū uoluerit facere patronis ī iure preſentādi niſi illis deroget expreſſe per illud quod dicit gl.in.c.ii.in uer.collatio.de prebē.li.vi. dū inquit ſepius reperitur receptū in curia Papā nō cōferre beneficia etiā uacātia apud ſedē ſi illa ſunt de iurepatronatus et precipue laycorū quod eſt indubitatū ī iurepatronatus Regū cui nūquā derogatur ēt ſi beneficia apud ſedē uacarēt per obitū quod eſt in ſolis regibus ſpeciale rō huius ponitur per aliā gl.in.c.cū dilectus de iurepat. ne ſcilicet layci retrahantur a cōſtructione dotatione et fundatione eccleſiarū cōtra quā ratio nē Papa uériſimiliter nō ueniret ī ſpecie ergo multominus preſumitur uelle uenire per uerba generalia que ponūtur ī gratiis expectatiuis arg.c.cū in generali de offi.uic.li.vi.et.l.itē apud labeonē.§.hoc edictū.ff.de iniur.et per hāc rōnem tenuit Lappus allegatiōe.xcvi.ꝙ hmōi beneficia iuriſpatronatus non cenſentur reſeruata licet uacent (itellige alter ꝙ per obitū ut ſtatim dicā) in curia Romana uel apud ſedē ꝙ idē eſt ut notat gl.i.c.ſtatutū de preben.li.vi.et hoc niſi ut dixi expreſſe Papa deroget iuripatronatus predictorū quod poteſt ut dicit glo.in cle.ii. in uer.apoſtolicis de preben.conſueuit autem in talibus beneficiis uacantibus per obitum apud ſedem derogari etiam in totum licet ſint de iure patronatus laycorum ex fundatione

An beneficia iuriſpatronatus cadant ī gratiis expectatiuis.

Beneficia iuriſpa.nō cenſent reſeruata licet uacēt in curia.

Clauſula derogatoria iuriſpatronat⁹ laycorū ēt ex fundatione cōcedit vacātib⁹ pobitū apud ſedem.

uel dotatione ſecus quando uacant ibidē aliter ꝙ per obitum infert etiam ibidem Lappus quod permutationes que fiunt in curia de talibus beneficiis nō ualent non facta mentione iuris patr. ut ſupra. Idem tenet Egidius concluſione. clxxxi. incip. in eo quod tenui. etc.

Per q̄ uerba videatur fcā mētio de iure patronatus laycorum.

Sed dubiū eſt an per illa uerba que in litteris apponi conſueuerūt uideatur de tali iure ſufficienter facta mentio. uidelicet dum dicitur ad cuiuſcūque ſeu quorūcūque collationē preſentationem uel quāuis aliam diſpoſitionē &c. dico quod nō quia uerbum preſentationis non includit iſto caſu preſentationē laycorum patronorū ex defectu intētionis Pape qui quotiēs ſcribit pro aliquo beneficiando non habet mentē nec intentionē quod ei conferatur eccleſia in qua laycus habet ius patronatus niſi aliud exprimat ut ſupra & ponit Io. an. in. c. dilectus. de offi. leg. Illa ergo uerba ad preſentationē &c. includunt preſentationē clericorū patronorū habētiū ius patronatus rōne eccleſie ſecus forte ſi rōne patrimonii per illud quod dicit glo. in uer. preſentare in clem. fi. de iure patro. quod clericus preſentans iure patrimonii per omnia cenſetur ut laycus.

Cleric⁹ preſentās iure patrimonii per omnia cenſetur ut laycus.

Quid aūt ſi ius patronatus ī aliqua eccleſia partim pertineat ad laycū partim ad clericū rōne eccleſie. an ſub illis uerbis ad preſentationē quorūcūque etc. īcludatur tūc tale ius. et an ſi uacet in curia cenſeatur reſeruatū. pōt dici ꝙ ſic quia tali caſu pars clerici trahit ad ſe partē layci et ſic ī totū cēſetur ius patronatus eccleſiaſticū arg. c. per tuas et. c. cōtingit. de arbi. et ꝙ dicit Bar. ī. l. precipimus. §. eodē obſeruādo. C. de ap. et Pano ī. c. de. iiii. ī. v. col. de preſcrip. tādē reperi unā deci. que tenet hāc cōcluſionē expreſſe. in ordine meo. cclxvi. incip. nota ꝙ Papa

Qn̄ clericus & laycus habent ius patronatus ſimul

in antiquis

in antiquis.facit.c.quod in dubiis. de conſecr. eccleſie uel alt. & ideo conſueuit in nouis prouiſionibus iuri patronatus layco rum et clericorum mixtim.in totum derogari.

Quarto principaliter circa predicta dubitatur quid ſi aliqui lay ci non ſunt patroni ſed habẽt tantum ius preſentandi ex conſuetudine uel preſcriptione ſiue aliis modis de quibus ſtatim dicam. An ualeat gratia apoſtolica ſuper aliquo conſimili beneficio non facta mentione de iure preſentandi quod aliquibus competit ad illud beneficium ſed prius pro euidẽtia iſtius notabilis dubii premittẽdũ eſt quod licet ius patronatus aquiratur a principio tribus modis ex quibus cauſatur ius patronatus ut ſupra.tamẽ poſtquã eſt iam acquiſitus per aliquẽ de dictis modis tunc tranſſertur in alium certis aliis modis.

Primo ſucceſſione.c.conſiderandum.xvi.q.vii. et in.c. quoniam. de iure patrona.

Certis modis ius patronat⁹ quo ad preſentationem trãſſertur in alium.

Secundo donatione.c.ex inſinuatione.eodem ti.iuncto.c.i.lib.vi.

Tertio permutatione.c.nemini.xvi.q.vii.

Quarto uenditione per quam tranſit cum uniuerſitate.c.cum ſecundum.et in.c.ex litteris.de iurepatr.quos modos ponit glo. in.c.pie mẽtis.xvi.q.vii.et Inno.in Rubrica de iurepat. tamẽ ultra predictos ſunt adhuc alii duo .uidelicet conſuetudine ſiue preſcriptione.itẽ priuilegio per quos etiam modos acquiritur ius preſentandi.nõ tamẽ per illos aut alios predictos queritur ius patronatus nec per iſtos modos efficitur quis patronus ut uult Domi.Gemini.conſi.xlv.incip.conſuetudo in.iii.col. et ſentit Cald.conſi.xix.incip.conceſſum eſt in ti. de iurepa. ubi dicit quod patronus poteſt donare ſolum ius preſentandi retẽto ſibi iure patronatus quo ad alia allegat Vincẽ.in.d.c.

Aliud ẽ habere ius patronat⁹.aliud habere ius preſentandi.

ex inſinuatione. et ſic innuit quod aliud eſt eſſe patronū aliud habere tantum ius preſentandi.

Vnde redeundo ad principale queſitum dico quod ualet gratia apoſtolica licet non faciat mentionem de tali iure preſentandi quāuis tale ius preſentandi competat layco ex aliquo de dictis modis et hoc quia ceſſat tunc ratio ſuper qua fundatur illa cō cluſio qua diſponitur per gratiam apoſtolicam non preiudicari patronis laycis niſi de eis et dicto eorum iure fiat mentio ne ſcilicet retrahantur a fundatione cōſtructione et dotatione eccleſiarum ut ſuperius dixi. et hoc in terminis firmat Car. cōſi. lxix. incip. uacante quadam parrochiali in. ii. col. allegat Fed. de ſenis conſi. lxiii. ubi plus dicit quod etiam legatus poteſt cō ferre talia beneficia in quibus layci habent ius tantum preſentandi quod non poteſt quando habent ius patronatus. c. dilectus. de offi. leg. cum ſimilibus.

Legatus poteſt cōferre beneficium in quo laycus habet tantum ius preſentandi.

Predictis ut puto rationibus conſueuit Papa in impetratione beneficiorum patronalium parcius derogare patronis laycis qui habent ius patronatus aliquo de primis tribus modis ꝙ aliis habentibus tantum ius preſentandi nam iſtis derogant in totum. illis pro medietate tantum. licet aliquando ex aliquo fauore derogetur illis ex duabus tertiis. niſi ſit ius patronatus unius tantū quia nō derogatur illi ī totū neque pro medietate derogari pōt. et hoc mō ītelligo et reſtringo gl. ī. c. ii. de prebē. li. vi.

Patent igitur ex premiſſis duo caſus in quibus ualet gratia apoſtolica de tali iure nō facta mētione uel ad plus ſufficit mētio generalis qualis eſt illa que cōiter ponitur in gratiis expectatiuis uidelicet et alterius cuiuſcūque collationē preſentationē etc.

Caſus alius in qui.

Eſt alius et ſic tertius caſus ut ſi aliqui ſunt ueri patroni aliquo de

tribus primis modis ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione iuris preſentandi ſed quidam alii quia tunc nec de iſtis habētibus ius tantū preſentādi debet neceſſario fieri mētio per proxime dicta nec etiā de illis qui ſunt ueri patroni ex quo per litteras apoſtolicas eis nō fit preiudicium quo ad preſentationē quā nō ipſi licet alias ſint ueri patroni ſed illi quaſi poſſeſſores habēt facere ut notat Inno.in.c.cū eccleſia.de cauſa poſ.et prop.et probatur in.c.conſultationibus.de iure pat.ubi probatur cum ibi notatis quod in preſentādo plus attēditur poſſeſſio ꝙ proprietas et idē eſt in iure cōferēdi ut dicit deciſ.Rote.cccccl͞vii.icip. quidā ĩpetrauit et alia.cccccl͞xxv.incip. utrū ſicut in antiquis ubi tenēt quod ualet collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iſtius iuris licet poſtea detegatur de non iure ipſius.et ita iſtū tertiū caſum firmat Card.in cōſi.lxix.ĩ uer.ſufficit.n.

bus de iure patronatus nō eſt facīe da neceſſario mētio.

In preſentando et cōferēdo plus attenditur poſſeſſio ꝙ proprietas

Quartus et ultimus pro nūc ponitur per dominos de Rota deciſ.cccxxxi.incip.ſuppoſito facto.in nouis. ubi dicunt ualere diſpenſationem Pape diſpenſantis cum promoto ad epiſcopatum quod retineat ſua beneficia et comprehendit etiam beneficia iuris patronatus laycorum quāuis de tali iure in diſpenſatione nō ſit facta mentio potiſſima eorū ratio hec ē.uidelicet quia nō tractatur de preiudicio patroni ex quo tēpore diſpēſationis nōdū uacat effectualiter beneficiū cōſequenter nondum cōpetit patrono ius preſentādi arg.l. nā et ſi.§.poſt defectum.ff.de iniuſto teſta.cum alii ſrationibus ut ibi per eos.et iſta ratio et concluſio multum facit contra illud quod dicit Lappus allegatione.xcvi.quam ſuperius retuli.

Quinto pro cōplemēto iſtius qualitatis beneficiorū quia ſuperius dixi ꝙ īter alios modos quibus trāſſertur ius patronatus ĩ aliū

eſt permutatio.c.nemini.xvi.q.vii. Queritur de duobus primo utrum in tali permutatione ſit neceſſarius conſenſus et licentia epiſcopi. Secundo quid de conſenſu patroni.

An in pmutatiōe iuris patronatus ſit neceſſarius cōſenſus epiſcopi.

Circa primum dicēdum eſt quod aut permutatio ſit inter duos patronos habētes quilibet de per ſe ius patronatus in diuerſis eccleſiis.et tunc non poſſunt illa permutare ſine auctoritate epiſcopi caſus eſt ſecundum unum intellectum qui uidetur placere ibi Panor.in.c.querimoniam.de iurepatr. Aut ſit permutatio inter ipſos beneficiatos. et tunc idē ut uult glo.in.d.c.nemini.quia regulariter permutationes beneficiorū fieri debēt de auctoritate epiſcopi ut ſi uidet unum eſſe magis utilē in alia eccleſia ꝙ ſit ille qui eam poſſidet et econuerſo poſſit eos permutare.c.queſitum.de rerū permu. ſed primū dictum intelligo uerum quando ſit permutatio inter priuatos ideſt ipſos beneficiatos ſecus ſi cum monaſterio uel eccleſia cui laycus poteſt donare et etiam ex cauſa permutationis cōcedere ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi.c.unico. et ibi hoc notat Philippus.de iure patro.lib.vi.allegat Federi. ita tenentē conſil.ccxxv.incip.ſi opinio.

In pmutatione beneficiorū iurispat. non requiritur conſenſus patronorū

Circa ſecundum an in permutatione que ſit inter beneficiatos de auctoritate epiſcopi ut dixi requiratur conſenſus patroni dico quod non quia tunc demum patroni requiruntur ad preſentandum et preſtandum conſenſum quando datur libera uacatio beneficii et talis per quam ipſi poſſunt quēcunque uoluerint dū tamē idoneū preſentare.c.decernimus.xvi.q.vii. et in.c.quod autem de iurepatr. ſed ſic eſt quod quando beneficium uacat ex cauſa permutationis.licet tunc detur uacatio ut probatur in c.i. de rerum permut. lib.vi.non tamen datur libera uacatio

quod

quòd patroni poſſint quem uoluerint preſentare nam permutantibus ſolūmodo & non aliis ſunt talia beneficia neceſſario cōferenda clemen.i.de rerum permu.

Hinc eſt quòd in prouiſionibus beneficiorū quorū collatio eſt deuoluta ad ſedem apoſtolicā non derogatur iuri patronatus cū patroni ea uice ſe impedire non habent & ſic non eſt neceſſe derogare.debet tamē de iurepatronatus fieri mentio. & hanc concluſionem quāpluribus aliis rationibus tenet Pet. de anch. quem refert & ſequitur Domi.conſi.quinquageſimo.incip.in Chriſti nomine queritur an epiſcopus.

Vltimo non obmitto unum quod ſeruat curia in talibus beneficiis quia ſolet derogari fundationi beneficiorum etiā ſi in illa caueatur expreſſe quòd obtinens tale beneficium teneatur apud illud reſidere perſonaliter et infra annum ad ſacerdotiū promoueri ac quod cum illo nō poſſit aliud obtinere.ſecus quādo petitur fundationis derogatio quo ad omnes eius partes etiā nō expreſſas uel exprimendas quia illa non datur. poſſunt enim eſſe tales quod illis Papa non derogaret.& iſta ſufficiant quo ad iſtam qualitatem beneficiorum.

Tranſeo nunc ad dignitates ad effectū ut ſciri poſſit an & quādo & que dignitates includantur in litteris expectatiuis & in nouis prouiſionibus.& primo uidendū eſt quid ſit dignitas et in quo differat à perſonatu & officio.Secundo de uariis qualitatibus ipſarum dignitatum. Tertio an & quando ueniant in litteris beneficialibus circa primum dicit Domi. in.c.i. de conſue.lib.vi.quod dignitas habet ſe ad perſonatum & officium tanquā genus ad ſpeciem. nam dignitas eſt nomen generaliſſimum aptum denotare omnem habentem aliquem gradū Quid ſit dignitas.

preminentie allegat gl.in.c.denique.iiii.di. Sed in hoc clarius loquitur Old.cõſi.cl.incip.in eccleſia ualẽtina.ubi dicit quod ſi iſta nomina proprie ſumantur neutrum eſt alterum & longe inter ſe differunt quia dignitas eſt quedam preminentia cũ administratione uel iuriſdictione.l.honor.ff. de muner. & honoribus.& hoc modo epiſcopatus et abbatia ſonant in dignitatẽ ut notant docto.in.c.ii.de prebend.lib.vi ſimiliter Archidiaconatus ſonat in nomen dignitatis quia examinat promouendos et alia exercet que magnam continent adminiſtrationem c.ad nos.et per totum de officio archi.plus dicit Inno.in.c.de multa quod Archidiaconus ratione nominis ſonat in dignitatem etiam ſi nullam habeat iuriſdictionem ratione conſuetudinis. Perſonatus autem minus dicit ꝙ dignitas quia eſt quidam honor ſine adminiſtratione inter que eſt magna differẽtia ut probatur in.l. ad rempublicam.ff.de mun.et honori.et iſto reſpectu. dignitas et perſonatus ſunt diuerſa et propterea diuerſis nominibus nuncupantur.l.ſi idem.C. de codicil. Sed quando dignitas ſumitur large tunc iſta ambo ſunt ſinonima et conuertibilia alterũ in altero prout genus et ſpecies.et ideo iura que uidentur aliquando exprimere et ponere iſta ut diuerſa et ſeparata potius faciunt hoc ad tollendas cauillationes ꝙ ad finem ut denotent differentiam eſſe inter iſta niſi prout differt genus a ſpecie ſm Guil.de monte laud.in extrauag.Execrabilis Io.xxii.ſuper uer.perſonatus.

Archidiaconatus ſonat i nomẽ dignitatis.

Perſonatus eſt honor ſine adminiſtratione.

Ex quibus infero quod in materia larga appellatione perſonatus uenit dignitas puta in terminis.c.ſi pluribus de prebend.li.vi. et.c.tua nobis.de uer.ſign.cum ſimilibus ſecus in materia ſtricta in qua uerba ſtricte et proprie debent accipi.l.prima.§.is

dignitas an ueniat appellatiõe perſonatus.

qui nauem.ff.de exerci. cum uulga.conſequenter ſtatutum lo-
quens de perſonatu non complectitur dignitatem per dictam
rationem idem puto in litteris ad beneficia ut ſi quis impetrat
perſonatum non poſſit ſibi prouideri de dignitate cum admi-
niſtratione uel iuriſdictione argu.c.quãuis. de preben. lib.vi.
et notatur in.c.cum in illis.eodem titu.

Litteré ĩpetrate ad pſonatũ non cõprehendunt dignitatem.

Officium uero dicitur adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine
iuriſdictione et abſque prerogatiua ſeu preeminentia ſecundũ
docto. in dicto.c. de multa. prout ſunt ſindici procuratores.
Caſtellani.et ſacriſte ut per Rotam deciſ.clxxiii. incipiẽ. de
theſauraria in nouis ubi eſt bona deciſio circa predicta.

Officium quid.

Sed antequam ueniam ad ſecundũ dubitatur de aliquibus.et pri-
mo utrum guardianus fratrũ minorũ et priores mẽdicantiũ di-
cantur habere dignitatẽ aut perſonatũ uel potius officiũ.et cer-
te dici poteſt quod habẽt dignitatẽ proprie ſumẽdo ex eo quia
habẽt preeminẽtiã cũ adminiſtratione et etiã iuriſdictionẽ in
illos de cõuẽtu iuxta notata in.c.edoceri.de reſcr. et in cle.i.
eodẽ ti. Hinc eſt quod appellatione prelatorũ ueniũt iſti tales
ut eſt glo.not.in cle.dudũ.in uer.nõ habẽtur de ſepultu. et ibi
Card.i.§.ſtatuimus dicit ſe cõſuluiſſe quod Prior cõuẽtualis
eſt prelatus adeo quod poteſt eſſe procurator ſine licentia ſu-
perioris iuxta illud quod dicit gl.i. in cle. religioſus de proc.
ad idẽ facit gl.in cle.i.in uer. prelatũ.de electio.et bonus tex.
in.c. quorundam in uer. ſolium prelature eodem titu. lib.vi.

Prior cõuẽtualis ẽ prelatus & iõ põt ẽẽ procurator ſine licentia ſuperioris.

Ex quo infero unum ſatis notandum quod ex quo tales dicuntur
habere dignitatem ut ſupra certe poſſunt eis delegari cauſe a
ſede apoſtolica iuxta.c. ſtatutum. de reſcrip.in.vi.quod tenet
et firmat expreſſe domi.in.c. nullus de elec. eodem lib. quem

Guardiano minorũ & priori mẽdicãtiũ poſſunt delegari cãe.

in.c.cum dilecta.in uer.amplia.xi.de reſcrip. Cum ergo ut di xi expreſſio cure requiratur pro forma in impetratione curatorum dicto.c.cum in illis.uidetur quod non ſufficit illā exprimere per equipollēs iſtā queſtionē uidetur terminare una deciſio licet de predictis motiuis non faciat mentionē in ordine. xiii.incip.utrū cum quis impetrat.in ti.de prebē.in antiquioribus diſtinguēdo.quod aut equipollēs expreſſum eſt tale quod de neceſſitate & infallibiliter infert curā prout ſi exprimitur quod tenetur audire cōfeſſiones cōferre eccleſiaſtica ſacramēta & alia huiuſmodi et iſto caſu talis expreſſio ſufficit ex quo talia uerba equipollentia inferunt ueritatē facti infallibiliter. Secus ſi exprimeretur equipollens neceſſario curam nō concludens prout quod beneficiū uel eccleſia habet cimiteriū uel fontem baptiſmalē quia talia non inferunt curam neceſſario ut ſuperius dixi.cōſequenter non probat hoc eſſe quod ab hoc cōtingit abeſſe.l.neque natales &.c.in preſentia.de proba.& iſtam partē pulcherrimis rationibus ſequitur cōſulendo Card.cōſi. xxx.incip.quidam a presbiter.ubi tenet quod impetrans dignitatē curatā non ſufficit quod cura faciat mentionē per equipollens puta quod habet collegiū quia uerba gratie beneficialis cōceſſe ad inſtātiā impetrantis ſolū cōprehendunt illud quod neceſſario ex ui uerborū inferunt ut eſt caſus in.c. non pōt in fi. de preben.lib.vi.ubi ſi impetrās beneficiū adiecit clauſulā nō obſtante alio beneficio &c.operatur ſolū ſublationē ſurreptionis nō autē diſpēſationē ſed poſſibile eſt quod eccleſia ſit collegiata & curata & quod dignitas principalis ibi non ſit curata ut quia ex ſpeciali diſpoſitione inſtituentis uel alio iure poteſt cure parrochie & collegii ad alium pertinere ut probatur ex

Verba gratie ſolū cōprehēdunt quod neceſſario inferunt.

Poſſibile ē eccleſiā eē curatam et ꝙ dignitas principalis ibi non ſit curata.

notatis in.c.ſtatutum de elec.lib.vi.& in.c.irrefragabili.§.ex ceſſus de offi.or.ubi probatur quod capitulū poteſt preſcribere iuriſdictionē corrigendi ſingulos de capitulo excludendo epiſcopum ita quod non ſit locus preuentioni ſecundum Ioan. andr.ibi.

Preterea eſt dare dignitatem principaliorem in eccleſia prout eſt Archidiaconatus que tamen nullam habet iuriſdictionem ut probat optime Card.in dicto conſi.ex quibus concludo quod non ſufficit facere mentionem de cura per equipollens niſi illud ſit tale quod de neceſſitate & infallibiliter infert curam per ſupradicta.

Secundo principaliter dubitatur de tali queſtione unus ſupplicat Pape ut ſibi prouideat de certo beneficio cui aſſerit curam animarum imminere. Papa mandat ſibi de eo prouidere narrando in litteris ſecundum aſſerta in ſupplicatione illi ſcilicet beneficio imminere curam animarum. reperitur poſtea quod eſt beneficium ſimplex nullam habens curam. Vtrum gratia cenſeatur ſurreptitia propter falſam qualitatem expreſſam. Iſtud dubium ponit Rota deciſ.cccclxii.incipien.Pape ſupplicat. in antiquis. & concludit quod talis expreſſio cure non nocet impetranti.quia ex quo Papa conceſſit de qualitate maiori ſcilicet curata multo fortius conceſſiſſet de minori ut in regula cui conceditur licet poſtea in fine deciſionis opponat de.c.cui de non.de prebend.lib.vi.ubi probatur quod in beneficialibus conceſſionibus non ualet argumentum de maiori ad minus.

Si variatur beneficium eſſe curatū & ſit ſimplex an gratia cenſeat ſurreptitia

Sed hoc nō obſtāte ego teneo primā partē quia hic eſt error in demōſtratiōe tātū reſpectu qualitatis.cōſtat aūt ꝙ error reſpectu qualitatis demōſtratiue ſi alias cōſtat de corpore uel perſona cū

qua uel in quā diſponitur non uiciat diſpoſitionem.l.falſa de-monſtratio.ff.de condi.et demon.& in.c.tua de ſponſ.

Preterea facit alia ratio nam illa dicuntur imprimere ſurreptio-nem que ſi fuiſſent expreſſa uel non tacita retraxiſſent Princi pem a gratia concedēda uel ſaltē nō ita de facili inclinaſſent eū ad concedēdū.c.ſuper litteris &.c.poſtulaſti. de reſcri.ſed ſic eſt quod tali caſu fuit expreſſa talis qualitas & ſuppreſſa alia uera que ſi fuiſſent expreſſe Papa nihilominus uериſimili-ter litteras dediſſet cū maior idoneitas requiratur in curato ꝙ in ſimplici ergo ſequitur quod quē reputauit idoneū ad curatū multo fortius idē reputaſſet quoad ſimplex & per has conſi-mileſque rationes idē tenuit alia deciſ.in impetrāte dignitatē exprimēdo quod ſit dignitas & re uera ſit officiū nihilominus talis expreſſio non reddit gratiā nec impetrationē ſurrepticiā ita ponit Deciſ.xix.ſub titulo de preben.in antiquioribus.et alia deciſ.ccccclxxxii.incip.quidā obtinuit in antiquis nō ob-ſtat contrariū de.c.cui de non.quia illud procedit quādo ma-ius exprimitur cauſa taxatiōis gratie ſecus quādo cā demōſtrā tionis ſm doc.ibi.et ponit domi.cōſi.cxi.īcip.dominus noſter.

Expreſſio dignitatis que re vera eſt officiū non reddit gratiā ſur repticiā.

Tertio & ultimo circa predictā materiā dubitatur utrum habēs beneficiū curatū annexum prebēde & canonicatui in cathe-drali non dico capelle quia non datur unio ad indigniorē te-neatur in impetratione alterius curati facere mentionē de illo curato annexo. & certe tenēdo illud quod dicit glo. in cle.i. de preben.quod impetrans non tenetur exprimere qualitatem beneficiorum que obtinet tunc queſtio non haberet dubium.

Sed caſu quo etiam de qualitatibus obtentorum mentio fieri de-beret adhuc illud non haberet locum iſto caſu quia ſicut ſuper

annexo non requiritur diſpenſatio quãuis illud ſit curatũ imo de iure cõmuni licite poteſt teneri cum alio curato.c.ſuper eo. de prebẽ.li.vi.& ponit Lappus allegatione.xxxvi.incip.utrũ abſque diſpẽſatione.Ita et pariformiter non eſt neceſſaria expreſſio talis qualitatis in impetratione alterius beneficii.ſed ſufficit exprimere principale cui annexũ ẽ tale curatũ ſecũdũ Domi.in.d.c.ſuper eo.& in dicto conſi.

No.ad.c. ſup eo. de prebẽ. lib. vi.

Sequitur uidere de tertia qualitate beneficiorum que ſunt iuris patronatus.quod ius queritur principaliter tribus modis uidelicet dotatione conſtructione et fundatione accedẽte tamen auctoritate epiſcopi que eſt neceſſaria ad creandum ius patronatus tam in clerico ꝙ in layco.c.conſiderandum.xvi.q.vii. et in.c. nobis de iurepatr.ad illum enim pertinet examinare locũ erectionis eccleſie et ipſius dotẽ.item diſponere qualiter ſit regenda et gubernanda.§.illud in auc.de monach.et in.c.nullus de iure patr.iuncta clemẽ.i.eodem tit. Conceſſit autem eccleſia tale ius laycis ut illi per hoc inuitarentur ad dotandas et conſtruendas eccleſias ut in dictis iuribus.

Auctoritas epiſcopi neceſſaria eſt ad cõſtituẽdum ius patronatus.

Ex quo infertur quod ſi poſt conſtructam et conſecratam eccleſiã daret quis illi dotẽ per hoc non efficeretur patronus quia eſſet imponere ſeruitutẽ rei ſacre quod eſt probibitũ.l.ſeruitutes.§.fi.ff.de ſeruitu.quod enim humani iuris eſſe deſinit ſeruitutẽ non recipit.l.caueri.ff.cõmunia predi.et hoc tenet expreſſe gl. in.c.pie mentis.xvi.q.vii.idẽ tenuit domi.conſi.xxxii.incip.in Chriſti nomine amen per examinationem predictorũ etc. dicens quod epiſcopus ſeu alius prelatus citra Papam nõ poteſt concedere layco ius patronatus in eccleſia iã conſecrata neque in capella ipſius pro quo facit tex.optimus i.c.hoc conſultiſſi-

Si conferat dos eccleſie iã cõſecratę nõ acquiritur ius patronatus.

Nõ põt cõcedi ius patronatus in eccleſia iã conſecrata niſi ꝑ papã

mo. de rebus eccleſie non ali. lib. vi. ubi diſponitur quod conceſſio iuris patronatus in eccleſia iam conſecrata factā per prelatos laycis abſque ſedis apoſtolice licētia ſpeciali ſit nulla ipſo iure nec ex tali conceſſione ius aliquod acquiritur habile ad preſcriptionem.

Dubitatur modo circa predicta de aliquibus. et primo utrum requiratur quod in dotatione conſtructione uel fundatione expreſſe reſeruetur iuspatronatus. Calde. conſi. quinto in titu. de iurepatr. refert aliquos tenere quod niſi edificans eccleſiam reſeruet ſibi expreſſe ius patronatus non remanet patronus. quod ego non puto uerū quia caſus eſt in contrariū in. c. ſignificauit de teſti. per quē tenet ibi Car. et ſequitur Pano. quod ex fundatiōe eccleſie acquiritur ius patronatus licet fundator hoc ius expreſſe non reſeruauerit et tranſit ad heredes licet fundator hoc non dixerit. facit etiam bona glo. in. c. cum dilectus. et ibi per doctores. de conſuetu.

Non eſt neceſſe quod fūdator reſeruet expreſſe ius patronat°.

Secūdo dubitatur utrū ex reedificatiōe eccleſie deſtructe acquiratur iuspatronatus. Hoc dubiū tāgit Inn. in rubri. de iurepat. et gl. magiſtra in. c. quoniā. e. ti. ī quibus locis cōcluditur quod ad hūc effectū cauſandū duo requiruntur primo licētia epiſcopi. ſecūdo quod illa eccleſia ſit oīno deſtructa ita quod de nouo edificās a fundamētis reincipiat quia tūc perinde eſt ac ſi de nouo cōſtruxiſſet. arg. c. cōſuluit de iude. et facit bona gl. ī uer. innouata in. c. de fabrica de cōſec. di. i. que dicit quod eccleſia reedificata in eodē loco a fundamētis nō eſt eadē cum prima ſed diuerſa licet quoad cōſecrationē ſi ibi remāſit altare cenſeatur eadē ad euitādū iterationē ſacramēti conſecrationis. ſi ergo eſt alia a prima certe reedificās acquirit ius patronatus et

An ex reedificatione eccleſie deſtructe acquirat iuspatronatus.

hoc ſequitur Domi.cōſi.cxvii.incip. Ieſu Chriſti etc. in queſtione etc.ubi etiam ſubiicit quod licētia de eccleſia edificāda non ſufficit illi qui reedificat unde non erit patronus reedificate ut ibi per eum per bonas rationes.

Tertio an ſit locus expectatiuis in beneficiis que ſunt iurispatronatus et breuiter dico ꝙ nō niſi in litteris aliud exprimatur quia nō eſt uerisimile nec preſumēdū quod papa tātū preiuditiū uoluerit facere patronis ī iure preſentādi niſi illis deroget expreſſe per illud quod dicit gl.in.c.ii.in uer.collatio.de prebē.li.vi. dū inquit ſepius reperitur receptū in curia Papā nō cōferre beneficia etiā uacātia apud ſedē ſi illa ſunt de iurepatronatus et precipue laycorū quod eſt indubitatū ī iurepatronatus Regū cui nūquā derogatur etſi beneficia apud ſedē uacarēt per obitū quod eſt in ſolis regibus ſpeciale rō huius ponitur per aliā gl.in.c.cū dilectus de iurepat. ne ſcilicet layci retrahantur a cōſtructione dotatione et fundatione eccleſiarū cōtra quā ratio nē Papa uerifimiliter nō ueniret ī ſpecie ergo multominus preſumitur uelle uenire per uerba generalia que ponūtur ī gratiis expectatiuis arg.c.cū in generali de offi.uic.li.vi.et.l.itē apud labeonē.§.hoc edictū.ff.de iniur.et per hāc rōnem tenuit Lappus allegatiōe.xcvi.ꝙ hmōi beneficia iuriſpatronatus non cenſentur reſeruata licet uacent (ītellige alter ꝙ per obitū ut ſtatim dicā) in curia Romana uel apud ſedē ꝙ idē eſt ut notat gl.ī.c.ſtatutū de preben.li.vi.et hoc niſi ut dixi expreſſe Papa deroget iuripatronatus predictorū quod poteſt ut dicit glo.in cle.ii. in uer.apoſtolicis de preben.conſueuit autem in talibus beneficiis uacantibus per obitum apud ſedem derogari etiam in totum licet ſint de iurepatronatus laycorum ex fundatione

An beneficia iuriſpatronatus cadant ī gratiis expectatiuis.

Beneficia iuriſpa.nō cenſent reſeruata licet uacēt in curia.

Clauſula derogatoria iuriſpatronatꝰ laycorū ēt ex fundatione cōcedit vacātibꝰ pobitū apud ſedem.

uel dotatione ſecus quando uacant ibidē aliter ꝙ per obitum infert etiam ibidem Lappus quod permutationes que fiunt in curia de talibus beneficiis nō ualent non facta mentione iuris patr. ut ſupra. Idem tenet Egidius concluſione.clxxxi. incip. in eo quod tenui.etc.

Per q̄ verba videatur fcā mētio de iure patronatus laycorum.

Sed dubiū eſt an per illa uerba que in litteris apponi conſueuerūt uideatur de tali iure ſufficienter facta mentio. uidelicet dum dicitur ad cuiuſcūque ſeu quorūcūque collationē preſentationem uel quāuis aliam diſpoſitionē &c. dico quod nō quia uerbum preſentationis non includit iſto caſu preſentationē laycorum patronorū ex defectu intētionis Pape qui quotiēs ſcribit pro aliquo beneficiando non habet mentē nec intentionē quod ei conferatur eccleſia in qua laycus habet ius patronatus niſi aliud exprimat ut ſupra & ponit Io.an.in.c.dilectus. de offi. leg. Illa ergo uerba ad preſentationē &c. includunt preſentationē clericorū patronorū habētiū ius patronatus rōne eccleſie ſecus forte ſi rōne patrimonii per illud quod dicit glo. in uer. preſentare in clem. ſi. de iure patro. quod clericus preſentans iure patrimonii per omnia cenſetur ut laycus.

Cleric⁹ preſentās iure patrimonii per omnia cenſetur ut laycus.

Quid aūt ſi ius patronatus ī aliqua eccleſia partim pertineat ad laycū partim ad clericū rōne eccleſie. an ſub illis uerbis ad preſentationē quorūcūque etc. īcludatur tūc tale ius. et an ſi uacet in curia cenſeatur reſeruatū. pōt dici ꝙ ſic quia tali caſu pars clerici trahit ad ſe partē layci et ſic ī totū cēſetur ius patronatus eccleſiaſticū arg. c. per tuas et. c. cōtingit. de arbi. et ꝙ dicit Bar. ī. l. precipimus. §. eodē obſeruādo. C. de ap. et Pano I. c. de. iiii. ī. v. col. de preſcrip. tādē reperi unā deci. que tenet hāc cōcluſionē expreſſe. in ordine meo. cclxvi. incip. nota ꝙ Papa

Qñ clericus & laycus habent ius patronatus ſimul

in antiquis

in antiquis.facit.c.quod in dubiis. de conſecr. eccleſie uel alt. & ideo conſueuit in nouis prouiſionibus iuri patronatus layco rum et clericorum mixtim.in totum derogari.

Quarto principaliter circa predicta dubitatur quid ſi aliqui lay ci non ſunt patroni ſed habēt tantum ius preſentandi ex conſuetudine uel preſcriptione ſiue aliis modis de quibus ſtatim dicam. An ualeat gratia apoſtolica ſuper aliquo conſimili be neficio non facta mentione de iure preſentandi quod aliquibus competit ad illud beneficium ſed prius pro euidētia iſtius notabilis dubii premittēdū eſt quod licet ius patronatus aqui ratur a principio tribus modis ex quibus cauſatur ius patronatus ut ſupra.tamē poſtquā eſt iam acquiſitus per aliquē de dictis modis tunc tranſfertur in alium certis aliis modis.

Primo ſucceſſione.c.conſiderandum.xvi.q.vii. et in.c. quoniam. de iure patrona.

Certis modis ius patronat.⁹ quo ad preſentationem trāſfertur in alium.

Secundo donatione.c.ex inſinuatione.eodem ti.iuncto.c.i.lib.vi.

Tertio permutatione.c.nemini.xvi.q.vii.

Quarto uenditione per quam tranſit cum uniuerſitate.c.cum ſecundum.et in.c.ex litteris.de iurepatr.quos modos ponit glo. in.c.pie mētis.xvi.q.vii.et Inno.in Rubrica de iurepat. tamē ultra predictos ſunt adhuc alii duo .uidelicet conſuetudine ſiue preſcriptione.itē priuilegio per quos etiam modos acquiritur ius preſentandi.nō tamē per illos aut alios predictos queritur ius patronatus nec per iſtos modos efficitur quis patronus ut uult Domi.Gemini.conſi.xlv.incip.conſuetudo in.iii.col. et ſentit Cald.conſi.xix.incip.conceſſum eſt in ti. de iurepa. ubi dicit quod patronus poteſt donare ſolum ius preſentandi retēto ſibi iure patronatus quo ad alia allegat Vincē.in.d.c.

Aliud ē habere ius patronat.⁹ aliud habere ius preſentandi.

ex inſinuatione.et ſic innuit quod aliud eſt eſſe patronũ aliud habere tantum ius preſentandi.

Vnde redeundo ad principale queſitum dico quod ualet gratia apoſtolica licet non faciat mentionem de tali iure preſentandi quãuis tale ius preſentandi competat layco ex aliquo de dictis modis et hoc quia ceſſat tunc ratio ſuper qua fundatur illa cõcluſio qua diſponitur per gratiam apoſtolicam non preiudicari patronis laycis niſi de eis et dicto eorum iure fiat mentio ne ſcilicet retrahantur a fundatione cõſtructione et dotatione ecclesiarum ut ſuperius dixi.et hoc in terminis firmat Car.cõſi.lxix.incip.uacante quadam parrochiali in.ii.col. allegat Fed. de ſenis conſi.lxiii.ubi plus dicit quod etiam legatus poteſt cõferre talia beneficia in quibus layci habent ius tantum preſentandi quod non poteſt quando habent ius patronatus.c. dilectus.de offi.leg.cum ſimilibus.

Legatus poteſt cõferre beneficium in quo laycus habet tantum ius preſentandi.

Predictis ut puto rationibus conſueuit Papa in impetratione beneficiorum patronalium parcius derogare patronis laycis qui habent ius patronatus aliquo de primis tribus modis ꝙ aliis habentibus tantum ius preſentandi nam iſtis derogant in totum. illis pro medietate tantum. licet aliquando ex aliquo fauorẽ derogetur illis ex duabus tertiis. niſi ſit ius patronatus unius tantũ quia nõ derogatur illi ĩ totũ neque pro medietate derogari põt.et hoc mõ ĩtelligo et reſtringo gl.i.c.ii.de prebẽ.li.vi.

Patent igitur ex premiſſis duo caſus in quibus ualet gratia apoſtolica de tali iure nõ facta mẽtione uel ad plus ſufficit mẽtio generalis qualis eſt illa que cõiter ponitur in gratiis expectatiuis uidelicet et alterius cuiuſcũque collationẽ preſentationẽ etc.

Caſus aliqui in qui-

Eſt alius et ſic tertius caſus ut ſi aliqui ſunt ueri patroni aliquo de

tribus primis modis ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione iuris pre ſentandi ſed quidam alii quia tunc nec de iſtis habẽtibus ius tantũ preſentãdi debet neceſſario fieri mẽtio per proxime dicta nec etiã de illis qui ſunt ueri patroni ex quo per litteras apoſtolicas eis nõ fit preiudicium quo ad preſentationẽ quã nõ ipſi licet alias ſint ueri patroni ſed illi quaſi poſſeſſores habẽt facere ut notat Inno. in. c. cũ ecclеſia. de cauſa poſ. et prop. et probatur in. c. conſultationibus. de iure pat. ubi probatur cum ibi notatis quod in preſentãdo plus attẽditur poſſeſſio ꝙ proprietas et idẽ eſt in iure cõferẽdi ut dicit deciſ. Rote. cccccclvii. ĩcip. quidã ĩpetrauit et alia. cccccclxxv. incip. utrũ ſicut in antiquis ubi tenẽt quod ualet collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iſtius iuris licet poſtea detegatur de non iure ipſius. et ita iſtũ tertiũ caſum firmat Card. in cõſi. lxix. ĩ uer. ſufficit. n.

bus de iure patronatus nõ eſt faciẽda neceſſario mẽtio.

In preſentando et cõferẽdo pluſ attenditur poſſeſſio ꝗ proprietas

Quartus et ultimus pro nũc ponitur per dominos de Rota deciſ. cccxxxi. incip. ſuppoſito facto. in nouis. ubi dicunt ualere diſpenſationem Pape diſpenſantis cum promoto ad epiſcopatum quod retineat ſua beneficia et comprehendit etiam beneficia iuris patronatus laycorum quãuis de tali iure in diſpenſatione nõ ſit facta mentio potiſſima eorũ ratio hec ẽ. uidelicet quia nõ tractatur de preiudicio patroni ex quo tẽpore diſpẽſationis nõdũ uacat effectualiter beneficiũ cõſequenter nondum cõpetit patrono ius preſentãdi arg. l. nã et ſi. §. poſt defectum. ff. de iniuſto teſta. cum aliis rationibus ut ibi per eos. et iſta ratio et concluſio multum facit contra illud quod dicit Lappus allegatione. xcvi. quam ſuperius retuli.

Quinto pro cõplemẽto iſtius qualitatis beneficiorũ quia ſuperius dixi ꝙ ĩter alios modos quibus trãſfertur ius patronatus ĩ aliũ

eſt permutatio.c.nemini.xvi.q.vii. Queritur de duobus primo utrum in tali permutatione ſit neceſſarius conſenſus et licentia epiſcopi. Secundo quid de conſenſu patroni.

An in pmutatiõe iuris patronatus ſit neceſſarius cõſenſus epiſcopi.

Circa primum dicẽdum eſt quod aut permutatio fit inter duos patronos habẽtes quilibet de per ſe ius patronatus in diuerſis eccleſiis. et tunc non poſſunt illa permutare ſine auctoritate epiſcopi caſus eſt ſecundum unum intellectum qui uidetur placere ibi Panor. in.c. querimoniam. de iurepatr.

Aut fit permutatio inter ipſos beneficiatos. et tunc idẽ ut uult glo. in.d.c. nemini. quia regulariter permutationes beneficiorũ fieri debẽt de auctoritate epiſcopi ut ſi uidet unum eſſe magis utilẽ in alia eccleſia ꝙ ſit ille qui eam poſſidet et econuerſo poſſit eos permutare.c. queſitum. de rerũ permu. ſed primũ dictum intelligo uerum quando fit permutatio inter priuatos ideſt ipſos beneficiatos ſecus ſi cum monaſterio uel eccleſia cui laycus poteſt donare et etiam ex cauſa permutationis cõcedere ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi.c. unico. et ibi hoc notat Philippus. de iure patro. lib. vi. allegat Federi. ita tenentẽ conſil. ccxxv. incip. ſi opinio.

In pmutatione beneficiorũ iuriſpat. non requiritur conſenſus patronorũ

Circa ſecundum an in permutatione que fit inter beneficiatos de auctoritate epiſcopi ut dixi requiratur conſenſus patroni dico quod non quia tunc demum patroni requiruntur ad preſentandum et preſtandum conſenſum quando datur libera uacatio beneficii et talis per quam ipſi poſſunt quẽcunque uoluerint dũ tamẽ idoneũ preſentare.c. decernimus. xvi.q. vii. et in.c. quod autem de iurepatr. ſed ſic eſt quod quando beneficium uacat ex cauſa permutationis. licet tunc detur uacatio ut probatur in c.i. de rerum permut. lib. vi. non tamen datur libera uacatio

quod

quòd patroni poſſint quem uoluerint preſentare nam permutan tibus ſolūmodo & non aliis ſunt talia beneficia neceſſario cō ferenda clemen.i.de rerum permu.

Hinc eſt quòd in prouiſionibus beneficiorū quorū collatio eſt de uoluta ad ſedem apoſtolicā non derogatur iuri patronatus cū patroni ea uice ſe impedire non habent & ſic non eſt neceſſe derogare.debet tamē de iurepatronatus fieri mentio. & hanc concluſionem quāpluribus aliis rationibus tenet Pet. de anch. quem refert & ſequitur Domi.conſi.quinquageſimo.incip.in Chriſti nomine queritur an epiſcopus.

Vltimo non obmitto unum quod ſeruat curia in talibus beneficiis quia ſolet derogari fundationi beneficiorum etiā ſi in illa ca ueatur expreſſe quòd obtinens tale beneficium teneatur apud illud reſidere perſonaliter et infra annum ad ſacerdotiū pro moueri ac quod cum illo nō poſſit aliud obtinere.ſecus quādo petitur fundationis derogatio quo ad omnes eius partes etiā nō expreſſas uel exprimendas quia illa non datur. poſſunt enim eſſe tales quod illis Papa non derogaret.& iſta ſufficiant quo ad iſtam qualitatem beneficiorum.

Tranſeo nunc ad dignitates ad effectū ut ſciri poſſit an & quā do & que dignitates includantur in litteris expectatiuis & in nouis prouiſionibus.& primo uidendū eſt quid ſit dignitas et in quo differat à perſonatu & officio.Secundo de uariis qua litatibus ipſarum dignitatum. Tertio an & quando ueniant in litteris beneficialibus circa primum dicit Domi. in.c.i. de conſue.lib.yi.quod dignitas habet ſe ad perſonatum & offi cium tanquā genus ad ſpeciem. nam dignitas eſt nomen gene raliſſimum aptum denotare omnem habentem aliquem gradū Quid ſit dignitas.

preminentie allegat gl.in.c.denique.iiii.di. Sed in hoc clarius loquitur Old.cõſi.cl.incip.in eccleſia ualẽtina.ubi dicit quod ſi iſta nomina proprie ſumantur neutrum eſt alterum & longe inter ſe differunt quia dignitas eſt quedam preminentia cũ adminiſtratione uel iuriſdictione.l.honor.ff.de muner.& honoribus.& hoc modo epiſcopatus et abbatia ſonant in dignitatẽ ut notant docto.in.c.ii.de prebend.lib.vi ſimiliter Archidiaconatus ſonat in nomen dignitatis quia examinat promouendos et alia exercet que magnam continent adminiſtrationem c.ad nos.et per totum de officio archi.plus dicit Inno.in.c.de multa quod Archidiaconus ratione nominis ſonat in dignitatem etiam ſi nullam habeat iuriſdictionem ratione conſuetudinis. Perſonatus autem minus dicit ꝙ dignitas quia eſt quidam honor ſine adminiſtratione inter que eſt magna differẽtia ut probatur in.l. ad rempublicam.ff.de mun.et honori.et iſto reſpectu. dignitas et perſonatus ſunt diuerſa et propterea diuerſis nominibus nuncupantur.l.ſi idem.C. de codicil. Sed quando dignitas ſumitur large tunc iſta ambo ſunt ſinonima et conuertibilia alterũ in altero prout genus et ſpecies.et ideo iura que uidentur aliquando exprimere et ponere iſta ut diuerſa et ſeparata potius faciunt hoc ad tollendas cauillationes ꝙ ad finem ut denotent differentiam eſſe inter iſta niſi prout differt genus a ſpecie ſm Guil.de monte laud.in extrauag.Execrabilis Io.xxii.ſuper uer.perſonatus.

Archidiaconatus ſonat nomẽ dignitatis.

Perſonatus eſt honor ſine adminiſtratione.

Ex quibus infero quod in materia larga appellatione perſonatus uenit dignitas puta in terminis.c.ſi pluribus de prebend.li.vi. et.c.tua nobis.de uer.ſign.cum ſimilibus ſecus in materia ſtricta in qua uerba ſtricte et proprie debent accipi.l.prima.§.is

dignitas anueniat appellatiõe perſonatus.

qui nauem.ff.de exerci. cum uulga.conſequenter ſtatutum loquens de perſonatu non complectitur dignitatem per dictam rationem idem puto in litteris ad beneficia ut ſi quis impetrat perſonatum non poſſit ſibi prouideri de dignitate cum adminiſtratione uel iuriſdictione argu.c.quãuis. de preben. lib.vi. et notatur in.c.cum in illis.eodem titu. Litteré ĩpetrate ad pſonatũ non cõprehendunt dignitatem.

O*fficium uero dicitur adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione et abſque prerogatiua ſeu preeminentia ſecundũ docto. in dicto.c. de multa. prout ſunt ſindici procuratores.* C*aſtellani.et ſacriſte ut per* R*otam deciſ.clxxiii. incipiẽ. de theſauraria in nouis ubi eſt bona deciſio circa predicta.* Officium quid.

S*ed antequam ueniam ad ſecundũ dubitatur de aliquibus.et primo utrum guardianus fratrũ minorũ et priores mẽdicantiũ dicantur habere dignitatẽ aut perſonatũ uel potius officiũ.et certe dici poteſt quod habẽt dignitatẽ proprie ſumẽdo ex eo quia habẽt preeminẽtiã cũ adminiſtratione et etiã iuriſdictionẽ in illos de cõuẽtu iuxta notata in.c.ex parte.de reſcr. et in cle.i. eodẽ ti.* H*inc eſt quod appellatione prelatorũ ueniũt iſti tales ut eſt glo.not.in cle.dudũ.in uer.nõ habẽtur de ſepultu. et ibi* C*ard.i.§.ſtatuimus dicit ſe cõſuluiſſe quod* P*rior cõuẽtualis eſt prelatus adeo quod poteſt eſſe procurator ſine licentia ſuperioris iuxta illud quod dicit gl.i. in cle. religioſus de proc. ad idẽ facit gl.in cle.i.in uer. prelatũ.de electio.et bonus tex. in.c. quorundam in uer. ſolium prelature eodem titu. lib.vi.* Prior cõuẽtualis ẽ prelatus & iõ põt eẽ procurator ſine licentia ſupioris.

E*x quo infero unum ſatis notandum quod ex quo tales dicuntur habere dignitatem ut ſupra certe poſſunt eis delegari cauſe a ſede apoſtolica iuxta.c. ſtatutum. de reſcrip.in.vi.quod tenet et firmat expreſſe domi.in.c. nullus de elec. eodem lib.quem* Guardiano minorũ & priori mẽdicãtiũ poſſunt delegari cãe.

refert & ſequitur Feli.in.c.inſuper de teſti.& ibi legendo la tius dixi.

Secundo dubitatur an uicarius epiſcopi dicatur habere dignitatē & breuiter dico quod dicitur in dignitate conſtitutus arg.c. precipimus.xciii.di.ubi probatur quod locum tenens debet honorari ſicut principalis cuius uices gerit per quē tex.dicit Roma.ſingulari ſuo.ccclx.incip. Bartholus. etc. quod uicerector debet ſedere & honorari ut rector & ſimiliter gaudet aliis prerogatiuis rectoris ſecundum Bar.in.l.ſi filius.ff.de legati. imo conſuluit Abbas Panor.conſi.xx.&.xxi.incip.caſus ſue per quo conſilium petitur talis eſt.etc.non ualere conſuetudinē quod Archidiaconus precedat uicariū epiſcopi quia caret ratione et non poteſt induci niſi ex quadam ambitione per dictū c.precipimus.quod dictum refert et ſequitur Feli. in Rubrica.de ma.et obedien.

Non valet cōſuetudo ꝙ archidiaconus precedat vicarium epiſcopi.

Ex quibus infero quod uicario epiſcopi generali poſſunt cōmitti cauſe iuxta diſpoſitionem dicti.c.ſtatutum. quia eſt conſtitutus in dignitate ſecus in uicario foraneo ut legitur et notatur in clem.et ſi principalis.de reſcr.

Circa dignitates & officia eccleſiarum plus attēditur cōſuetudo quā ius commune.

Vltimo circa predicta notandum eſt quod quo ad officia et dignitates eccleſiarū plus attenditur conſuetudo quā ius cōmune ut dicit glo.in.c.ad hec.de exceſ.prela.et Cardi. conſil.lxii. incipien.in eccleſia bellunen.

Dignitas ſeu bñficiū electiuū.

Ad ſecundum principale queſitum uidelicet de qualitatibus dignitatum.dico quod quedam ſunt electiue.quedā non.(et idē dico eſſe in perſonatibus et etiam aliis beneficiis) ſed prius dicendum eſt de electiuis. dicitur ergo dignitas perſonatus ſeu beneficium electiuum quando occurrente illius uacatione pro

ceditur ad electionem ſecundũ formã.c.quia propter de elec.
Ex quo infero quòd ſi Papa mandat prouideri de beneficio ſpe- ctante ad electionem capituli intelligitur de beneficio electiuo modo predicto. & ſic de electiuo proprie ſumpto ſcilicet in quo debet ſeruari predicta forma de iure uel conſuetudine prout ſentit Cardi.conſil.ciii.incipien. caſus ſuper quo. &c. ratio eſt ut colligitur ex uerbis ipſius quia uocabula debẽt ac- cipi in proprio ſignificatu maxime in litteris beneficialibus niſi abſurditas uitanda in contrarium urgeat.l. non aliter.ff. de lega.iii.& in.c.preterea.ubi bona glo.de uer.ſig.cũ ergo mã- datur prouideri de beneficio ſeu dignitate electiua intelligen- dum eſt de tali in quo uel in qua fit electio proprie ſumpta ta- lis eſt autẽ ea ſola que fit ſeruata forma dicti.c. quia propter. qui tex.dat formam electioni qua non ſeruata non dicitur pro- prie electio celebrata quia forma eſt que dat eſſe rei qua non ſeruata non dicitur illa res ſed alia.l. Iulianus.§.ſi quis rem. ff.ad exhib.conſequenter tale beneficium in cuius uacantis ele ctione non ſeruatur illa forma non uenit nec includitur in ta- li mandato quia uerba gratie beneficialis conceſſe ad inſtan- tiam impetrantis ſolum illud beneficium includunt & eum ſolum effectum operantur quod ſeu quem ex ui uerborum neceſſario inferunt talis enim gratia eſt reſtringenda & pro- prie intelligẽda propter ambitionẽ ut dicit formaliter Card. conſili.xxx.incipien. quidam. A.presbiter.& retuli ſuperius in alio propoſito circa expreſſionem cure.

Qñ mãda- tur proui- deri de be- neficio ele- ctiuo.

Infero aliud & ſecundum quod in terminis.c.cum in illis.§.i.de preben.lib.vi.& clementine prime.eodem titulo in quibus di- citur quod expreſſis aliquibus modis in mãdato de prouidẽ-

do puta ad prouiſionẽ uel preſentationẽ etc. etiã ſi addatur uel quãuis aliã diſpoſitionẽ nõ uenit modus electionis. ad hoc ergo ut ſit locus dictis iuribus ideſt ut non ueniat beneficiũ electiuũ requiritur quod illud ſit tale in cuius electione debet ſeruari forma ſepedicti. c. quia propter. ut dicit expreſſe Gui. de mõte laud. in cle. i. de prebẽ. et ſequitur Car. in dicto conſi. ciii.

Declaratio ad. c. cũ i il lis. §. i. de prebẽd. li. vi.

Tertio infero quod appellatione beneficii electiui in litteris beneficialibus non uenit canonia (& iſta tertia illatio eſt exẽplum prime illationis) quia in canoniis non ſeruatur forma dicti. c. quia propter ſm glo. & doct. ibi & ideo dicit Egidius cõcluſione. lxix. incip. Palatiũ. & c. quod nõ reperitur prebendas et canonicatus cathedrales eſſe electiuos. Hinc eſt quod licet receptio canonicorũ ſpectet ad collegiũ tamẽ nõ ẽ neceſſe quod tũc ſeruetur diſpoſitio. c. in geneſi. de elec. quia ille tex. loquitur de electione prelati. conſequenter ſufficit in receptione canonici quod illi de collegio perſonaliter conſentiant dũmodo conſenſus preſtentur in capitulo prout tenuit Lappus Abbas in repetitione. c. Iacobus. de ſimo. & glo. ii. in. c. ſicut de elect. lib. vi. hec tamẽ intelligẽda ſunt ſane niſi de cõſuetudine eſſet in tali eccleſia inductũ ut forma dicti. c. quia propter obſeruari debeat in electionibus canonicatuũ & prebẽdarũ quia tunc appellatione beneficii electiui in talibus litteris ueniret canonia conſuetudo enim & legitima preſcriptio dant ſtatũ beneficio ut probatur in. c. cum de beneficio. de preben. lib. vi. & ponit Pet. de anch. conſi. clxii. incip. in queſtione eccleſie & c. Idem dico de inferioribus dignitatibus ut dicantur electiue ad hoc ut ueniant et includantur in litteris quando exprimitur modus electionis alias minime ut ſupra ita demum ſcilicet quando de

Canonicatus nõ ſunt electiui.

Cõſuetudo tribuit ſtatum beneficio.

conſuetudine illarum eccleſiarum in quibus exiſtunt ſeruare-tur ſepedicta forma in electionibus earum hoc ideo dico quia de iure communi non dicuntur electiue cũ in electionibus earum non ſit ſeruãda forma dicti.c.quia propter ex quo per obitum illas obtinentium eccleſie non dicuntur uiduate quia non ſunt ſponſi eccleſiarum proprie ſed quaſi ſponſi ut dicit glo.in c.per uenerabi.ẽ.in uer.adulterinis. qui filii ſint legit. et ꝙ dicte dignitates de iure non dicantur electiue nec ſeruetur in eis forma ſepedicti.c.quia propter.tenet gloſ. in dicto.c. ſicut.et maior pars dominorum de Rota deciſione.cclxxxix.incipiẽ. maior pars dominorum.in nouis.

Inferiores dignitates nõ includũtur ſub.c. quia ꝑꝑ nec ſunt electiue de iure.

Concludo ergo quod ſi in litteris ſolum exprimitur modus electiuus ut ſi mandatur prouideri de dignitate uel beneficio electiuo tunc non uenit Canonia nec alia dignitas collatiua niſi in electionibus earum de conſuetudine ſeruetur forma dicti c.quia propter. Secus quando exprimuntur etiã alii modi prout fit communiter in huiuſmodi litteris ad beneficia quia tunc uirtute aliorum uerborum uenit canonia et etiam dignitas collatiua.ſimiliter quando in litteris nullus modus exprimitur ſed ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate prima que uacabit tunc uenit dignitas collatiua et etiam electiua ut tenet gloſ. in clemen.prima in uer.quamuis. de prebend. et ponunt docto.in dicto.c. cum in illis.§.primo. Nec obſtat ſi diceretur contra predicta ex quo dignitas epiſcopalis et principalior in eccleſia collegiata ſunt electiue ut conſtat ergo per rationes de quibus ſupra debent includi in litteris ad dignitates electiuas. ſed ad hoc reſpondeo breuiter quod ſuperius dicta procedunt quando mandatur prouideri de digni-

Qñ ſimpliciter mãdatur ꝓuideri de dignitate uẽit dignitas collatiua et ẽt electiua.

tate electiua in eccleſia cathedrali uel collegiata quo caſu nõ includitur eccleſia cathedralis nec principalis dignitas in collegiata licet ſint electiue quia tunc non eſſet prouidere in eccleſia ſed de eccleſia iuxta glo.in clem.i.in uer.in certa.de preben.ponit Egid.concluſione.dccvi.incip.ſuppoſito.& Card. conſilio.trigeſimo.

Aliud eſt prouidere in eccleſia aliud de eccleſia.

Circa tertium principale queſitum uidelicet an et quando in litteris beneficialibus includantur dignitates dico quod ſi mandatur prouideri de beneficio non poterit prouideri de dignitate quia in tali caſu nomen beneficii debet ſummi ſtricte cum ſit materia ambitioſa et reſtringibilis.c.quãuis.de prebẽ.li.vi.

Si mandat prouideri ð beneficio nõ includit dignitas.

Hinc eſt quòd in diſpenſationibus ad quecũque pro paciente defectùm natalium non datur ad dignitates maiores nec principales et ideo ſolet caſſari clauſula et de ſpeciali ad uitam.niſi pro qualificato aut alias ex fauore.

Secus quando nomen beneficii exprimitur in gratia cuius effectus deriuatur in alium quia tunc includuntur etiã dignitates prout ſentit una deciſ.in antiquioribus ſub tit.de officio uic.ſecũda.in ordine ubi dicit quod ſi epiſcopus dedit poteſtatẽ uicario cõferẽdi beneficia poterit conferre etiã dignitates nõ reſeruatas licet de dignitatibus nihil ſpecialiter ſit expreſſum hoc enim caſu nomẽ beneficii ſũmitur large cũ nõ ſit materia odioſa ſed fauorabilis.c.dudũ.et.c.ſi cui.de prebẽ.li.vi. et ſic per iſtã rõnẽ ſentit Rota ꝙ ĩ primo caſu nõ includitur dignitas.

quàm conſumaretur uidetur habuiſſe animum perdendi beneficium.c.nuper.de bigamis iūcta.l.quid ergo.§.cum autem.ff. de hiis qui not.infa. Et pondero uerba illius deciſionis quia cū miſterio dicit de contrahente cum impubere.habente.xi.annos eo quod illa etas cum ſit proxima pubertati dicitur apta ad matrimonium contrahēdum ſecundum unam opinionem. Sed tenendo aliam opinionē que habet & que eſt uerior. uidelicet illum dici proximum pubertati & conſequenter aptum ad matrimonium contrahēdum qui diſtat a pubertate ſolum per ſex menſex prout tenet glo. communiter approbata in.c. continebatur in uer.proxima.de impub.deſponſ. & ibi Innocē. dicit illam eſſe circa duodecimum annum & ſic proximam pubertati que habet.xi.annos completos cum dimidio.ſubiiciēs hoc eſſe tenendum quicquid dicant alii.

Quis dicat proximus pubertati et ſit aptus ad matrimonium contrahendum.

Stante ergo iſta opinione pro uera quam conſulēdo ſequitur etiā Car.conſi.iii. Certe prefata deciſio Rote.ciii.ſuperius relata non procedit abſque dubitatione quia contrahens cum puella habente undecim annos dicitur contrahere cum minore cū qua non poteſt dici contrahi matrimoniū licet contrahatur per uerba de preſenti ſed iuris interpretatione intelliguntur ſolū ſponſalia de futuro.c.unico.de deſpon.impub.lib.vi.unde beneficium contrahentis cum tali minoris etatis non uidetur uacare quia tunc demum uacat per cōtractum huiuſmodi quādo matrimonium eſt legittime contractum non autē per ſola ſponſalia de futuro ut ſupra.

Si clericus minor pubertate contrahit matrimonium p verba de pñti nō vacat tūc eius beneficiū.

Idem dico ſi clericus beneficiatus minor pubertate contrahit matrimonium per uerba de preſenti certe per eandem rationem non uacat eius beneficium ex quo ut dixi iuris interpretatione

intelliguntur contrahi ſolum ſponſalia de futuro & hoc in terminis firmat Io.an.in.c.Ioannes.uerſ.de ſecũdo cũ queris etc. de cler.coniug.ubi adducit duplicem rationem primo.quia ſicut per acceptationẽ ſecundi curati non uacat primum niſi ſubſequatur poſſeſſio uel ſtet per ipſum quominus illam habeat.c.licet epiſcopus.de prebẽ.lib.vi.cum ſimilibus ſic nec per ſolã ſponſionẽ de matrimonio cõtrahẽdo dicetur uacare beneficiũ. Secundo & iſta eſt melior ratio.ſicut ſponſalia de futuro non diſſoluunt matrimonium.c.ſicut.de ſponſ.ita nec debent diſſoluẽre primum coniugiũ ſpirituale arg.c.inter corp.de tranſ.prel.

Declaratio cuiuſdã deciſionis in antiquis.

Quapropter ut ſaluetur illa deciſio dicerem in terminis in quibus loquitur quòd per talem contractum clericus perdit beneficium tunc demum quando minor cum qua contrahit perueneri ad pubertatem quia tunc ſponſalia tranſeunt in matrimonium iuxta iura cõmunia uel oportet dicere quòd deciſio predicta intelligit de impubere proximo pubertati per ea que ſuperius dixi.

Quid autem ſi matrimonium contractum per clericum beneficiatum non tenuit ex alio defectu q̃ etatis.& tunc ſecundum Ioã.an.in dicto.c.Ioannes.ſi non tenuit ex defectu conſenſus procedentis a furore ex parte ipſius clerici beneficiati qui ſic de facto contraxit non perdit per hoc beneficiũ quia ſicut propter furorem non obligaretur profitendo.c.ſicut. de regul.Ita nec matrimonium contrahendo.c.dilectus.de ſponſ.

Si clericus de facto cõtrahit matrimonium an et qñ perdat bñficiũ

Idem ſi non tenuit matrimonium propter furorem mulieris cum qua ſic de facto contraxit quia perinde eſt ac ſi cum imagine quadam uel cum dormiente contraheret. Idem ſi matrimoniũ non tenuit propter defectum conſenſus procedẽtis a metu qui

potuit cadere in conſtantem uirum.c. ueniens. & c.conſultationem de ſponſ.nam tali caſu non teneret renunciatio etiam expreſſa.c. ad audientiam. quod metus cauſa. multo minus debet tenere tacita que inducitur ex contractu matrimonii inualidi.

Si uero matrimonium tenet ex conſenſu ſed non tenet propter ſacros ordines clerici ſic cõtrahentis.iſto caſu de rigore iuris debet perdere beneficia ſecũdũ Io.an. Nibilominus ſi non incurrit ex illo contractu bigamiam poterit epiſcopus cum eo in officio & beneficio poſt penitentiã diſpenſare.c.ſane.ii. de cler. coniug.ſed ſi incurriſſet penam bigamie indiſpenſabilis eſt ab alio preter Papam.c.nuper.de big. Papa etiam cum tali bigamo difficulter ſolet diſpenſare niſi ſit qualificatus uel ad inſtãtiam magni domini & tunc ad priuilegium fori tantum etiam ſi ſecũda uxor uiuat.cum bigamo tamen carente culpa bene diſpenſatur.

Bigamus indiſpenſabilis eſt niſi p Papam.

Poſſet tamen non abſurde dici ultra Io.an.quod in omnibus caſibus premiſſis preterquã in uno ut infra ſubiiciã clericus ſic de facto contrahens perdit beneficium mero iure nec illud poteſt retinere abſque diſpenſatione epiſcopi ſaltem ſiue contrahat cum minore non proxima pubertati ſiue cum furioſa aut conſanguinea.quia licet matrimonium in dictis caſibus non teneat tamen ille fecit quod potuit & quantum ad ſe habuit eccleſiã pro derelicta argu. eorum que notantur in.c. quod in dubiis. & in.c.admonet.de renunc.& dato quod matrimonium taliter contractum per clericum ſit nullum debet tamen perdere beneficium mero iure quia actus etiam nulli inducunt effectũ iuris ut patet in.c.i.de ſponſal.lib.vi.nam matrimonium etiam.

Actus etiã nulli inducũt effectũ iuris.

nullum & nulliter contractum inducit publice honeſtatis impedimentum.patet etiam in.c.auditis de elec.cum multis ibidem.in quibus habetur quod electio prima inualida impedit ſecundam niſi prima prius caſſetur. ad idem facit.l. plane.in princ.ff.de leg.i.& tex.in.l.et ſi transferam cum.l.legatum in fine.ff.de admi.leg.cum multis aliis de quibus per Romanũ conſi.cccxxxv.incip.circa primum in.ii.col.

Ex *quibus infero ad propoſitum de quo ſupra ut quãuis matrimonium contractum per clericum non teneat in illis caſibus tamẽ ille mero iure debet perdere beneficium niſi cum eo diſpenſetur ut ſupra.ſed iſtud non procedit in uno caſu.uidelicet quando matrimonium non tenuit ex defectu conſenſus procedentis a metu qui potuit cadere in conſtantem uirum quia in matrimonio requiritur conſenſus liber.et ideo tali caſu coacta uoluntas non eſt uoluntas iuxta glo. in.c.merito.xv. queſtione.i. et ſic iſto caſu non perdit beneficium per ſupradicta.*

Coacta uolũtas an ſit uoluntas.

S*extus uacationis modus eſt per ingreſſum religionis poſt profeſſionem expreſſam uel tacitam.c. beneficium. de regul. lib.vi.* R*atio huius poteſt eſſe duplex prima quia beneficiatus poſſidet beneficium et dicitur eſſe ſuum.c. ſi tibi abſenti. de preben.lib.vi.* R*eligioſus autem nihil poteſt poſſidere cum ipſe ab alio poſſideatur arg.l.ſic eueniet.ff.de adul.nec habet proprium capitu.non dicatis duodecima queſtione prima.et in capitu.cum ad monaſterimu.de ſtatu mona.*

Duplex rõ quare p ingreſſum religionis vacat bñficiũ.

S*ecunda ratio eſt quia monachus moritur mundo licet deo uiuat iuribus uulg.unde ſicut per mortem naturalem inducitur uacatio ita et per iſtam ciuilem dicto.c.beneficium.*

An iferior poſſit di.

S*ed dubium eſt non paruum an de licentia abbatis et ex diſpen*

ſatione epiſcopi poſſit uolens profiteri retinere beneficiū quod prius obtinebat. et primo uidetur quod non quia eſſet diſpenſare ut monachus habeat proprium argu. dicti.c.ſi tibi abſenti quod fieri de iure non poteſt etiam per Papam. quia illud eſt contra ſubſtantiam regule. et ſic indiſpenſabile. Econtra uidetur quod ſic quia ex quo monachus poſt monachatum poteſt de licentia Abbatis et cum diſpenſatione epiſcopi preſici eccleſie parrochiali et cuilibet beneficio conſueto clericis ſecularibus aſſignari ut notatur in.c.ii. de ſtatu mona. dum illud fiat ex cauſa utilitatis uel neceſſitatis.c.cum pro utilitate. et.c.de cetero.xvi. queſtione prima multo fortius uidetur poſſe diſpenſari cum uolente profiteri ut retineat beneficium ſi quod habet quia multa poſſunt iam habita retineri que de nouo non poſſunt acquiri ut patet in.c. primo. et per totum. de corp.uiciatis. Hinc eſt quod regularis qui non poteſt obtinere beneficium ſeculare abſque diſpenſatione ut dixi. nihilominus ſi poſſedit et preſcripſit ab initio poteſt illud retinere adeo quod ſi eo ſpolietur dabitur ſibi reſtitutio ut dicit deciſio Rote.cxiiii. incipien. nota quod ubi regularis. in antiquis. Fortificatur dubium ex alio. nam cum de priuatione ad habitum non detur naturaliter regreſſus .l. cum res .§. aream.ff. de ſolut. et monachus mortuus ſit mundo per aſſumptionem de nouo ad beneficium ſeculare reſuſcitatur. unde ſi poteſt reſuſcitari ex diſpenſatione ſuperioris quod eſt pene ipoſſibile naturaliter et miraculoſum prout in ſimili propoſito dicit Ro.deci.cccclxxxiii.incip.collatio ſcā.i noui. et Egidius cōcluſiōe.dccxiii. Certe multo fortius debet poſſe preſeruari ne moriatur quo ad retentionem beneficii ut pa

Diſpēſare cū bñficiato volēte profiteri ut retineat beneficium.

Regularis ſpoliat⁹ bñficio pōt petere reſtitutionem.

tet in medico qui non poteſt ſuſcitare mortuum ſed bene poteſt preſeruare egrotum per diligentem curam ne moriatur.

Hinc eſt quòd heres qui teſtatori non adhibuit medicum uel malum adhibuit tanquam indignus priuatur hereditate quaſi lex preſupponat quòd per diligentem curam boni medici potuerit teſtator preſeruari ut ex illa infirmitate non periret ut per glo.iuncto tex.in.l.quod ſi nolit.§.culpam.ff.de edil. edict.et probatur in.l.indignum.ff.de hiis quibus ut indig. Poteſt dici ſoluendo iſtud contrarium quòd ideo poſt monachatum poteſt monachus aſſummi ad eccleſiam parrochialem et eam habere et poſſidere ut ſuam in titulum quia per talem promotionem abſoluitur a monaſterio et nullam comunionem amplius cũ eo habet quam rationem ad aliud propoſitum in ſimili aſſignat Io.an.in.c.fi.de capel.mo.quem refert et ſequitur Panor.in.c. quod dei timorem.de ſtatu mona. Nimirum ergo ex quo ab alio iam non poſſidetur poteſt ipſe eccleſiam et beneficium poſſidere.

Medic⁹ poteſt preſeruare infirmum.

Cur monachus poſt monachatũ põt preſici per inferiorẽ eccleſie prochiali.

Secus eſt in beneficiato uolente profiteri cum quo inferior diſpenſare non poteſt ut retineat beneficium quia iſta ſunt contraria nec compatiuntur ad inuicem. uidelicet ſtante profeſſione habere beneficiũ et ſic propriũ cõtra ſubſtãtialia regule. Sed licet iſta rõ uideatur ſatis colorata tamẽ adhuc facit dubiũ quia licet ĩ p̃io caſu abſoluatur a monaſterio et obediẽtia abbatis ut dicit Io.an.non tamen abſoluitur a monachatu nec a ſubſtantialibus regule.imo ab illis per ſolum Papã abſolui poteſt ex magna cauſa et non aliter ut notant docto.in dicto.c.cum ad monaſterium ubi concluditur quòd licet Papa non poſſit precipere religioſo aliquid quod repugnat regule ab eo profeſſe

Papa ex magna cã abſoluere põt monachum a monachatu.

nec eſt tali precepto obediendum ut dicit Inno.in.c.ne dei ecclesiam.de ſimonia.illud tamem intelligitur ut non poſſit aliquid tale precipere eo ſtante monacho ſed bene poteſt eum de monacho facere non monachum ut per Inno. in.c.presbiter in fine prime glo.de ſacram.non iterandis.et ſic remanet dubium inſolutum niſi dicatur quod retinendo beneficium non dicitur habere proprium quia poſſidet monaſterium tale beneficiũ ex quo eius nomine poſſidetur iuribus uulg.

Declaranda ſunt modo uerba que premiſi in principio iſtius modi uacationis.et primo dixi per ingreſſum religionis.hoc ideo quia ſolus ingreſſus monaſterii non operatur hunc effectũ nec alios qui cauſantur ex profeſſiõe niſi quis ĩgrediatur ut fiat monachus ſeu religioſus uere et proprie.et ideo quotiens fit mentio de ingrediente monaſterium quo ad effectus predictos additur uerbũ ut fiat monachus ut probatur in.c.primo.in prin. de regul.lib.vi.

Ex quo infero quod ingrediens monaſteriũ non ut fiat monachus ſed conuerſus monaſterii non perdit beneficium ſed illud retinet.quia dicit notanter Bal.in.l.generali. et in auc. ingreſſi que ibi immediate ſequitur.C.de ſacroſan. eccle. in.iiii. col. quod conuerſi et offerentes ſe eccleſie regulari ita demum renunciant propriis nec poſſunt matrimonium contrahere ſeu teſtari.quando totaliter renunciant ſeculo faciendo profeſſionẽ alias ſi non renunciant tunc retinẽt uxores et equiperãtur clericis ſecularibus.et hoc modo dicit eſſe intelligendam glo. in c.ut lex continentie.xxvii.q.i. que uidetur aliqualiter ſentire contrarium.ſed melius ſentit ibi Arch.et in.c.ex eo. de elec. lib.vi.ubi dicit quod ad hoc ut offerẽs ſe eccleſie regulari pre-

Ingrediens monaſteriũ ut fiat conuerſus non perdit ſuũ beneficiũ.

An & qñ cõuerſi et offerẽtes ſe eccleſie intelligantur renunciaſſe propriis.

ſumatur tacite profiteri & ſic renunciare propriis non ſufficit promittere ſimpliciter obedientiam niſi promittat obedientiã monachalem quia talis promiſſio & talis obedientia pro profeſſione habetur.

Dixi etiam ſuperius in princ. iſtius modi. ſcilicet poſt profeſſionem expreſſam uel tacitam. hoc ideo quia infra annum probationis intrans religionem non perdit beneficium niſi adſit unũ de quattuor eorum que ponuntur in. d. c. beneficium. & ratio eſt quia interim non dicitur perfectus religioſus ex quo infra annum licite poteſt exire. hinc eſt quòd infra annum probationis poteſt facere teſtamentum ut per glo. in. c. non ſolũ. in uer. iudiciis. de regul. lib. vi. facit alia glo. in. c. i. de relig. domi. que dicit quòd monachus non dicitur niſi fuerit profeſſus. & hec de uariis modis uacationum.

Infra annũ probatiõis põt ingrediẽs facere teſtamẽtũ.

Conſiderandi modo eſſent alii modi quibus uenit quis priuandus beneficiis quos breuiſſime percurram. & primo notorius ſymoniacus in beneficio ab eo deponitur. idem in infamato qui ſe purgare non poteſt. c. inſinuatum. de ſymo. utrum autem poſſit cum ſymoniaco per epiſcopum diſpenſari non inſiſto quia hoc latiorem requirit indaginem nam ſymonia quandoque cõmittitur in ordine quandoque in prelatura ſiue beneficio curato. quandoque in ſimplici. quandoque ignorãte ordinato uel electo ſeu alias prouiſo. quandoque eo ſciente uel pecuniam dante. que plene examinat Io. Cal. in. c. poſt tranſlationem. de renunc. & reaſſumit Panor. multe addendo in. c. de ſimoniace. de ſymo. notatur etiã in. c. pe. de elec. que ego ulterius non proſequor quia tẽporibus noſtris ſilet titulus de ſimonia. & iõ non repetitur in ſexto nec in clementinis ut eſt notum.

Utrũ cũ ſymõiaco poſſit p epiſcopũ diſpenſari.

Cur titulus de ſimonia nõ repetit in ſexto nec in clem.

Secundo notorius concubinarius ſi monitus non dimittat concubinam ſuſpenditur a beneficiis. & ſi ſe nõ corrigit remouetur et priuatur eiſdẽ. c. ſicut. & c. ſi aũt. de cohab. cleri. & mul. & multo fortius ſi laborat uicio peſſimo contra naturam propter quod uenit ira dei in filios diffidẽtie. c. ut clericorũ. de uita et hon. cler. & in c. clerici. de exceſ. prela. et quod magis ẽ huiuſmodi uiciũ ĩpedit ordinis executionẽ ẽt poſt peractã penitẽtiã ut notat dominus Ant. in c. niſi cũ pridẽ circa finẽ principii. de renunc. in quo etiã longius nõ inſiſto. tũ quia ut dicit Bar. in l. cũ uir nubit in feminã. quod illa lex nõ cõſueuit legi quia de eius materia loqui nõ eſt honeſtũ tũ etiã quia omnes declinauerunt et coinquinati ſunt. ſed deus malos male perdet.

Crimẽ ſodomię ĩpedit ordinis executionẽ ẽt poſt peractã penitẽtiam.

Tertio periurus qui non neceſſitate ſed uoluntate uenit contra iuramẽtum licitum priuãdus eſt beneficiis quia nõ merẽtur eccleſias regere qui ſunt crimine periurii irretiti dic tex. ĩ. c. querelã. de iureiur. & in c. peruenit. de fideiuſ. tamẽ nõ ſic eſt in eo qui uenit cõtra fidẽ promiſſam cũ pene ſint reſtringende et maius reputatur preſtare corporaliter iuramẽtum ſupra librũ q̃ ſimpliciter fidẽ promittere ut dicit Rota dec. cxxxiiii. in c. nota q̄ poſito. in antiquis. quod ẽ notãdũ. nã alibi dicit gl. ĩ. d. c. peruenit. in glo. fi. q̄ idẽ ẽ uenire cõtra fidẽ promiſſam ſicut cõtra iuramẽtũ quia ĩter ſimplicẽ loquellã et iuramẽtũ nõ facit deus differẽtiã. c. iuramẽti. xxii. q. v. Signatura tamẽ non dat pro periurio priuationẽ beneficiorũ niſi ſit periuriũ iudiciale.

Veniẽs cõtra fidẽ promiſſam nõ uenit priuãdus bñficio ſicut q̃ñ uenit cõtra iuramẽtum.

Quarto homicida uenit priuandus. propter irregularitatem que contrahitur ex homicidio. immo etiam ex detruncatione alicuius membri capitulo primo. de cleri. pugna. in duel. et in capitulo fina. de homicid. libro ſexto notat gloſ. in uer.

Ex truncatione vnius ẽt mẽbri incurrit irregularitas.

mutilet. eodem tit. in clemen. unica. ſaluo eo quod dicitur ibi in illo textu. multis aliis modis incurritur irregularitas quos hic non proſequor.

Clericus reſpondēs de iure in caſu occurrenti ſup pena ſāguinis efficit irregularis.

Sed unum non obmitto quod ſi clericus in caſu occurrenti conſuleret & reſponderet de iure ſuper pena ſanguinis imponenda per ſecularem efficeretur per hoc irregularis ut notatur in. c. omnis lex. iii. di. & per docto. in. c. ex litteris per illum text. in uer. conſuluit. de exceſ. prela. et per Spec. in ti. de legato. §. iuxta. uerſi. quid ſi iudex habens latronem &c.

Epiſcopus quaſi ſemp pōt diſpenſare circa beneficiū.

Poteſt tamen epiſcopus cum homicida etiam uoluntario circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare ut dicit textus not. in. c. ii. in fi. de cler. pug. in duel. & in. c. ſtudeat. l. di. ponit Inno. in. c. ii. de cler. non ordi. mi. ubi dicit epiſcopum quaſi ſemper poſſe diſpenſare circa beneficium arg. predictorum iurium in quibus probatur quod diſpenſat cum homicida. quod intelligit ibi Hoſt. & ſequitur Panor. ut circa ſimplex beneficium diſpenſet epiſcopus circa curatum ſolus Papa argu. c. fi. de fil. presbi. & c. primi & ii. eo. titu. in ſexto.

Priuandus pōt lite pendente cedere ſimpliciter bñficio ſed nō pōt ſecū diſpenſari in eo.

Dico tamen quod ſi quis in hoc caſu & aliis premiſſis impetraret beneficium alicuius de ſupradictis conferendum ſibi in euentum priuationis non poſſet amplius cū eo epiſcopus diſpēſare etiam ante litis pendentiam ex quo impetranti iam eſt queſitū ius ad rē. prout ſingulariter tenet domi. conſ. cv. in fi. col. quod eſt ſumme notandum pro limitatione glo. in. c. ii. in uer. finita. ut lite pend. lib. vi. que dicit quod priuandus poteſt lite pendēte cedere beneficio. et tamen non poteſt ſecum diſpenſari. et ita intelligo quod dixi ſupra in principio huius tertie partis. in. iii. colum.

Quinto

Quinto & ultimo pro nunc non reſidens in beneficio poſt moni tionem competentem poteſt eo priuari niſi habeat iuſtum impedimentum.c.conquerente & in.c.ex parte.de cler.non reſi. alios caſus quibus quis uenit priuandus beneficiis non proſequor. Sed me remitto ad diſpoſitionem iuris quia nunquam ſignatur impetratio per priuationem niſi de iure ille ueniat priuandus. etiam ſi clericus petat priuari regularem & ſibi conferri ut latius dicam in ſequenti tractatu commiſſionum.

DE MODIS PROVISIVIS.

Supereſt mō pro cōplemēto huius tertie partis ſubiicere modos prouiſiuos qui multi ſunt per quos beneficiis & eccleſiis item clericis et eccleſiaſticis perſonis prouidetur nā quandoque prouidetur uia poſtulationis. quia is qui de iure eligi nō pōt poſtulatur a ſuperiore et innititur gratie licet iniuria ſit ſi talis gratia per ſuperiorem non concedatur ut quando poſtulatus eſt idoneus.c.bone.cum ibi notatis et per totum. de poſtul.prela. facit ad hoc quod dicit Bar.per illum tex.et per glo. in.d.c. bone.in.l.i.§.permittitur.ff.de aqua quot.et eſtiua.quod finita emphiteoſi per generationem finitam.deſcendentes poſſunt petere quod eis refirmetur et de facili impetrabunt imo eſt iniuria ſi non fiat refirmatio et ideo ſecundū eum poſſent appellare de iure Canonico ad ſuperiorem ut cogat quod refirmatio fiat ſicut in poſtulatione dicitur in qua gratia ſit ſi admittatur iniuria ſi repellatur.

Sed iſtud dictum Bar.limitat Abbas Panor.in.c. bone.ii.in pe. col.de poſtu.prela.quando prelatus uellet emphiteoſim reuerſam concedere extraneo.ſecus ſi uellet retinere penes eccleſiā quia tunc cogi non poſſet ad refirmandum item deſcendentis

An et qn̄ finita emphiteoſi poſſit peti illi*renouatio & quibus fieri debeat.

bus et non aliis extraneis heredibus perſone defuncte in cuius perſona finita eſt emphiteoſis competit ius petende renouationis ſecundum Petr. de ancha. conſil. cxxxiiii. incipien. plene et ſubtiliter. & conſil. clxxi. incip. caſus talis eſt &c. & hoc quo ad modum poſtulationis.

Quandoque prouidetur uia electionis. & illud proprie quando ſeruatur forma. c. quia propter. de elec. ſecundũ Innoc. & doc. ibi. et ponit Rota deci. cccclii. inci. ex hoc inſurrexit in nouis. de quo plenius in ſuperioribus dixi circa dignitates & beneficia electiua. ad que me remitto.

Illud tãtũmodo circa hũc modũ notãdũ eſt quòd electo ante cõfirmationẽ ſuperioris nõ cõpetit ius in re licet ipſe electioni de ſe facte cõſentiat. ſed tãtũ ius ad rẽ reuocabile uel confirmabile per ſuperiorẽ cõfirmatorẽ ut tenet gl. ordi. in. c. noſti. &. c. qualiter. & in. c. trãſmiſſam. de elec. adeo quòd ſi electus ante cõfirmationẽ moriatur beneficiũ nõ dicitur uacare per eius obitũ ſed per obitũ primi. ſm gl. in cle. i. in uer. collatio. ut lite pen. quã dicit ſingularẽ deci. penu. ĩ nouiſ. facit tex. et q̃ ibi notatur in. c. ſi electio. de ele. li. vi. et gl. ĩ. c. cũ ueniſſent. de reſti. ĩ ĩteg.

Electo ante cõfirmationẽ moriẽte bñficiũ non dicit᷑ uacare p ei⁹ obitũ ſed primi.

Quãdoque uia trãſlatõis. ut quãdo Papa (cui ſoli hoc licet) trãſfert epiſcopos de una eccleſia ad aliã ex cã neceſſitatis uel utilitatis. c. ĩter corporalia et. c. quãto cũ. c. ſi. de tranſ. prela. imo tenẽt aliqui q̃ Papa inuitũ põt trãſferre. quia licet a principio nõ cogatur quis ĩuitus acceptare epiſcopatũ ut patet ĩ. c. geſta et. c. ubi iſta didiciſti. lxxiiii. di. tamẽ ex quo ſuo cõſenſu quis epiſcopus factus ẽ põt per Papã ĩuitus ad aliã eccleſiã trãſferri. quod tenet Hoſt. et Io. an. ĩ. c. et ſi unanimiter. de poſt. prel. ubi pro hac opiniõe allegãt caſũ ĩ. c. ſcias frater. vii. q. i. equipes

Solus Papa trãſfert epiſcopos.

ratur.n. epiſcopus iam conſecratus per reſpectum ad Papam monacho qui non poteſt contradicere ſuo ſuperiori.c. non dicatis.xii.q.i.cum multis ibidem.

Sed predicta opinio itelligēda ē ut papa poſſit trāſferre iuitū ex iuſta et probabili cā alias minime ut probat multis rōnibus et argumētis.ro.cōſ.cccxlv.icip.circa primū etc.ubi ex hoc ifert ꝙ eccleſia trāſlati per papā nuda uolūtate et ſine cā non uacat ante ipſius trāſlati ratificationē adeo ꝙ papa nō pōt iterim.i. ante cōſenſū taliter trāſlati de ea prouidere.ſed iſta ſua determinatio uidetur mihi ſatis dura quia ſi pōt papa unū epiſcopū priuare epiſcopatu et remouere ſine aliqua cā licet oēs epiſcopos priuare et remouere nō poſſet quia ſic uniuerſalē eccleſiā turbaret ut ſentit gl.no.i.c.per principalē.ix.q.iii.quā aprobat idē ro.cōſ.ccclxxx.icip.qō ē etc.quāto fortius poterit epiſcopū inuitū trāſferre ex ſola et nuda ſua uolūtate.nec dicitur tūc facere ſine cauſa quia magna et iuſta cauſa in principe eſt ſola eius uolūtas ut dicit glo.in.l.relegati in uer.ex aliqua cā.ff.de pen.et ſemper in eo preſumitur iuſta cauſa niſi quādo ueniret cōtra nniuerſalē ſtatū eccleſie ut in exēplo quod ſtatim dixi et hoc ſentit Inno.et expreſſius Panor.in.c.quāto de cōſuet.cum ergo habeat pro ratione uoluntatem nec ſit qui ei dicat cur ita facis ut dicit glo.not.in.c.quanto.in uer.uicem dei.de tranſla. prelato.ubi allegat.c.quamuis.de penit.diſtin.iii.certe ſequitur ut indiſtincte poſſit transferre inuitum ut uult prima opi. quam puto per hec ueriorem.

An Papa poſſit ſine cā trāſferre epiſcopū inuitum.

Pōt Papa priuare vnū epiſcopū ſuo epiſcopatu ſine cauſa.

Semper in Papa preſumit iuſta cā niſi qn̄ veniret cōtra vniuerſalē ſtatum eccleſie.

Quandoque et ſic quarto prouidetur uia collationis ſeu prouiſionis que habet uim electionis et etiam confirmationis ut notat Innocentius in capitulo conſtitutis.ſuper uer.effectum

de appel.et glo.in.c.i.in uer.prouiſionem.de elec.lib.vi.ubi dicit quod is ad quem ſpectat prouiſio prouidendo eligit et confirmat.et idem in collatione que ſimiliter habet uim electionis et confirmationis.c.cũ olim. iuncto eo quod ibi notat Inn. de cauſa poſ.et propr.et iſta duo quaſi idem importãt.ſ.collatio et prouiſio. niſi quod uerbum prouiſio eſt magis generale. aptum denotare omnem modum prouidendi nam comprehendit nominationem.poſtulationem.preſentationem.et collationẽ ut dicit glo.not.in cle.fi.in uer.prouiſioni.de elec.idem importat uerbum diſpoſitio ſeu ordinatio ut quando Papa reſeruat beneficium diſpoſitioni ſue ſeu ordinationi.per que uerba cõprehenditur omnis modus per quẽ de iure poteſt eccleſie prouideri.ut patet in cle.i.in uer.diſpoſitionem.de ſupl.neg.prel. et in.c.i.§.fi.de conſue.li.vi.notat glo.in.c.poſt electionẽ ſuper. uer.ordinationem.de conceſ.preben.cum ſimilibus ſed uerbũ collatio ſtrictius accipitur quia preſupponit conceſſionem beneficii que tribuit ius in re et facit beneficium eſſe illius cui confertur poſt ratificationem.c.ſi tibi abſenti.de preben.lib.vi.per que infert notabiliter R om.conſi.cccl.incip. in caſu propoſite conſultationis etc.

Prouiſio et collatio hñt vim electionis et cõfirmationis.

In quo differat collatio a prouiſione.

Quod ſi Papa reſeruat beneficium ſue collationi per cõmendã que ius in re non tribuit reſeruatio non expirabit cum per eam non uerificentur uerba reſeruationis or redeundo ad id quod in principio dixi iſta ueiba et quodlibet de per ſe habent uim electionis et confirmationis.

Si Papa reſeruat bñficiũ ſue collationi per cõmendam nõ expirat reſeruatio.

Hinc eſt quod ſuperior ad quem negligentibus electoribus fit deuolutio poteſt unico actu collationis ſeu prouiſionis ſe expedire quod probatur in.c.ſi poſtquã in fi.de elec.lib.vi. cum diis

que in

que in ſuperioribus in ſimili propoſito deduxi faciunt notata in.c.cum in illis.§.cum autẽ & ibi bonus tex.de prebẽ.eo.lib.

P*redicta habent locum in collationibus & prouiſionibus perpetuis.nam aliquando hec uerba ſapiunt prouiſionem non perpetuam.ſed temporalem ut fit in prouiſione beneficiorum manualium in quibus remouentur illa obtinentes ad nutum ſuperioris ut in cle.quia regulares.de ſup.negl.prel. & in cõmiſſionibus hoſpitalium que non conſueuerunt in beneficium conferri ut per glo.in cle.quia contingit.de relig.dom.*

Q*uandoque & quinto uia annexionis unionis & incorporationis de quibus & eorum formis ac modo habetur plene per gl. & docto.in.c.i.ne ſede uac.& in.c.ſicut unire.de exceſ.prel. per tex.& glo.in clem.ſi una re rebus eccleſie non alie.& in cle.ne in agro.§.ad hec.& breuiter tribus modis fit unio eccleſiarum.nam quãdoque una eccleſia unitur alteri principaliter.quãdoque acceſſorie. quãdoque dubitatur:que pulchre proſequitur* Pet.*de anch.conſilio.cxiiii.incip.pro impetranti:& alias etiam dixi & quis poſſit unire dic quòd epiſcopi in ſuis dyoceſibus cum conſenſu ſuorum capitulorum perpetuo & nõ ad uitam quia ſic eſſet prouidere perſone non eccleſie. ut notãt doct.i iuribus premiſſis.et dominicus cõſi.xxxviii.i.vi.col.*

Tribus modis fit vnio eccleſiarũ.

Epiſcopus nõ põt vnire ad uitã.

S*imiliter inferior epiſcopo unire poteſt ſi hoc preſcripſit ut notat* Io.*an.in clem.ne in agro.§.ad hec.de ſtatu mon.*

E*odem modo legatus de latere ut ponit* R*ota dec.ccccLix.incip. nota ſecundum maiorem partẽ dominorum.in antiquis.et melius* ꝙ *alibi per* E*gidium concluſione.ccccCxiii.incip.concluſio quòd legatus de latere.cum ſequenti.*

Q*uandoque et ſexto uia adminiſtrationis quãdo additur alius*

administrator primo qui appellatur coadiutor & datur primo ſuſpecto de dilapidatione c.uenerabili.de offi.dele.Itē leproſo.c.tua de cler.egr.iunctis ibi notatis per Io.an.Item epilentico.c.fi.eo.ti.Item multum ſeni.& alias propter infirmitatem impedito ſuum officium exercere.c.ſcripſit.& .c.quāuis cū.c. petiſti.vii.q.i. de coadiutore autem dando epiſcopo habetur in ſpecie.in.c.i.de cler.egr.lib.vi. Cuius autem etatis debeat eſſe coadiutor dicit Io.an.in.c.fi. de cleri. egr.illam etatem in coadiutore requiri que requiritur in officio cui datur.ut coadiutor epiſcopi debeat eſſe etatis que requiritur in promouendo ad epiſcopatum.c.cum in cunctis.de elec.in minoribus autem dignitatibus ſufficit quod attigerit.xxv. annum quia talis etas requiritur de iure in promotis ſeu promouendis ad eas ut in .§. inferiora. et de multis aliis circa hoc plene per Ioan. and.in.d.c.fi.

Quib' datur coadiutor.

Cuius etatis debet eē coadiutor.

Quandoque ſeptimo & ultimo prouidetur eccleſie uacanti per uiam yconomatus.c.illud.xii.q.ii.& in.c.cum uos.de offi.or. ſunt & alii modi quos nō proſequor ſed premiſſi uidētur eſſe principaliores.

Et iſta ſufficiant quo ad tertiam partem principalem in qua dictum eſt de uariis modis uacationum et de modis prouiſiuis. item quibus modis uenit quis priuandus beneficiis competenti ordine dicēdum eſt de quarta parte huius opuſculi.uidelicet de ui & effectu clauſularum que apponuntur in gratiis ſeu litteris gratioſis.

Quarta ps opis de vi & effectu clauſularū

DE VI ET EFFECTV CLAVSVLARVM.

Et primo circa gratias expectatiuas notandum eſt circa uerba que in exordiis apponi conſueuerunt. uidelicet grata familia

ritatis obſequia etcete. uel alia uerba ſimilia que uariis reſpectibus uariantur notandum eſt inquam quod licet .in exordio ſeu prefatione alicuius diſpoſitionis ponatur cauſa finalis diſpoſitionis.l.fi.ff.de hered.inſtit.ponit Bar. per illum text. in.l.cum hii.in prin.et in.§.eam tranſactum.ff.de tranſact.ita quod diſpoſitio ſequens reſtringitur et regulatur iuxta narrata in prefatione.l.cum pater.§.dulciſſimis.ff. de legat.ii. quia ut dicit Bal.in.l.prima.in.iii.colum.C.de fal.cauſa adiecta. leg.cauſa finalis eſt obiectum intellectus ſicut ſignum eſt obiectum uiſus et portus eſt obiectum nauigantiū et quicquid agimus propter finem agimus. Credo tamen quod gratia non corruit quāuis non uerificentur omnia narrata in exordio litterarum quod ſic demonſtratur.quia aut in narratis in prefatione conſiſtit cauſa finalis gratie. et tunc non oportet quod illa uerificentur aliter immo illis ſtatur neceſſario nec poteſt probari contrarium ex quo ſuper ſic narratis fundatur intentio Pape per clementi.primam.de probatio.

De exordiis litterarū bñficialiū.

Si nō verificātur narratā i exordio litterarum.

Aut talia narrata non fuerunt cauſa finalis gratie ſed potius cauſa impulſiua. et tunc illa ceſſante ſeu non exiſtente uera non ceſſat neque corruit diſpoſitio.l.i.§.ſexum.ff.de poſtul. et notatur in.c.cum ceſſante de appellat.

In dubio autem preſumam non finalem ut tenet gl.in.l.ii. in fi.ff. de donat.quia licet Papa dicat ſe facere gratiam propter impenſa ſibi ſeruitia ex quo tamen illa non ſpecificat dicitur ſimplex liberalitas et non remuneratio ob cauſam ut uult in ſimili Oldra.conſil.y.incipien.ticius. dicitur poſt modum in prefatione litterarum.

Teque a quibus excōmunicationis ſuſpenſionis et interdicti aliiſ

De clauſula. teque a

quibuſuis excõicatio= nis &c.

que eccleſiaſticis ſententiis cenſuris et penis etc. ad effectũ preſentium etc. abſoluentes etc. Hec clauſula ſecundum aliquos in iſtis uerbis ponitur ad abundantẽ cautellam. quia ut dicit Card. conſil. xl. incip. in facto. in excõmunicatum cadit titulus beneficii et ordinis ſuſceptio et ualent cuncta que facit in ſui eſſentia licet non in exercitio ut in. c. pia. de excep. lib. vi. et. c. ſolet. de ſent. excõ. eodom lib. Ad quod bene facit quod dicit Comp. et recitat ibi Io. an. in. c. quod ſicut. de ele. uidelicet quòd electio facta de excõmunicato uel ſuſpenſo licet non teneat tamen ex tacito cónſenſu eligentium ſecuto poſt abſolutionem confirmatur quia dicunt quòd talis electio nõ erat nulla iure naturali ſecundum eos.

In excõicatũ nõ cadit titulus beneficii.

Verior tamẽ uidetur alia opinio et magis cõmunis quòd excõmunicato ipſo iure non poteſt conferri beneficium ut probat tex. apertus in. c. poſtulaſtis. de cler. exc. min. dum dicit clericis excõmunicationis uinculo ĩnodatis eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt. nec illi ualent retinere ea licite niſi forſan cũ eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. pondero dictionem negatiuam prepoſitam uerbo poteſt que neceſſitatem importat iuxta glo. in regula prima. de regul. iuris. lib. vi. et hanc partem tenet Rota deciſione. ccclxiii. incip. nota quòd excõmunicato in antiquis. tam in excõmunicato ab homine q̃ a iure. et multo fortius quando a iure. quia ſentẽtia iuris imponitur propter crimen ideo plus ligat arg. notatorum in. c. peruenit. de exceſ. prelat. Dico igitur quòd clauſula predicta teque a quibuſuis etc. apponitur neceſſario et non ſuperflue ut alii uolũt quia nec ſillaba debet uacare in litteris Pape iuxta glo. quam ſepius allegaui in. c. ſolite. de maio. et obedien. facit ad predi

Snĩa excõicatiõis a iure plus ligat q̃ ab homine.

cta clemen.c ſummus Pont.& quod ibi notatur de ſent.excõ.

Subſequenter ſtatim poſt principium litterarum conſueuit apponi clauſula motu proprio non ad tuam &c. que clauſula cũ ſepiſſime apponatur tam in gratiis expectatiuis ꝙ aliis litteris beneficialibus plenius erit attingenda quia frequenter de eius effectu dubitatur. Et licet per regulam cancellarie non ſuffragetur in alio niſi ſolum & dũtaxat ad tollendum & excludendum ſurreptionem. tamen ex diſpoſitione iuris cõmunis nõ ſolum operatur excluſionem ſurreptionis.c. ſi motu proprio. de preben.lib.vi. ſed etiam quãplura alia quorum aliqua enumerat Romanus conſil.cccxxvii. incip. iſte ſunt rationes ſed ego latius exordiar ponendo effectus principaliores.

Clauſula motu proprio.

Et primo clauſula motus proprii inducit tacitam diſpenſationem circa inhabilitatem perſone cui fit gratia et conceſſio dũmodo talis inhabilitas proueniat a iure poſitiuo ſecundum Romanũ in dicto conſilio allegat caſũm ſing.in.l.ii.C. de crim.ſacril. & reprobat glo. que aliter ſentit in clem. ſi romanus. de prebẽ. Sed mirandum eſt de Romano quia totus fere mundus ſequitur & approbat illam glo. in pluribus locis. & maxime domini. de Rote deciſ.cxii.incip. dicebant domini.in nouiſ. & alie deciſ.ccccxlv.incip.nota licet proprius motus in antiquis. ubi dicunt quod motus proprius non inducit diſpenſationem irregularitatis. ſeu illegittimitatis uel alterius defectus illius pro quo ſcribitur. & tamen uitium illegittimitatis prouenit a iure poſitiuo quo ad aſſecutionem dignitatum & beneficiorũ c. innotuit. de elec. iuncto. c. oſius. & eſt palea.lvi.di. ſimiliter & uitium irregularitatis.c.i. de ſent.excõ.lib.vi. etiam ſi irregulaiitas cauſetur ex homicidio ſecundum aliquos. Licet de

De multis effectibus quos opat clauſula motus proprii ĩ iure cõmuni.

Irregularitas que cauſatur ex homicidio an ſit de iure diuino vel poſitiuo.

hoc ultimo nõ ſit plena concordia inter doc. ut plene per Marianum in repetitione. c. ad audientiam de homic. cum multis aliis quotis de quibus per Fel. in. c. humilis. de ma. & obe. ubi ponit remiſſiue tamen. per que manifeſte comprobatur glo. in dicta clemẽ. ſi Romanus. & ipſemet Roma. approbat illam dicẽs eſſe ſingularẽ in ſingularibus ſuis ſub numero ccccxviii. incipiente an uerba &c. ubi dicit quod clauſula illa que in reſcriptis apponitur. uidelicet ſupplentes omnẽ defectum ſi quis interuenerit de noſtre plenitudine poteſtatis etc. ſupplet omnes defectus & illos purgat preter eos qui concernunt perſonã ſupplicantis uel contrahentis quia illos minime ſupplet allegat ſingulare uerbũ ſpeculatoris ĩ titulo de legato. quod refert arch. in. c. cenomanenſem. lvi. di. iſtud etiam comprobat ibidẽ Romanus per dictam glo. ſuperius allegatam que dicit quod licet motus proprius tollat uitium ſurreptionis aliam tamen inhabilitatẽ illius pro quo ſcribitur nõ tollit. & hoc puto ueriſſimũ.

Clauſula ſupplentes oẽm d̃fectũ de plenitudine ptãtis quid ĩportat.

Non obſtat tex. allegatus per Romanum in dicta. l. ii. dum dicit ſacrilegii inſtar eſt dubitare an is dignus ſit quem elegerit imperator. quia intelligitur de electo per imperatorem ex certa ſcientia ut dicit ibi glo. expreſſe. quo caſu cum princeps beneficium uel gratiã incapaci ex certa ſcientia confert uel quid ei concedit ad quod non eſt habilis eo ipſo ſuper inhabilitate diſpenſare cenſetur. l. quidam conſulebant & ibi late per docto. ff. de re iudi. & in. l. idem uulpianus. §. primo. ff. de excu. tuto. notat glo. in. c. ſtatutum. in uer. litterarum. de reſcrip. lib. vi. dummodo exprimatur in litteris quod ex certa ſcientia facit ſecundum glo. ibi. et in dicto. c. ſi motu proprio. licet aliqui requirant etiam quod princeps ſuper facto cauſe cognitionem

Intellectus ad. l. ii. C. de crimine ſacrilegii.

premiſerit ut notatur in.c.ii.de ſciſma.per glo.et Iodn.andr. et Innocen.in.c.ueniens.de fil.presbyterorum. Quibus concurrentibus hec clauſula ex certa ſcientia operatur quòd licet alias princeps non preſumatur uti poteſtate abſoluta niſi de hoc faciat expreſſam mentionem ut notat Innocē.in.c.innotuit. de elec.tamen ſi apponat in litteris dictam clauſulam uidetur uti poteſtate abſoluta etiam ſi de poteſtate abſoluta mentionē aliter non faciat ut ſentit glo.notabilis in.c.ad hec. uerſi.ſatis tamen credo.de reſcript. dum uult paria eſſe Papam facere aliquid ex certa ſcientia uel de plenitudine poteſtatis ut exclamatur in hoc ibi ab omnibus et per Panor. in.c.iiii. de re iudi.et late per Fel.in.c.cum inter.de excep.

Paria ſunt ꝙ Papa faciat aliqd ex certa ſcientia.vel de plenitudīe poteſtatis.

Verius tamen uidetur non requiri quòd per principem premittatur alia cauſe cognitio quia eo ipſo quod facit ex certa ſcientia et illud exprimit in litteris uidetur eſſe de facto informatus et illud minime ignorare iō nō requiritur alia cauſe cognitio ad quā nō aſtringitur princeps cū aliquid facit ex certa ſcīa ſeu de plenitudine poteſtatis īmo plus dixit Innoc.in.c.niſi cū pridē.circa finē in gl.ſuper uerbo indulgeri.de renūc.quod cū princeps ex certa ſcientia uel de plen.ptātis facit gratiam non eſt neceſſe ad illius ualiditatē uocari illos quibus ex ea preiudicium fieri poteſt.ſecus quando procedit ex poteſtate ordinaria ut late probat Rom.cōſi.ccclxix.incip.Circa primū.etc. in.ii.et.viii.col.

Nō requiritur cauſe cognitō nec vocatio.partis cū Princeps facit aliqd ex certa ſciāvel de plen.po.

Ex quibus clare apparet quod text.in dicta lege ſecunda non probat niſi de certa ſcientia que in hoc plus operatur quam motus proprius ut per eam expreſſam in litteris uideatur ſublata inhabilitas impetrantis que non tollitur per mo-

Clauſula ex certa ſcientia tollit ihabilitatē impetrātis ſed nō motus propri⁹.

tum proprium ut patet ex ſupradictis. Nec requiritur in hiis que fiunt ex certa ſcientia quod princeps premittat eſſe cognitionem ut dixi licet ſecus ſit in inferiore in quo requiritur quod precedat cauſe cognitio ſaltem ſummaria ſuper cauſis diſpenſationis puta an ſit neceſſitas uel utilitas diſpenſandi ſeu alia iuſta cauſa ſubſit ut notat Specu. in tit. de diſpenſ. §. qualiter autem. uerſ. dicunt autem quidam. Quod non eſt in principe ut ſupra.

De differētiis inter clauſulam motu proprio et clauſulā ex certa ſciētia.

Immo uolunt aliqui quod in hoc etiam differat certa ſcientia a motu proprio quia non admittitur probatio per teſtes ad probandum motum proprium. nec aliter poteſt probari niſi per expreſſionem in litteris ut uult glo. communiter approbatam in dicto c. ſi motu proprio. in glo. fi. et ſequitur Rota dec. cxxxi. incip. nota quod in. c. ſi motu proprio. in antiquis. et tamen certa ſciētia bene probatur etiam aliter q̄ per expreſſionem puta per teſtes. quod puto uerius quicquid dicat glo. in dicto. c. ſtatutum in uer. litterarum. quam ſupra retuli. propter rationem differētie inter hec duo quā aſſignat una deciſio. cccxxxii. in nouis et Egidius cōcluſione. dccxlvi. incip. licet obſeruet etc. uidelicet quia motus proprius includit de neceſſitate unam negatiuam non coarctatam. uidelicet quod nullus ſuper hoc unquam Pape ſupplicauerit. talis autem negatiua uel impoſſibilis eſt ad probandum. l. actor. C. de proba. et. c. quoniam contra. eo. tit. uel nimis difficilis ut notat predicta glo. in. c. ſi motu proprio. Sed certa ſcientia nullam negatiuam ſed ſimplicem affirmatiuam includit que probabilis eſt nimirum ſi iſta probari poteſt aliter q̄ per ſolam expreſſionem. illa non.

Cur certa ſciētia pōt probari p̄ teſtes. ſed non motus proprius.

Tertio differt in alio quia motus proprius non tollit ius tertii puta

ſi beneficium ſpectat ad ius patronatus alicuius layci de quo Papa ſi ſciuiſſet nullatenus prouidiſſet iuxta notata in.c.ii.de preben.lib.vi.et tamen certa ſcientia principis reſcribentis idẽ operatur quod clauſula non obſtante.l. idẽ ſcribit.§.fin.ff. de excuſ.tut.et ponit Rota iuncta additione que eſt ibi.dec.cxi. cum ſeq.in nouiſ.quia ut ſuperius dixi eo ipſo quod prouidet de tali beneficio ex certa ſcĩa uidetur eſſe iformatus de huiuſmodi qualitate.ſ.quod ſit iuris patronatus laycorũ et iõ ceſſat tunc defectus intẽtionis Pape qui quotiẽs ſcribit pro aliquo beneficiando non eſt ſue intentionis quod ei cõferatur beneficiũ iuris patronatus laycorum niſi aliud exprimatur ſeu aliter cõſtet de mente Pape ut notat Io.an.in.c.dilectus. de offic.leg. dicitur autem ſatis conſtare eo ipſo quod illud confert ſeu cõferri mandat ex certa ſcientia quia perinde eſt ac ſi faceret de plenitudine poteſtatis per ſuperius dicta. Certa ſcĩa Principis idẽ opatur qđ clauſula nõ obſtãte.

Ex quibus patet quarta differentia inter iſta. uidelicet quia licet motus proprius tollat defectũ ſurreptionis tamẽ nõ tollit defectũ intẽtionis ut notat Io.an.et doc.in.d.c.ſi pro motu proprio et ponit Egidius cõcluſione.cccclxxv.incip.premiſſe tres cõcluſiones.ubi dicit quod motus proprius nõ tollit ſurreptionẽ que procedit ex intẽtione et iõ infert in cõcluſione precedẽti ibidẽ nõ ualere gratiã ẽt motu proprio in qua fuit tacitũ de iure patroni ad quẽ ſpectat preſentatio propter defectũ itẽtionis pape qui ſi ſciuiſſet nullatenus uel ſaltẽ nõ ita de facili cõtuliſſet iuxta notata in.c.ii.de prebẽ.li.vi.qui quidẽ defectus intẽtionis ceſſat in gratia que fit ex certa ſcientia ut probaui. Clauſula motus proprii nõ tollit defectũ intentionis ſed certa ſcĩa purgat illum.

Colligitur alia et ſic quinta differẽtia quia motus proprius nõ excludit nec tollit qualitates intrinſecas puta curã uel principa- Motus proprius nõ operatur circa qualitates intrinſecas beneficij.

litatē beneficii de quo prouidetur ſeu prouideri mandatur de quibus ſi nō ſit mētio in gratia etiā proprio motu facta ipſo iure eſt nulla ut tenet rota dec.cxi.in nouis ſepius allegata quia hoc caſu eſt defectus intētionis cū Papa nō intēdat prouidere de dignitate uel cura niſi illas qualitates exprimat.c.cū in illis et ibi hoc firmat domi.de prebē.lib.vi.licet cōtrariū ibi teneat Franchus prout in ſuperioribus retuli in ſecunda parte principali circa dignitates et beneficia curata quod non diſputo aliter pro nūc ſed preſuppoſito pro uero quod ſtatim dixi. Aliud eſt in gratia que ſit ex certa ſciētia quia ceſſat hoc caſu defectus intētionis ut ſupra conſequēter ueniet beneficiū habēs dignitatē & curā & hoc modo poſſet ſaluari opinio Franchi cōtraria in dicto.c. cū in illis. & iſta ſufficiant de primo effectu clauſule motu proprio.

Secundo principaliter operatur motus proprius ſecundū Rom.in preallegato conſi.quia facit quod priuilegiū cum ea qualitate conceſſum extēdatur ad litē pendentē cum eo cui conceditur licet ſecus ſi ad poſtulationē tacito de litis pendētia ut uult gl. quam dicit ſingularem in.l.qui autem in prin.in prima ſolutione contrarii.ff.ſi quis caut.ſequitur hoc ibi Paul. de caſtro.& Alex.dicentes per illam glo.quod ſi lite pendēte princeps cōcedat priuilegium motu proprio.pars poteſt uti tali priuilegio quāuis emanauerit lite pendēte & ita limitant.c.ſi.ut lite pen. & .l.ii.C.eo.titu.cum ſimilibus. Contrariū tamen & melius tenet ibi dominus Iaſon allegando primo.Io.an.in addi.Spe. in ti.de dolo et cōtu.§.ſi.uerſi.porro.in addi.magna.et canoniſtas in.c.cauſam.ii.de teſti.ubi tenent quod priuilegium conceſſum pendente lite etiam motu proprio ſuperioris non nocet

An priuilegiū cōceſſū lite pēd.noceat pti aduerſe ſi ſiat motu proprio.

cauſe pendenti nec parti aduerſe quia princeps nõ preſumitur derogare iuri tertii per.l.ii.§.merito.et.§.ſi quis a principe.ff. ne quid in loco pub.et ideo dicit Spec.quẽ Iaſon nõ allegat in tit.de diſpenſ.§.qualiter aũt uerſ.diximus ergo.quod ita des mum ualet priuilegiũ lite pendente impetratum ſi nulli affert preiudiciũ alias minime.ad idẽ facit alia rõ quia leges generales ſiũt motu proprio prĩcipis.l.humanũ.C.de leg. notat bar. in auc.quas actiones in.ii.col.C.de ſac.ſan.ec.et tamẽ nõ trahuntur ad lites pendentes.l.leges et cõſtitutiones.C. de legi. et in auc.ut cum de appel.cog.§.i.niſi hoc ſpecialiter dicatur quod etiam ad pendentia noua conſtitutio extendatur ut probat tex.in cle. diſpendioſam de iud.in fi. et in clemen.prima. ad fi.de ſequeſtr.poſ.

Valet priuilegium lite pen.ĩpetratũ ſi nulli ſit preiudiciale alias non.

Vtrũ aũt iſto caſu priuilegiũ taliter impetratũ lite pẽdẽte reuocetur per modũ attẽptati. dicit notabiliter Egidius concluſione cii.incip.ſi poſſeſſio beneficii.quod nõ quia impetrare ius nouũ lite pẽdẽte nõ eſt attẽptare.et iõ dicit in alia cõcluſioe.dclxii. incip.ſi ex gratia.quod poſt cõcluſionẽ et ante ſentẽtiã põt impetrari noua gratia et canonizari abſque obſeruatione nouorũ terminorũ.ſed bene proceditur in lite tali gratia et ĩpetratiõe nõ obſtãte ex quo de lite nõ eſt facta mẽtio ut probatur ĩ.c.ſi. ut lite pen.quia ut dicit ibi Inno.nõ eſt uoriſimile quod in preiudiciũ partis uelit princeps lite pen.aliquid concedere.

Impetrare ius nouum lite pend. nõ eſt attẽptare.

Tertio motus proprius operatur ut indultum iniquitatem ſapiens alicui motu ſimili conceſſum in eundem non retorqueatur ut eſt text. nota. qui non eſt alibi ſecundum docto. ibi in lege ſi quis iniquum .ff. quod quiſque iur. quia ceſſat ratio retorquutionis ex quo tale ius non fuit ad poſtu-

Tex.ſing.ĩ l.ſi quis iniquũ.ff. qđ quiſq̃ iur.

lationem partis conceſſum ut ibi.& per illum tex.decidit notabiliter Bar.in.l.fi.§.donec.C.de iure delib.quòd licet heres infra tempus conficiendi inuentarium non poſſit a creditoribus hereditariis conueniri.tamen ipſe bene poteſt infra illud tempus debitores hereditarios conuenire nec tunc habet locum retorquutio quia non fuit illud conceſſum ad poſtulationẽ partis ſed lex ex priuilegio & ſic motu proprio concedit licet cõtra hanc determinationem Bar.multum ſtringat text.in.l.die ſabbati.C. de iudeis. ubi diſponitur quòd in die ſabbati & aliis feſtiuitatibus iudeorum ipſi nõ poſſunt conueniri nec etiã alios conuenire.per quem dicit ibi bar. quòd ſi aliquis dies eſt feriatus quo ad te ut non poſſis conueniri debet atiam eſſe feriatus contra te ut tu non conuenias alios ad idem facit bonus tex.in.l.ii.§.ſed et ſi agant.ff.de iudi.ubi legati quia ex priuilegio legis durante legatione non poſſunt conueniri ſi agant et conueniant alios compelluntur ſe aduerſus omnes defendere et iſta pars per hec cõtraria uidetur uerior propter equalitatẽ ſeruãdam in iudiciis regula non licet actori de reg.iur.lib.vi. et in.l.fi.C.de fruct.et litis expen. per quem dicunt ibi Bar. et docto.quòd quãdo ius iniquum reſpicit proceſſum litis tũc illius iuris fit retorquutio quãuis eſſet conceſſum motu proprio.

Qui certo tpe nõ põt ab aliis conueniri an poſſit ipſe tũc alios cõuenire.

Poſſent tamen iſta contraria reduci ad concordiam diſtinguendo inter priuilegium clauſum in corpore iuris quale eſt quòd heres non poſſit conueniri infra annum et etiam in caſu iurium contrariorum.et aliud priuilegium extra ius: ut fiat retorquutio primi clauſi in corpore iuris et non ſecundi.quia ex quo eſt clauſum in corpore iuris et nõ preſumatur cõceſſum ad poſtulationẽ partis ſed motu proprio principis cũ ſit lex debet

eſſe

eſſe cõmunis.c.erit autem lex.iiii.di.alias non diceretur lex ſi non eſſet honeſta iuſta et cõmunis ut ibi.que ratio ceſſat in priuilegio extra ius.quod dicitur lex priuata non cõmunis.c.priuilegia.iii.di. ideo ſi conceditur motu proprio non debet fieri retorquutio licet cõtineat iniquitatem regula quod ob fauorẽ. et hoc puto ueriſſimum.

Quarto motus proprius excludit diligentiam proceſſus et ſic inter duos expectantes eiuſdem date ſi unus habet gratiam motu proprio prefertur alteri dictam clauſulam non habenti licet diligentiori in proceſſu ſecundum Io.an.quem ſequuntur doc. in.c.duobus.de reſcrip.lib.vi.quia ille tex.uolens preferri diligentiorem inter duos eiuſdem date loquitur de gratiis ſimilibus.ſed iſte gratie ſunt diſſimiles quia una odioſa.c. quãuis. de preben.eodem lib.alia fauorabilis.et ſic amplianda.c.ſi pluribus.eo.ti.et lib.Gratia enim data motu proprio dicitur principis beneficium ut patet in dicto.c.ſi motu proprio unde non ſonat in ambitionem.et ſic eſt late interpretanda.c.cum dilecti.de donat.conſequenter alter non habens motum proprium prius preſentando.et ſic ex ſuo facto tantum fauorem eius nõ minuet ſecundum domi.in dicto.c. duobus. Preterea habens canonicatum in quo eſt ambitio prefertur non habenti ut ibi ergo fortius habens proprium motum ubi deficit ambitio et uiget fauor preferendus eſt non habenti ad hoc ut ſit differentia inter gratiã fauorabilẽ et odioſam uel ambitioſã per predicta. *Motus proprius tollit diligẽtiam proceſſus ſecundum Io.an.*

Sed licet predicta ſint uera de iure cõmuni ex diſpoſitione tamẽ regule circa motum proprium diſponente non procedunt quia per illam cauetur expreſſe quod uerba proprii motus quo ad beneficia uacatura nulli quomodolibet ſuffragentur niſi ſolum

& dũtaxat ad excludendũ ſurreptionem. pondero dictionem quomodolibet que eſt uniuerſalis apta comprehendere omnem modum & formam ut probant iura que allegat domi. conſil. cxv. in ſecunda col. Preterea exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. l. nam quod liquide. ff. de penu. lega. l. queſitum. §. denique. & ibi Bar. ff. de fundo inſtr. & in. l. generaliter. §. uxori. ff. de uſufr. leg. maxime quando eſt iuncta cum dictione taxatiua ſicut eſt dictio tantum ſolum. & dumtaxat quia licet alias exceptio non ſtet negatiue nec excludat caſus ſimiles exceptuatis ut eſt glo. ſingu. in. l. prima. C. de condit. indeb. & ponit Panor. in. c. quoniam frequenter ut lite nõ conte. tamen quando eſt iuncta cum aliqua dictione taxatiua ſtat negatiue ad alios caſus quia huiuſmodi dictiones taxatiue habent implicitam negatiuam. & ideo introductum fuit ut omnibus darentur expectatiue motu proprio et bene ut per domi. conſil. lxxv. in. iii. col. cum ergo regula excipiat tantum caſum ſurreptionis cum duabus dictionibus taxatiuis certe alium non operabitur per predicta.

Qñ exceptio iungit cũ dictione taxatiua tũc ſtat negatiue ad alios caſus.

Quinto motus proprius ſupplet defectum etatis. quia licet alias non ſufficiat impetrantem eſſe legittime etatis ad beneficium curatum tempore uacationis beneficii ſi tempore date nõ habet legittimam etatem. c. ſi eo tẽpore. de reſcrip. lib. ſexto. Fallit tamen hoc et non habet locũ in gratia facta motu proprio quia tunc poterit prouideri de curato dũmodo tempore prouiſionis ſit etatis apte ſecundũ domi. ibi. quia cauſa propter quã in terminis illius capituli non poteſt prouideri de curato illi qui tempore datis non eſt legittime etatis licet tempore prouiſionis ſit etatis apte. nõ eſt alia niſi quia in ea parte in qua ſcribitur pro

Limitatio et intellect[9] ad. c. ſi eo tẽpore. de elec. li. vi. ſecundum domi.

cũrato reſcriptum eſt ſurrepticium tẽpore impetrationis.et ſic nullum ſuperueniẽtia ergo etatis legittime nonpoteſt ualidare reſcriptũ nullũ per regulam non firmatur.de regul.iur.lib.vi. Sed quando Papa ſcribit motu proprio tũc reſcriptum nõ eſt ſurrepticium in ea parte cum motus proprius tollat ſurreptionem conſequenter ſuperueniente maiori etate nõ eſt quid impediat quominus ille obtineat curatum. Nõ ſurreptio quoniã illa ſublata eſt per motum proprium. Nõ inhabilitas etatis ex quo eſt legittime etatis tempore prouiſionis. et ita reſidet domi. confirmatur hec opinio ex dicto Ioan.and. in capi. dilectus filius G. de preben. ubi dicit quòd ſi Papa motu proprio mandat alicui conferri eccleſiam uel prebẽdam ſi uacat ſatis eſt quòd uacat tempore collationis uel receptionis licet non uacaret tempore date per illam decretalem. Nihilominus predicta opinio non placet aliis moder. et precipue Francho in dicto.c. ſi eo tempore. que etiam mihi non uidetur ſuſtentabilis quia licet motus proprius tollat ſurreptionem ut dicit domi. tamen non tollit aliam inhabilitatem perſone illius pro quo ſcribitur ut late dixi in primo effectu iſtius clauſule.et quamuis dictus defectus etatis per uiam ſurreptionis opponi non poſſit propter expreſſionẽ proprii motus.tamẽ opponi poterit per uiã iuris cõis cum motus proprius nõ inducat diſpenſationẽ alicuius inhabilitatis ut ſupra.et ideo ſublato defectu taciturnitatis per motum proprium remanet defectus iuris communis et etiam intẽtionis concedentis cũ non ſit ueriſimile quod Papa per dictã clauſulã uelit fraudare eccleſiã officio unius ſacerdotis a quo pendet tota deuotio fideliũ et hoc quaſi in terminis tenet Pet. de anch.cõſi.xx.incip.uiſo predicto puncto.ubi dicit ſequens

Mãdatum motu proprio ſuper vacã:e extẽditur ad vacaturũ.

do opinionem Archi.et Lappi.in.c.ei cui. de preben. lib.vi. quod clauſula generalis non obſtant. et etiam clauſula motu proprio non ſufficiunt ad tollendum defectum etatis uel ordinis cum predicti defectus cauſentur ex perſona illius pro quo ſcribitur.

Clauſula generalis nõ obſtant. et clauſula motu proprio nõ tollũt defectũ etatis vel ordinis.

Secus eſſet ſi Papa ſcriberet pro paciente talem defectum ex certa ſcientia. quia tunc ſi de ea conſtaret uel per expreſſionem in litteris uel aliter non obſtaret defectus etatis tempore date dummodo adeſſet etas legittima tempore prouiſionis. quia paria ſunt quod aliquid fiat ex certa ſcientia et quod fiat mentio de obſtantibus ut ſentit glo.not.in.c.i.in uer.noſcatur.de conſtitu.lib.vi.ponit Panor.in.c.fi.ut lite pend.et dixi ſupra.

Sexto ſimilis motus operatur quia gratia motu proprio conceſſa in aliqua eccleſia de prebẽda ſeu beneficio uacante cũ plures ſeu plura in eadem uacent refertur ad pinguiorem ſiue pinguius ubi ſi fuiſſet conceſſa ad petitionẽ alterius refereretur ad minorem ſiue magis tenue ut eſt caſus notabilis in.c.ſi pluribus. de preben.lib.vi.et ratio eſt quia cum ſit beneficium principis late eſt interpretandum.c.cum dilecti de donat.cum uulg.ad hoc.et ideo dixit Io.an.in.c.cum in cunctis.de elec.quod ſi diſpenſatum eſt cum electo ut non teneatur uſque ad certum tẽpus promoueri.ſi diſpenſatio eſt facta motu proprio Pape nõ uacabunt priora beneficia durante tempore diſpenſationis.ſecus ſi fuit conceſſa ad petitionem arg.c.quod dilectio.de conſang.et affi.ſed de hoc ultimo me remitto ad ea que dixi late in quinta parte principali huius operis in ſecundo modo uacationis circa beneficia promoti ad epiſcopatum.

Limitandus eſt tamen iſte ſextus effectus dupliciter. primo quia

motus

motus proprius non ſemper facit gratiam latiorem quando.ſ. per hoc immutaretur proprius uerborum ſignificatus licet alias faciat gratiam uberioris interpretationis ſecundum Car.cõſi. lxi.incip.uolentes.&c. An & q͞n motus proprius faciat gratiam latiorem.

Secundo limitatur quia licet clauſula motus proprii ſit ampliatiua gratie cum ſit beneficium principis ut ſupra. tamẽ illud eſt uerum quando ex tali ampliatione nulli fit preiuditium alias minime ſecundum domi.conſi.ciiii.in fi.col.& ideo ſi tacetur qualitas beneficii reſpiciens ius tertii tunc motus proprius ei nõ preiudicat puta ſi eſt iuris patronatus laycorum ut per Rotã dec.cxii.quã etiam ſuperius allegaui. Hinc eſt quòd iſta clauſula non facit poſtea impetrantem preferri primo niſi de illo fiat mentio ſecundum Imol. poſt Cal. in.c.mandatum.in pe. col.de reſcrip.& ſentit domi.in.c.duobus. eo.titu.lib.vi.ubi uult quod motus proprius tollit diligentiam proceſſus inter expectantes eiuſdem date ſecus ergo ſi alter eſt prior in data.de quo dixi ſupra in quarto effectu hinc etiam dicit domi.in repetitione.c.poſtulaſti.i.xxvi.col.de reſcrip.quòd motus proprius non preiudicat unioni facte per ordinarium etiã nondum ſortite effectum quia non tollit ius queſitum alteri in re uel ad rẽ quòd notabiliter limitat Feli.in.c.ad aures in.v.col.de reſcri. niſi cum clauſula motus proprii eſſet clauſula generalis nõ obſtantibus quibuſcunque per que gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri uel differri quia tunc per talẽ clauſulam intendit impedire ius alterius ad rem et per clauſulam motus proprii tollitur ſurreptio quod eſt notabile ſi eſſet uerum. Licet mot° propri° tollat diligẽtiã proceſſus nõ tamẽ prioritatẽ date. An prouiſio Pape motu proprio tollat vnionẽ ordinarii.

Sed de iſta limitatione ego dubito quia licet motus proprius tollat defectum ſurreptionis non tamen intentionis ut ſepius eſt

dictum ſupra cum igitur unio legittime facta reſpiciat cauſam neceſſariam.c.eam te.de etate & qualit. certe non eſt ueriſimile quòd papa uoluerit eam tollere per prouiſionem ſuam ſubſequentem niſi de unione expreſſe fiat mentio uel ſaltem per illam clauſulam ſuſpendentes quaſcunque uniones &c.

Et *ideo dicũt in ſimili domini de* R *ota dec.clx.incip.nota quod beneficium.in antiquis.quod beneficium unitũ non poteſt permutari per illum qui tenet beneficium antequã unio ſorciatur effectũ quia alias ſequeretur quòd unio poſſet eſſe inutilis per frequentes & plures permutationes ſeu prouiſiones quod non eſt de mente & intentione* Pape.*ſtat ergo dictum domi. ſimpliciter & abſolute uerum propter preiudicium tertii quod nõ tollit motus proprius.ſecus ſi taceantur aliqua non concernentia alicuius preiudicium quia illa tolluntur per dictam clauſulam eo quod actus procedẽs a mera liberalitate principis nemini preiudicans eſt late interpretandus etiam ſi materia ſit exorbitans & reſtringibilis prout egregie probat* Pet.*de anch. conſi.ccxcv.incip. pro clariori euidẽtia. ubi dicit quod regula cancellarie per quã gratie ſuper benefitiis motu etiã proprio facte reddũtur inualide niſi uerus ualor exprimatur in eis cenſenda eſt odioſa & per conſequens reſtringẽda.quia cũ ſit beneficiũ principis nemini preiudicans niſi concedenti debet ampliari per ſupradicta ratio aũt iſtius rationis eſt quia ubi motus proprius principis ibi mera liberalitas ideo latiſſime interpretanda in rebus ſuper quibus latiſſimã habet poteſtatẽ prout ſuper eccleſiaſticis beneficiis.c.ii.de prebẽ.lib.vi.cũ ſimilibus.*

Beneficiũ unitum nõ põt pmutari p beneficiatum.

De intellectu regule ſup ualore beneficiorũ exprimẽdo in impetratione.

Ex *quò patet quod dicta regula ſit reſtringens munificentiam ac donum ipſius principis eſt odioſa et nature beneficiorum op*

poſita igitur reſtringenda regula odia cum uulg. nam propo-
ſitum cuiuſlibet nobiliſſimi debet eſſe ut in donis creſcat et nõ
decreſcat.c.i.de donat.per que infert aliqua multum notãda
ſcilicet quod dicta regula loquẽs generaliter.de beneficiis de-
bet reſtringi ad ſimplicia beneficia tantum. et non extendi ad
perſonatus officia uel dignitates.c.quãuis iuncto.c.cum in illis
de preb.li.vi.ſed iſtud hodie forte nõ procederet propter regu
lã modernã que dicit illorũ et aliorũ quorũcũque beneficiorũ.

Nobiliſſimus quiſq; debet ĩ donis creſcere non decreſcere.

Pondero iſta uerba uniuerſalia et primo. dictionem aliorum que
de ſui nature eſt apta comprehendere omnia in infinitum ut
ponit Domi.conſi.xiii.in.ii.col.maxime quando non iungitur
termino reſtrictiuo precedenti iuxta notata in.c.ſedes.de reſc.
ubi dicit gl. quod dictio alius apta eſt includere etiam maio-
ra expreſſis.de quo ibi late per Feli.

Dictio aliorum.

Secundo pondero dictionem quorũcunque beneficiorum que ſi-
militer eſt uniuerſalis dictio nec limitatur niſi in caſibus a iure
expreſſis ſiue exceptis ut pulchre per domi.conſi.cxxxi.in fin.
col.et ſic iſta prima illatio Ancharani nõ procedit hodie ſtan-
te regula de qua ſupra.

Quorũcũque beneficiorum.

Secundo infert quod dicta regula cum debeat tanquã odioſa re-
ſtringi non debet extendi ad gratias factas motu proprio per-
ſonis dominorũ Cardinaliũ argu.c.quia periculoſum. de ſen.
exc.lib.vi.quia que ſpeciali nota digna ſunt niſi exprimantur
uidentur neglecta l.item apud.§.hoc edictũ.ff.de iniu. infert
etiam quedam alia ſatis notanda ut ibi per eum.

Valet gratia motu proprio facta cardinali licet uer° valor nõ ſit expreſſus.

Septimo et ultimo ſciendum eſt quo ad iſtam clauſulam motus
proprii quia per appoſitionem illius etiam in litteris inferio-
rum tollitur ſurreptio prout in litteris Pape ut probat text.

Etiã ĩferiores cõferũt motu proprio.

& ibi Franchus in primo not.in.c.ſi poſtquã.de preben.lib.vi. iuncta glo.in.c.fi.de offi.leg.eodem lib. nam iura non arctant ſuperiorem ad exprimendum beneficia impetrantis ſed ipſum impetrantem unde quando ei confertur beneficium motu proprio & ſic ex mera liberalitate non poteſt aliqua culpa aſcribi eidem ut per Car.in cle.ii.de offi.or.Finaliter pro complemẽto iſtius clauſule non obmitto quòd licet motus proprius tollat ſurreptionem id eſt purget uitium taciturnitatis non tamẽ purgat uitium falſe expreſſionis.& ſic aliud eſt ſupprimere uerũ

Motus proprius non tollit vitiũ falſe exp̃ſſionis.

& aliud exprimere falſum.nam non eſt ita odioſus tacẽs uerum ſicut exprimens falſum quia potuit tacere ex ignorãtia ut dicit Panor.in.c.ſedes in prima col.de reſcrip. aliam rationẽ & magis claram aſſignat Fel.ex mente doct.in.c.ad aures.in uer.quartus caſus eſt. eodem ti. ut ibi per eum. & ideo dicit notanter Car.conſi.xcvi.incip.Papa uniuit &c.non tenere litteras Pape in quibus expreſſis certis cauſis mandabat proprio

Corruit vanio ſi cauſe expreſſe nõ ſunt vere.

motu quandam abbatiam uniri epiſcopatui ex quo ille cauſe erant falſe quia per falſam expreſſionem cõſtat quòd fuit deceptus quaſi ſuper illis cauſis fundaretur intentio Pape unde ueriſſimile eſt quòd illis exiſtentibus falſis non fuiſſet gratiã conceſſurus.Nec obſtat huic concluſioni cle.i. de probat.quia loquitur ubi Papa pro cauſa ſuarum litterarum fundat ſe in facto per eum geſto tunc enim non poteſt fieri probatio inferẽs mendatium Pape.At in caſu premiſſo & ſimilibus fundat ſe

Intellectus ad cle.primã de probat.

in facto alieno quo caſu de ueritate illius facti poteſt firi queſtio et cõtrariũ probari ut notatur ĩ dicta cle.i. et ponit Pano. in.c.dudũ.circa mediũ.ĩ uer.et nota hoc dictũ etc. de priuil. Succeſſiue in huiuſmodi litteris expectatiuis ſubiicitur hec clau

ſula uidelicet quę tu per te uel procuratorē tuum ad hoc legiti-time conſtitutum infra unius menſis ſpatium poſtquam tibi uel eidem procuratori uacatio illorum innotuerit duxeris accep-tanda & c. Iſta clauſula multa operatur.

De clauſula mēſis dati ad acceptandum.

Et primo quia nulla cenſetur collatio interim ab ordinario facta quāuis expectans non acceptet infra menſem ut appoſitio men-ſis aliquid operetur clem. cum ei quē. §. ſecus. de cōceſ. prebē. & ratio eſt ſecundum Paul. & Cardi. ibi quia talis collatio ordinarū reperitur facta tempore inhabili quo fieri non pote-rat et ſic opus ē noua collatione arg. c. bone. & c. pe. de elect.

Idem dico per eandem rationē quando ſecundus in data accepta-uit infra mēſem primi quia requiritur ſimiliter noua accepta-tio infra ſecundū mēſem licet primus debito tēpore nō acce-ptet ſecūdū Io. an. in addi. Spec. in rub. de cōceſ. prebē. ī prin. allegat. l. ſi filius. §. cū filius. ff. de bonis lib. cū aliis. ut per eū.

Sed ego de iſta ſua determinatione dubito propter tex. notabilē iuncta glo. in l. fi. C. qui admitti. ubi agnitio bonorū poſſeſſio-nis facta per ſequentē in gradu intra tēpus primi qui eū prece-dit. & ſic ante tēpus cōgruū operatur effectū ſuū tēpore con-gruo nec eſt neceſſaria alia agnitio. quod exclamat ibi Roma-nus. & proprie in terminis ſupradicte queſtionis tenet hāc par-tem ibidē Saly. per illum tex. in fi. & in l. filio. §. contrat ab. ff. de inoſ. teſt. iuncta glo. in uer. peitulit. facit etiam bona glo. in c. fi. in glo. penul. de conſuet. lib. vi. dum uult quod iuniores canonici poſſint optare infra tempora primi & ualet optio ſe-quentium in euentum in quem antiquior non optabit. Et iſtam partem puto ueriorem per ſupradicta quam etiam diſputando tenuit Io. Cal. prout refert & ſequitur Egidius de bellamera

An valeat acceptatio ſecūdi ī data infra mēſem primi ſi prim⁹ nō acceptet.

Iuniores canonici pn̄t optare īfra tēp⁹ primi antiquioris

tiones huiuſmodi irritas et inanes cenſeri debere. uidelicet in fauorem ut dicebatur poſſeſſoris hoc eſt ita demum ſi ipſe opponat alias minime per rationes de quibus ſupra.

Ego etiam allegaui in illa cauſa et informando dominos tenui cõtrarium mouebar iſta ratione. nam ſucceſſor qui nunc nititur dare de regula non uenit ex iure ſui predeceſſoris ſimpliciter nec ex illius perſona. dicit ſe ius habere dicendo ille nõ potuit moleſtari nec ego debeo moleſtari ex quo eidem ſucceſſi quia ſic allegaret ius tertii quod regulariter eſt prohibitum .l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruitus uendicetur notatur in regula ſi quis in ius. per Bar. in .l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arc. et late in .l. qui cum herede. ff. de excep. rei iud. Sed nititur ex decreto Pape poſito in regula de triennali. inferendo per hoc quod impetratio aduerſarii obſtante decreto non ualuit ad quod facit bonus text. in .c. cum dilectus. de iurepatro. ubi .H. obtinuit eccleſiam contra Guil. ex eo quia facta fuerat ipſi Guil. collatio contra inhibitionem et reſeruationem legati intendentis prouidere cuidam nepoti ſuo. et ſic ex iſto capite obtinuit fundando ſe ſimpliciter in nullitate collationis non autem ex iure et perſona illius nepotis reſeruatiui. Non obſtat modo dicta .l. filio preterito in qua eſt principale fundamentum partis contrarie quia ibi expreſſe dicitur et ſtatuitur ut tunc demum teſtamentum in quo preteritur filius iam natus ſit nullum cum ipſe preteritus hoc dicere uoluerit. At in caſu premiſſo Papa decernit impetrationem nullam de beneficio per triennium pacifice poſſeſſo non diſtinguendo nec aliter declarando an uelit uel non uelit ipſe poſſeſſor, ideo generaliter eſt ipſum decretum intelligen-

Dare de iure tertii regulẽ ẽ prohibitum.

Reſponſio ad .l. filio preterito.

dum.l.i.§.generaliter.ff. de leg.preſtan.c. ſi Romanorũ.xix. di.cum ſimilibus.& iſte rationes aliquibus dominis placuerũt ſed adhuc ſub iudice lis eſt.et profecto militant etiam et ſtringunt contra concluſionẽ principalẽ et forte pars iſta obtineretur in pratice propter auctoritatem Oldra. conſil.cccvi.incip. quãuis pater Reuerẽ. etc. Quam partẽ etiam tenuerunt cõſulendo doct. Collegii Patauini ut habetur in conſiliis Car. numero.cv.ubi adducunt rationes pulcherrimas ad utranque partem non proſequor ulterius.et ideo credo quòd Rota que ſemper innititur equitati amplecteretur partẽ quã ſupra tenui quia altera pars ſapit rigorem iuris.iſta equitatem.que in dubio ſequenda eſt.l.placuit.C.de iud.et in.l. quod ſi epheſi.ff. de eo quod cer.loc. Qua equitate motus in ſimili dixit Io. mo. in.c.ſtatutum.de prebẽ.lib.vi.et refert Rota dec.dcccxxxiii. inci. cum ad collatiõem.in antiquis quòd ſi ordinarius confert beneficinm infra menſem quod fuit ſpecialiter impetratum cũ clauſula ĩhibitiõis et decreti.tenet ſua collatio ſi impetrãs nõ uult uti ſuis clauſulis et ſua gratia.et iſta ſufficiãt in iſta q̃one.

Secundo principaliter notandum eſt circa menſem datum ad acceptãdũ quòd ſi ĩpetrãtes ſunt diſparis date tũc quilibet habet integrũ mẽſem ad acceptãdũ ita ut durãte mẽſe dato primo impetrãti.ſecundus in data acceptare nõ põt et ſi acceptat acceptio et collatio eſt nulla propter decretũ appoſitũ in litteris primi ut deduxi in precedẽti q̃one late hoc firmat Oldr.cõſi. cxxxvii. incip.plures.

Expectãtes pares in data & fulminatiõe proceſſus oẽs hñt vnicum menſem.

Sed quãdo ſunt equales in data et in fulminatione proceſſus cum clauſula acceptãdi infra menſem tũc oẽs habẽt unicũ menſem ita quòd quilibet põt acceptare ſtatim beneficiũ uacans inclu

ſum in ſua gratia prout plene determinat Io.an.in addi. Spec. ſuper rub.de cõceſ.prebẽ.Idẽ tenet Io.Cal. approbãs opinionẽ zenzelini.in.d.cle.cũ ei quẽ.et ſequitur dom. cõſi.cxxxiii. inci.caſus talis ẽ in pe.col. pro qua cõcluſione facit bonus tex. in.c.fi.de cõſue.li.vi.ubi ad optãdũ dãtur tãtũmodo.xx.dies quotcunque ſint optare uolẽtes prout ẽt dixi ſupra in alio propoſito.ad idẽ facit.l.ii.§.fi.et.l.iiii. ĩ primo reſpõ.ff. de adult. ubi licet maritus ĩ accuſatione uxoris adultere preferatur aliis tamen tẽpus.lx.dierum currit ſimul ſibi et aliis accuſatoribus ſicut et alias.oĩbus qui uocantur ad ſucceſſionẽ pupilli currit annus ad petẽdum dari tutorẽ pupillo alias perdunt ius ſuccedẽdi.l.ſciãt.C.de leg.her.inducitur ẽt pro caſu dicta clem. cum ei quẽ.ubi mẽſis currit a tẽpore quo uacatio nota eſt in eccleſia et ſic tunc ſtatim currit omnibus.

Quid aũt ſi eſſent pares in data ſed diſpares in fulminatiõe proceſſus puto quod quilibet haberet menſem ad acceptãdum integrum de per ſe quia ex diſpoſitione regule Cancellarie ſunt diſpares et non pares.nam per illam diligentior in fulminatione proceſſus prefertur et ſic habet locum primum membrum. Diligẽtior in proceſſu prefert habenti eãdẽ datam.

Tertio principaliter pro declaratione dicti mẽſis dati ad acceptãdum queri põt quot dies debet habere dictus menſis.ad quod breuiter reſpõdeo ꝙ licet Bal.in.l.eos.§.fi.C.de appel.dicat ꝙ in materia indifferẽti appellatione mẽſis indiſtincte intelligitur de.xxx.diebus allegat.l.fi.in.§.fin.C.de iure delib.de quo etiã per Bar.in.l.cũ biſextus.ff.de uer.ſig.mihi tamẽ uerior uidetur doctrina gl.in.c.quã ſit in uer.menſem.de elect. li.vi.ubi dicit quod menſis datur electo ad conſentiendũ poſt electionem ſibi preſentatã tot dies habebit quot habuerit ille Quot dies habet menſis datus ad acceptãdũ.

in quo preſentata fuit electio. et ita dico in propoſito iſto ut iſte menſes habeat tot dies quot habuerit ille in quo uacauerit beneficiũ & ſi dies aliqui lapſi erãt ſupplẽtur de menſe ſequenti per dictã gl. quã ibi ſequitur Io. mo. & Arch. & Bar. in. d. l. cum biſextus. & ponit Alex. conſi. xlii. in. iii. uol.

Qñ incipit currere mẽſis ad acceptandum.

Quarto notãdum eſt quod dictus menſis incipit currere a tẽpore note publice uacationis in loco uel eccleſia beneficii uacãtis d. cle. i. in fi. quaſi ius interpretetur ĩpetrãtem nõ prius ſcire q̃ ſciatur in dictis locis. curret ergo dictus menſis ſi ĩpetrans ſciet uacationẽ anteq̃ ſciatur in dictis locis. quia nõ in certis ſed in incertis locus eſt cõiecturis. l. cõtinuus. §. cũ ita. ff. de uer. ob. quod tenet expreſſe Egidius de bellam. conclu. cccccLxxiiii. & eſt notãdum quod indubitãter hodie procedit propter clauſulã que ponitur in litteris. uidelicet infra unius menſis ſpaciũ poſtquã tibi uel eidem procuratori uacatio hmõi ĩnotuerit etc.

An expectans poſſit acceptare beneficium poſt mẽſem ſi adhuc uacat.

Quinto nõ eſt obmittendũ illud quod tenet Io. an. in dicta clem. cum ei quẽ et ſequitur Rota dec. cxcii. in antiquis quod expectãs nõ põt acceptare beneficiũ poſt menſem a tẽpore uacatiõis etiã ſi adhuc uacet et ſit res integra ſed huic concluſioni multũ obſtat tex. in. c. ſi tibi abſenti. in fi. de prebẽ. li. vi. ubi poſt terminum aſſignatũ ad conſentiendũ ſi res eſt integra licitũ ẽ cõſentire etiã ſi prius diſſenſiſſet ſm glo. ibi dũmodo iſto ultimo caſu cõferens maneat in eadẽ uoluntate per. c. licet de procu. ad idem bonus tex. in. l. mãcipiorũ. ff. de opt. legata per que iura tenet una deciſio in concluſionibus Egidii. quod creatus canonicus a Papa põt prebendã uacantem etiã poſt menſem acceptare ſi res eſt integra et eſt in ordine. dccxxxviii. incip. Canonicatus. et iſtã partem tenet Arch. in. c. dudũ. de preben. li. vi.

que de iure uidetur uerior per predicta. ſed prima poteſt procedere propter formã mandati que exacte attendenda eſt. c. cũ dilecta. de reſcrip. & in. l. diligenter. ff. mand. maxime in beneficialibus. c. cui de non. de preben. li. vi. ex quo. n. in litteris dicitur ꝙ infra menſem poſſit acceptare. certe poſt lapſum menſis negare uidetur arg. l. cũ pretor. ff. de iud. cũ ſi. preterea dato ꝙ poſt menſem re ĩtegra adhuc poſſet acceptare. tamen executor de eo ſibi prouidere nõ põt obſtãte forma mãdati ut ſupra et ita per iſtã rõnẽ ĩclinat Rota dec. xxxiiii. inci. nota quod ubi ĩpetrãs ĩ antiquis. et Egid. in dicta cõcluſiõe ſuperius allegata.

Sexto queritur an facta acceptatione infra menſem & ſic tẽpore congruo poſſit executor prouidere poſt menſem. et hoc circũſcripta regula cãcellarie quã poſtea ſubiiciã glo. in. d. cle. cũ ei quẽ in uer. ĩfra mẽſem ſentit ꝙ nõ poſſit. ibi dũ dicit. ita quod poſt mẽſem ex ui reſeruatiõis acceptari uel per executorẽ cõferri nõ poſſit. quã gl. ita ĩtelligit et ſequitur Car. ibi et multi alii quos ipſe refert idẽ tenuit et clarius ipſemet Car. cõſi. lxi. inci. ad primũ motus tali rõne. quia qualitas tẽporis adiecta acceptationi intelligitur repetita in collatione executoris cũ utrũque ſit ſub una oratiõe. l. fi. §. cui dulcia. ff. de uino tri. oleoque leg. et in. c. ſecũdo requirit ĩ prin. de appel. et iſtã partẽ ſuadet reſtrictio faciẽda ĩ talibus litteris beneficialibus. c. quãuis. cum uulg. ne ĩ perpetuũ ſtet collatio ĩ ſuſpẽſo in preiudiciũ eccleſie cui diuturna uacatio eſt damnoſa. c. quam ſit de electio. libro ſexto. Contrariam partem tenet Pau. in dicta clemen. unica. dicens quod menſis adiicitur reſeruationi. et acceptationi non collationi per executorem faciende. Idem uidetur tenere Io. Cal. conſi. xxxii. in titu. de conceſ. preben. mouetur quia exe-

cutor ſuccedit in locum Pape cui non eſt ſtatutus certus terminus nec currunt tempora ſibi ut notat Compo.in.c.capitulum.de reſcrip.& ponit glo.in clem.ſi de beneficio.in uer.ſed nunquid.de preben.Pro hac parte adduco bonum ſimile quia licet ſit prefixum tẽpus a iure preſentationi nõ tamẽ confirmationi imo nullũ tẽpus reperitur prefixũ a iure ad inſtituẽdũ ut dicit una dec.ccxii.inc.ſecundum oẽs.in nouis ubi adducitur ſimile de queſtione iſta.ſ.de acceptante infra mẽſem ſibi prefixum cui licet nõ prouideatur per executorẽ infra multa tempora poſtea.non propterea euaneſcit acceptatio quia ad prouidẽdum nullum tẽpus eſt prefixum executori ita formaliter dicit predicta deciſio.& tenẽdo hãc partẽ poſſet reſponderi ad rationẽ Cardinalis faciẽdo argumẽtum totum cõtrarium ſue rationi.quòd tempus menſis uideatur aſſignatum acceptationi & nõ collationi quod probatur ex ipſa proximitate uerborũ dicte clauſule.nã quotiẽs determinatio põt plura reſpicere debet tunc determinare potius uerbũ proximũ ꝙ remotũ.l.talis ſcriptura.ff.de leg.i.cum.l.ſeq.c.cum dilecti.de donat.& maxime ſecundũ Cal.in dicto cõſi.quãdo actus non ſunt cõnexi ſicut eſt acceptare per impetrãtẽ & cõferre per executorẽ qui actus ſunt diuerſi.cũ aũt proximũ uerbum appoſitioni menſis ſit acceptatio quia littera gratie dicit quod infra unius menſis ſpacium duxeris acceptandum.certe iſta determinatio menſis apponitur acceptationi tantum.unde nõ uidetur repetita in collatione executoris prout arguit Car.

Licet ſit prefixũ tẽpus preſentationi nõ tñ cõfirmationi ſeu inſtitutioni.

Ex quibus apparet quod iſta queſtio eſt multum dubia credo tamen quòd prima pars ſit uerior quia reperio quòd etiam Pape currit tempus ad conferendum ut probatur in.c.ſtatuta

An facta acceptatione infra mẽſẽ poſſit executor prouidere poſt menſem.

tum de preben.lib.vi.ubi dicitur quòd ſi Papa beneficia uacã tia in curia non confert infra menſem a die uacationis. illi ad quos collatio pertinet poterunt illa conferre multo fortius idẽ debet eſſe in executore.

Et licet dubium ſit an diſpoſitio dicti.c.ſtatutum. procedit hodie de conſuetudine et ſtilo curie ſecundum quem ſemel affectum ſemper durat affectum ut ponit Rota dec.dcc.& Lapp.al legatione.xcvi.incip.beneficia &c.tamen quicquid ſit de ſtilo uerum eſt de iure quod dixi. ad idem facit quia negligentia impetrantis corodit ſuam gratiam & facit expirare poteſtatẽ executoris ut probatur in.c.tibi qui de reſcrip.lib.vi.& in.c.ſi clericus primo reſpon.de preben.eo. lib.et ita per iſta iura te nuit Gaſp.de Cal.contrarius patri in hoc conſi.xxxiii.incip. infra quantum tẽpus inducendo dicta iura ut ibi per eum.

Et propterea ad omnem dubitationem tollendam cautum eſt ho die per regulam cancellarie quòd quicunque uigore gratiarum expectatiuarum acceptauerint quecunque beneficia etc.debeãt infra unius menſis ſpacium a tempore huiuſmodi acceptatio nis computandum de huiuſmodi beneficiis ſic acceptatis per ſuos executores uel ſubex. facere ſibi prouideri. alioquin etc. et põdero pro declaratione predicte regule et premiſſorũ quia ſatiſfactum eſt illi et eius diſpoſitioni ſi probetur ſola ĩductio in poſſeſſionem facta per executorem infra tempus requiſitum a regula licet aliter nõ probetur alia prouiſio ſeu collatio quia talis inductio habet uim prouiſionis ut concludunt domini de Rota dec.ccccxli.inci.fuit dubitatum.in nouiſ.ad quod ultra rationes eorum facit ratio quia inductio in poſſeſſionẽ eſt exe cutio et quoddam conſequens prouiſionis unde faciendo con

Inductio in poſſeſſionẽ facta p exe cutorẽ habet vĩ prouiſionis.

habeant ſpeciale mandatum ut dixi quod firmat dec.cccxxiii. incip.nota Paulus in antiquis.et alia.ccxcvii incip. purificatio in nouiſ.de quo etiam per Innocē.in.c.accedens.de preben.et ſequitur ibi Panor.ratio eſt quia coniunctio ſanguinis nō ſupplet ſpeciales defectus mandati ut in.l.pater.ff.de minor.bene uerum eſt quod huiuſmodi perſone poſſent acceptare ſine mandato ſed beneficiū ſeu ius in eo non quereretur expectanti niſi ratificaret infra tempus debitū per illud quod dicit glo.in.c. quā ſit de elec.lib.vi.que uult quod in iſtis ſpiritualibus pōt interuenire negociorū geſtorū ſed opus eſſet quod dominus qui ē principalis habeat ratū infra illud tēpus infra quod ipſe tenebatur declarare animū ſuū per.l.pe.ff.rē ra.hab. ꝙ ē notādū.

An cōiūcta pſona poſſit acceptare ſine mādato.

An autem laycus poſſit conſtitui procurator ad acceptandū tenet Io.an.in loco preallegato.quod ſic quē ſequitur ibi Panor.nā nō auctorizat in hoc caſu laycus nec ſibi aliquid acquiritur ſed trāſit iſtud ius ſpirituale in dominū ſicut aqua per canale lapideū.ego aſſigno aliam rationē quia acceptatio nil aliud eſt ꝙ̄ uolūtatis declaratio et iſtud cadit in laycū et quēlibet īcapacē prout eſt excōicatus qui pōt acceptare ſed nō facere ſibi prouideri ut tenēt dec.cxxvi.inci.nota quod excōicatus in antiquis nudū.n.conſenſum exprimit nōie alterius unde ſicut quis pōt cōtrahere tāquā procurator matrimoniū carnale cū illa cū qua nō poſſet ſuo nōie utputa clericus ita etiā dicēdū eſt in matrimonio ſpirituali.nam ualet arg.de carnali ad ſpirituale et ecōuerſo.c.ii.de tranſla.prela.cum aliis ſimilibus.

Laycus pōt cōſtitui procurator ad acceptādū.

Excōicatus pōt acceptare ſed non facere ſibi prouideri.

Ex quibus apparet ſm doc.in.d.§.quē ēt ꝙ licet laycus nō poſſit pro ſe acceptare beneficiū cuius tanꝙ̄ laycus nō ē capax.c.cū adeo.de reſcri.et notatur ī.c.ex frequētibus.de īſtitu.pōt tamē

acceptare pro alio et illi acquirit ex collatione executoris abſque aliqua ceſſione.a d quod facit quod notat Innoc.et doc.in c.quod ſicut.de elec.et in.c.poſtulaſti. de iure patr. de layco habente collationem prebendarum ex conceſſione Pape quia inueſtitus ab eo non conſequitur aliquid ſpiritualitatis ab illo ſed a confirmatore uel alio miniſtro eccleſiaſtico.

de layco habente collationē prebēdarum.

Septimo et ultimo pro declaratione iſtius clauſule que infra menſem etc.dubitatur utrum dicta clemen.unica.in.§.ſecus.habet locum in gratia que dicitur in forma pauperum ſequuta purificatione illorum uerborum quatenus de uita et conuerſatione etc.hoc eſt querere utrum ante purificationem ſint ligate manus ordinarii.In hoc dubio domini de Rota fuerunt uarii maior tamen pars tenuit quod ante purificationem poſſit ordinarius conferre quia decretum non ligat ante purificationem gratie licet in gratia ſit appoſitum certum tempus ut habetur in duabus deciſionibus una eſt in antiquis.cccl.incip.nota quod.§.alia in nouiſ.xcv.incipien.§.ſecus.Verior tamē uidetur opinio tenentium contrarium quod interim ſint ligate manus ordinarii dūmodo ſequatur poſtea purificatio tempore congruo et hoc ut decretum et appoſitio menſis aliquid operetur dicto.§.ſecus.Item quia ſequuta purificatione gratia et decretum retrotrahitur maxime ſibi eſt clauſula retrotractiua iuxta unam deciſionem quā in ſuperioribus deduxi.et hanc partem tenuit Ioā.de lig.in.c.propoſuit.de conceſ.prebende et Ioā.Cal.in dicta clem.unica.īmo plus tenet ibi card.quod ſi expectans in forma pauperum petiit infra menſem purificari conditionem ſue gratie et circa hoc fecit omnem diligentiam ſed per executorem ſtetit nihilominus dictus expectans nondum purificata

An diſpō.§.ſecus.habeat locum in gratia q̄ eſt ī forma pauperum.

ſua gratia

ſua gratia fecit acceptationem infra menſem ualet ſua acceptatio intantum quod lapſo menſe ordinarius conferre non poterit beneficium taliter acceptatum. quod dicit eſſe ſingulare & nouum. ſed de hoc eſt una dec. in terminis.cccxcv. incip. nota ſi impetrans.in antiquis.

Non ualet collatio ordinarii etiam poſt mēſem ſi non ſtetit p paupem purificare ſuā gratiā in tēpore.

Ex *quo apparet quod multo magis cenſentur ligate manus ordinarii infra menſem licet gratia nondum ſit purificata dummodo in tempore fiat eiuſdem purificatio & etiam poſtea caſu quo per expectantem non ſtetit ut ſupra & hoc puto uerisſimum quicquid dicat* Egidius *concluſione.ccclx. hec de clauſula infra menſem ſufficiant.*

C*ompetenti ordine in huiuſmodi litteris ſequitur clauſula diſtrictius inhibentes &c.ac decernentes ex nunc &c. iſte clauſule magnum effectum operantur quia ut dicit glo.in clem.prima. in uer.inhibentes de iure patr.ualent geſta contra mandatum* Pape *ſi fiant per eum qui alias circa illud quod mandatur habet iuriſdictionem & poteſtatem ex ſe licet contrafaciens ueniat puniendus ut in.c.dilectus filius.*G.*de preben.niſi in mādato & litteris* Pape *ſit appoſitum decretum cum inhibitione nam per hec ligantur manus illorum etiam ante preſentationē talium litterarum ut notatur in.c.ſi ſoli.de conceſ. prebendi. vi.de quo latius dixi in prima parte principali in antepenul. carta ut ibi.*

De clauſula diſtrictius inhibentes ac decernētes ex nunc &c.

S*ubſequenter dicitur in litteris expectatiuis in canonicum creatum ſtallo tibi in choro & loco in capitulo eiuſdem eccleſie cum dicti iuris plenitudine aſſignantes &c.iſta uerba (ut dixi in prima forma litterarum expectatiuarum) de iure includunt omnia iura canonicalia & precipue perceptionem quottidia*

de clauſula cū plenitudine iuris canonicalis

N

narum diſtributionum ſecundum dominum Ant. in.c.pro illorum.ad fi.de prebend. de conſuetudine tamen quaſi ubique ſeruatur contrarium quia creati in canonicos antequam aſſequantur prebendam intra numerum non participant de iuribus canonicalibus & uocantur canonici in herbis ſecundum dominos de Rota deciſ.ccccxlv.incip.ſi legatus in nouis cum aliis ut dixi in dicta prima forma.

Qui dicātur canonici in herbis

Sequitur poſtmodum alia clauſula. uidelicet inducentes te et defendētes inductum &c.iſta clauſula ideo apponitur quia ubicunque deputatur quis ad nudum miniſterium prout eſt inducere quem in poſſeſſionem appoſita iſta clauſula ſcilicet & defendentes inductum.cū alia que ſtatim in litteris ſequitur. uidelicet contradictores &c.poteſt talis executor in executione mandati exercere iuriſdictionem compeſcēdo contradictores quam non haberet ſine dictis clauſulis ſecundum Ioā.an.in.c. querenti.de offi.deleg.& ex hoc dicto Ioannes and.infert ad propoſitum notabiliter Panor.in.c.pro illorū.de prebē. quod deputatus ad ponēdum aliquem in poſſeſſionem non habet iuriſdictionen in contradictores nec poteſt eam exercere niſi apponantur huiuſmodi clauſule. & idem quādo deputatur quis ad conferendum.ſubiicit etiam ibidem Panor.quanto tēpore duret poteſtas iſtius clauſule defendas inductū &c. & refert quoſdam tenere quod durat ad inſtar poteſtatis conſeruatoris iuxta.c.fi.de offi.lega.lib.vi. & ſic quod claudatur anno. ſed Io.an.dicit ibidē quod audiuit curiā tenere quod ſi inductus in poſſeſſionē poſſedit aliquādiu pacifice tunc expirat eius poteſtas.quod ſatis placet Panor.ne preiudicetur poteſtati ordinarie arg.in.c.ad hec.de reſcrip.& .c.peruenit.xi.q.i.

de clauſula inducentes defendētes inductū itē cōtradictores &c.

Quāto tēpore durat ptās clauſule defendas īductū etc.

Tertio dicit ibidem Panor. ex mente glo. quod per iſtam clauſulam contradictores compeſcendo. datur iuriſdictio non ſolum inter partes ſed etiam contra extraneos contradicentes de facto ſecus ſi contradicant de iure. Quę uerba ponderanda ſunt ad duo. Primum eſt quia regulariter delegatus nō habet iuriſdictionem in extraneos turbantes partes niſi quando ſua iuriſdictio impeditur. c. i. de offic. ordi. & bona glo. in. c. non ſolum de appell. lib. vi. ſed uirtute huius clauſule poteſt ferre excōmunicationem in omnes extraneos etiam ut dixi. Secūdū eſt quia poteſt compeſcere contradicentes de facto ſecus ſi cōtradicant de iure. ad quod optime facit elegans conſiliū Old. lxxxi. incip. quod proceſſus. ubi concludit quod poſſeſſor beneficii non tenetur deſiſtere a poſſeſſione ad mandatum executoris ex quo non reſiſtit de facto ſed offert ſeparatum ſtare iuri. quia non debet ſine cauſe cognitione expelli a poſſeſſione. c. licet. de prebē. lib. vi. & in. l. fi. C. ſi per uim uel alio modo.

Per clauſulā contradictores ꝯtra quos datur iuriſdictio.

Poſſeſſor beneficij nō tenetur deſiſtere a poſſeſſione ſi uult ſtare iuri.

Ex quo infert Oldr. quod ſententia excōmunicationis etiam nominatim in eum lata non tenet nam executor non habet in eum poteſtatem nec aliquam iuriſdictionem niſi indebite contradicat certum eſt autem quod nolens poſſeſſionē ſine cauſe cognitione dimittere non dicitur indebite contradicere ut ibi latius per eum facit etiam ad hoc quod dicunt docto. in. c. in preſentia in. iiii. not. de probat. dum declarant quid importat quādo agitur ut quis ceſſet a moleſtatione nam intelligitur de moleſtatione facti & de facto non autem iuris bene facit dictum Bald. in. l. prima. in ſexta colum. C. de hiis que pene nomine. & quod conſuluit Petr. de ancha. conſi. lxxxvii. incipien. obmiſſo primo dubio etc.

Qn̄ agitur ut quis ceſſet a moleſtatione.

de clauſula amoto exinde quolibet illicito detētore.

Vlterius ſciendum eſt quòd in mandatis de prouidendo & in nouis prouiſionibus ultra predictas clauſulas conſueuit apponi clauſula amoto ex inde quolibet illicito detentore de qua habetur in.c.propoſuit.de conceſ.preben. & reſpicit beneficia uacantia.tandem operatur hunc effectũ ut poſſeſſio facti alias colorata non inualidat litteras neque gratiam.licet de tali poſſeſſione non ſit expreſſe facta mentio. nam ſatis uidetur facta mentio de poſſeſſione facti per iſtam clauſulam ſecundum Io. an.& Panor.in.c.cum noſtris.eodem titulo. & Card.conſi. xxxi.incip.Milleſimo.in fi.alias littere ſunt ſurrepticie ut ibi cum multis ſimilibus. Dicit tamen ibidem Panor. ex mente Lapi de caſtel. et Io.cal.quòd hoc procedit quando hec clauſula ponitur in litteris gratioſis ſecus ſi in litteris executorialibus uel in executione gratie quia ea que apponuntur in executione gratie non firmant gratiam aduerſus uitium ſurreptionis prout eſt caſus in clem.prima. de prebend. idem ſequitur domi. conſil.lxxxvi. et hoc eſt multum notandum ſecundum eundem Panor.quia hodie dicta clauſula communiter conſueuit apponi in fine litterarum in executione ipſius gratie conſequenter attenta diſpoſitione dicte clem.prime. de preben.non tollit uitiũ ſurreptionis circa coloratã facti alterius poſſeſſionẽ.

Clauſula q̄ apponit in executione gratie non firmat gratiã contra ſurreptionem.

Clauſula amoto &c. de q̄li poſſeſſore itel ligitur.

Ex quo ſequitur quod uirtute huius clauſule non poterit hodie executor amouere quem a poſſeſſione colorata niſi ſit merus intruſus ut quia ex collatione ordinarii poſſidet beneficium reſeruatum quo caſu non cenſetur habere titulũ ut ſentit domi. in.c.eum qui.de prebend.lib.vi.imo nec poſſeſſionem ſed nudam detentationem ut per dominos de Rota deciſ.lvi. incip. nota quòd ubi aliquis in antiquis.et hoc propter decretũ quod

Reſeruatio efficit titulũ īferioris et poſſeſſionem.

habet annexum ut dicit alia deciſ.ccccxxix.in antiquis.

Poſt predictas clauſulas ſequuntur clauſule non obſtantiarum generales & primo in gratiis expectatiuis in quibus dicitur non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus &c. per iſtas clauſulas generales derogatorias ſublata uel ſaltem dilata cenſentur ſtatuta contraria eccleſiarum ut puta actu ſacerdotium requirentia uel aliquid ſimile.ita quod expectans uel alias impetrans apoſtolicus poteſt huiuſmodi beneficia acceptare licet nō ſit i ſacerdotio conſtitutus dummodo ſit in tali etate quòd infra annum poſſit promoueri in ſacerdotem prout in terminis firmant domini de Rota deciſ.cccclxvi.incip. nota quòd ſtatuta in antiquis per.c. ei cui. de preben.lib.vi. cum ibi notatis per Io.an.& per eundem in.c.ſi pro clericis pauperibus. eodē titulo & libro dicunt tamen domini. in dicta deciſione quòd clauſule predicte non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in ſuo teſtamento quia ſicut Papa non uult preiudicare in preſentatione patronis ita nec in tollendo ordinationem uel ultimam uoluntatem eorūdem arg.c.cum dilectus.cum ibi notatis.de iurepatr. Quam concluſionem intelligit procedere Compillator deciſionum in nouis deciſ.tertia incipiē.ſi ſtatutum &c.in ſtatutis ſeu ordinationibus laycorū ne retrahantur a fundatione & dotatione beneficiorum. ſecus in ordinationibus clericorum quibus Papa uult & poteſt leuius preiudicare iuxta notata in dicto.c.cum dilectus.&.vi.q.i.c.decernimus. ſubiicit in fine predicta deciſio.iii. quòd huiuſmodi clauſule non obſtantium quāuis tollant impedientia gratiam puta uiciū ſurreptionis defectum tamen ſeu inhabilitatem perſone non remouent nec diſpenſationem contra ius commune inducunt

De clauſulis generalibus nō obſtan.

Per clauſulas derogatorias generales nō tollūtur ordinatiōes fundatorū ſi illi ſūt layci.

Per clauſulas generales nō intendit papa in dubio cōtra ius cōe diſpenſare.

contra quod ius cōmune Papa in dubio per tales clauſulas nō intendit diſpenſare ut notatur per Io.mo.in.c.cum aliquibus. de reſcrip.lib.vi.cum aliis ut ibi.

De clauſula cōtrariis quibuſcunque.

Poſt dicta uerba generalia ſequuntur alia uerba magis uniuerſalia.uidelicet contrariis quibuſcunque & debet repeti illud uerbum non obſtantibus ut in.c.cum non deceat.& in.c.quia ſepe de elec.libro ſexto.iſta uerba magis reſpiciunt conſuetudines & ſtatuta eccleſiarum ꝙ̃ uerba precedentia que tollunt uel magis differunt conſtitutiones & ordinationes apoſtolicas prout patet ad ſenſum propter huiuſmodi clauſulas cōſuluit Old. conſi.cxvii.incip.bone memorie.quòd ſtudētes Rome poſſunt percipere fructus beneficiorum ſuorū non obſtante ſtatuto eccleſie quo cauetur quòd per annū debeāt facere reſidētiā quia illud ſtatutū intelligitur ſublatū per huiuſmodi clauſulas generales non obſtantibus contrariis quibuſcūque.et ratio ē quia generalis clauſula quantū ad cōprehēſa ſub ipſa ſic ſingula cōplectitur ac ſi eſſent ſpecialiter enumerata.l.ſi chorus.in prin. ff.de leg.iii.et hoc indicat uerbū uniuerſale quibuſcūque.l.hoc articulo.ff.de her.inſtit.& in.l.ſi creditores.C.de pact.plus dicit Card.conſi.xxv.ad finem.incipiē.in dei nomine amē.in cauſa & queſtione.quod clauſula non obſtantibus tollit iuramentū & penā & quicquid obſtat in contrarium caſus eſt de iuramēto in.c.cum aliquibus.de reſcrip.lib.vi.& de pena etiā eſt caſus ibidem iuncta glo.ſuper uerbo firmitate alia.& glo. dicit puta uinculo pene.ſed ſalua pace tanti uiri contrarium ē uerius ut tenet glo.ordinaria in.c.cum non deceat ſuper uerb. effectus.ſuperius allegato.que dicit quod ex generali non obſtantia conſtitutionum non tolluntur conſtitutiones iuramento

Clauſula nō obſtātibus nō tollit iuramētū neque cōfirmationē niſi aliud dicatur expreſſe.

firmate ſimilis glo. in clemē. dudum. in uer. pacta. de ſepul. que dicit quod generalis non obſtantia pactorum non tollit pacta & conuentiones modo aliquo firmatas. & iſtas glo. exclamat ad hoc Romanus conſil. cccxciii. incip. preſens conſultatio. & conſi. cccciiii. & alio. ccccxxxvi. facit quod ponit Egidius cō cluſione. cccccxxxiiii. incip. ſi Papa. dum dicit quod generalis non obſtantia ſententiarum non tollit ſententiam latam de expreſſo conſenſu Pape quia aliud eſt ſimplex ſentētia aliud ſententia talis per dictas glo. Non obſtat tex. allegatus per Car. in dicto. c. cum aliquibus. quia ibi expreſſe in non obſtantiis ſit mentio de iuramento et confirmatione apoſtolica. dum dicitur non obſtantibus eiuſdem eccleſie priuilegiis conſuetudinibus uel ſtatutis iuramento confirmatione apoſtolica uel quacunque firmitate alia roboratis. et ſic innuit quod neceſſarium eſt de hiis mentionem expreſſam facere. Hoc idem tenet domi. cōſi. lxv. in fi. colum. et alio conſilio. lxxxiii. in prima columna. et ita ſeruatur et practicatur in gratiis expectatiuis in quibus expreſſe apponuntur predicta uerba de quibus in dicto . c. cum aliquibus. ergo ſine illis non intelligeretur derogatum ſtatutis et conſtitutionibus iuratis uel per ſedem apoſtolicam confirmatis alias fruſtra membranas occuparent capitulo ſi Romanorum. xix. diſtin. et bona gloſ. in capitulo ſolite. de maio. et obedien.

Ad. c. cum aliquib⁹ de reſcrip. li. vi.

Vltra predictas clauſulas nō obſtātiarū generales. cōſueuit derogari in ſpecie quibuſdā ſtatutis et cōſuetudinibus et precipue in expectatiuis que fiunt in canonicū creatū. primo dū dicitur. Ac de certo canonicorum numero. Iſta clauſula ideo in litteris apponitur quia non eſt de intentione Pape prouidere alis

De clauſula non obſtan. certo canonicorū numero.

cui in eccleſia numerata non facta mentione de numero nec in- tendit in dubio frangere numerum niſi dicat non obſtan. cer- to canonicorũ numero ut probatur in. c. conſtitutus. de reſcrip.

Caſus ĩ qui bus de nu- mero cano- nicorũ nõ ẽ neceſſe fac- re mẽtionẽ

Ex quo ſequitur quòd ſi canonicatus uacat de preſenti uel ſi Pa- pa mandet prouideri de primo uacaturo iſtis caſibus nõ eſt ne- ceſſe apponere iſtam clauſulam nec facere mentionem de nu- mero canonicorum quia neutro caſu frangitur numerus ſecun- dum docto. in dicto. c. conſtitutus. quicquid dicat ibi Compo- ſtel. quod eſt notabile et ſeruatur de ſtillo.

de clauſula ðrogatoria ſtatutis & cõſuetudini optandi.

Inſuper derogatur ſtatutis et conſuetudinibus de optando quibus cauetur quòd uacantibus canonicatibus et prebendis pinguio- ribus antiquiores canonici pinguiores prebendas ſic uacantes optare poſſint iſta clauſula ponitur ad tollendum diſpoſitionẽ c. ſi. de conſuet. lib. vi. ubi dicitur quòd per reſcriptum apoſto- licum quo prebenda primo uacatura mandatur alicui prouide- ri laudabilis illius eccleſie cõſuetudo nõ tollitur hinc ẽ quod ſi ibidem eſt conſuetudo quod antiquiores Canonici uacantes prebendas poſſint optare gradatim non obſtante reſcripto et mandato apoſtolico poſſunt antiquiores uacantem optare pre- bendam niſi conſuetudini prefate et ſimiliter ſtatuto deroge- tur ut ſupra.

Qñ opus ẽ ðrogare cõ ſuetudini ð optando.

Que derogatio neceſſaria eſt eo caſu quando mandatur prouideri de prebenda pinguiori. dicendo prebẽdã uero etiam ex pinguioribus etc. nec iſto caſu ſufficeret gene- ralis derogatio ſtatutorum et conſuetudinum ut ponit una de- ciſio. ccc. incip. ſi mandetur. in nouis quia gratia impetrantis in prebenda non optata ſuum non poſſet ſortiri effectum ex quo expreſſe mandatur de maiori prebenda prouideri unde illam minorẽ non optatam habere non poſſet propter. c. cui de nõ. de

prebendis lib.vi.minus poſſet habere pinguiorem ſi ad illã ue nitur tantum per optionẽ et conſuetudinem cui per illas clauſulas generales non derogatur ideo ut in principio dixi opus eſt illis in ſpecie derogare.quod procedit etiam ſi gratia ſit facta motu proprio ſecundum docto.ibi.et ponit domi.de ſanto Gemi.conſilio centeſimoquarto.

Ceſſat tamen optio et talis conſuetudo in prebendis uacantibus apud ſedem ut dicit tex. in dicto.c. cum in tua ex quo libera earum diſpoſitio.de iure cõmuni ſpectat ad Papam.c.licet. de preben. eodem lib. nec eſt opus tunc ſpecialiter derogare dicte conſuetudini de optando ſed ſufficit generalis derogatio ſtatutorum et conſuetudinum que tali caſu extenditur ad ſtatuta etiam iurata ſecundum Rotam in titulo de reſcrip. deciſ.xii.incip.nota ſi aliquod in antiquis.

In vacãtib' apud ſedẽ non ẽ opus ſpecialiter derogare ſtatutis iuratis.

Ceſſat ſimiliter optio in prebendis et beneficiis qualitercunque reſeruatis non tantũ reſeruatione generali clauſa in corpore iuris ut ſtatim dixi ſed generaliter in omnibus ut ponit deciſ.Rote ccxix.incip.nota quod ſecundum.in antiquis.

Eodẽ mõ ſicut prebẽda uacans in curia nõ põt optari ut ſupra ita nec etiã fructus groſſi obtẽti per canonicũ in curia defunctum etiã ſi illi groſſi fructus redeant ad capitulũ.ut uult alia deciſ. ccxcvi.incipien.ſicut canonicatus in nouis.

Cõſuetudo optãdi non cadit in bñficiis qualitercũque reſeruatis nec in fructibus groſſis ſecũdũ rotã.

Aduertẽdũ tamẽ eſt quod licet predicte deciſiões uideãtur uelle quod cõſuetudo de optãdo nõ habeat locũ generaliter ĩ oĩbus qualitercũque reſeruatis. melius tamẽ in hoc diſtinguit Car. cõſi.xvi.incip.dominus Papa ubi dicit quod aut papa facit reſeruationẽ generalẽ beneficiorũ ſicut aliquãdo fit et tũc in totũ ſublata ẽ optio ſiue per ſe cõferat ſiue mãdet cõferri. aliquãdo

An & qñ in reſeruatis habeat locũ optio.

facit reſeruationem ſpecialem. et tunc ſi illa ſit facta motu proprio. et idē eſt dicēdum ſcilicet quod nō habet locū optio intelligendo tamē utrūque caſum quod in litteris ſit clauſula ſaltē generalis. uidelicet nō obſtātibus ſtatutis et cōſuetudinibus etc. alias nō intelligeretur tollere cōſuetudines particulariū locorū niſi hoc exprimeret. c. i. de cōſtitu. lib. vi. Si uero reſeruatio ſpecialis nō ſit facta motu proprio. et tunc niſi apponatur clauſula ſpecialis per quā in ſpecie derogatur cōſuetudini de optando habet locū optio argu. c. quāuis. et. c. ſi propter tua de reſcrip. li. vi. et. c. cū in eccleſia. de prebē. eo. lib. Hanc diſtinctionē ſequuntur moderni in dicto. c. cū in tua. in. §. in prebēdis aſſignātes rōnē iſtius ultimi mēbri quādo reſeruatio nō ſit motu proprio ſed ad petitionē alterius ut ſit locus optioni quia tūc talis gratia procedit de radice ambitiōis. c. ꝗuis. de preb. li. vi.

An aūt ualeat cōſuetudo cōtra predicta. ſcilicet de optādo prebēdas ſpecialiter reſeruatas etiam motu proprio uel uacantes in curia ponit Cald. cōſi. iii. in titulo. de conſue. ut ibi per eum.

An valet cōſuetudo de optādo prebendas vacantes ī curia.

Poſt hec in litteris dicitur. Aut ſi aliqui apoſtolica uel quauis alia auctoritate in dicta eccleſia in canonicos ſint recepti uel ut recipiantur inſiſtant. aut alias ſimilia beneficia expectent etc. Iſta clauſula ponitur ad tollendum diſpoſitionem. c. mandatum. de reſcrip. ubi dicitur quod ceſſantibus clauſulis in dubio Papa non intendit grauare eandem eccleſiam ſeu eundem collatorem ſuper prouiſione duorum. imo a principio Papa nō ſcribebat pro aliquo beneficiando ut dicit ibi Panor. et dixi ego in principio iſtius operis unde in uolumine decreti non reperiatur huiuſmodi gratias unquam fuiſſe conceſſas cum tendant in graue preiudicium ordinariorum arg. c. ecce. xc. di. et in. c.

Ad. c. mandatū. de reſcrip.

peruenit.xi.queſtione.i.Poſtmodum incepit eas concedere cū moderamine tamen ut in.c.conſtitutus.et.c.ex inſinuatione.de reſcrip.et ideo quando ſcribebat pro ſecundo apponebat illam clauſulam ſi pro alio non ſcripſimus.quia ut dixi non intendebat grauare eandem eccleſiam pluribus prout in ſimili dicitur in l.ticia.§. qui inuita.ff. de lega.ii. non eſſe uerisſimile quod pater uoluerit grauare filium duplici onere. Hodie ſummi Pont.non habent hunc reſpectum imo indifferenter quāpluribus concedunt litteras expectatiuas ad eundem collatorem et ad tollendum antiquum ſtilum et conſuetudinem curie de non grauando eundem pluribus apponunt in litteris hanc clauſulam aut ſi aliqui et c.et eſt notādum quia cum miſterio dicūtur illa uerba ſint recepti uel ut recipiantur inſiſtant.ad tollendas opiniones glo.Hoſt.et docto.in dicto.c. mandatum. diſtinguentium utrum tempore ſecundarum litterarū prima gratia pēdeat uel iā ſit executioni mandata ut primo caſu nō ualeāt ſecūde littere niſi ſit appoſita predicta clauſula.perquā cōſtet quod Papa uelit grauare eccleſiā in pluribus.ſecūdo caſu minime arg.l.ii.in fine.iūcta.l.nō tātū.in prin.ff.de excu.tu.nā in.l.ii.dicitur ꝙ habēs tres tutellas non debet onerari quarta ſubditur ī.l.nō tātū hoc eē uerū ſi prime tres pēdēt ſecus ſi ſūt finite.et ſic probatur ibi ꝙ onus iā finitū non habetur amplius pro onere ergo idē in propoſito finita prima gratia et executa nō pōt allegari pro onere cōtra ſecūdū impetrātē. Que diſtinctio ē ſatis iuridica licet aliqui eā ipugnēt et propterea ad oēm dubitationē tollēdā apponuntur predicta uerba que comprehendunt et gratiā finitā ſiue executā et adhuc pendentē quod clarius declaratur circa finem litterarum dum dicitur.

De clauſula aut ſi aliqui &c.

Onus iā finitū nō habetur amplius pro onere.

De clauſula ſeu ſi hodie pro alio uel aliis &c.

Seu ſi hodie pro alio uel aliis ſuper equali uel equalibus gratia ſeu gratiis in dicta eccleſia nec non de ſimili beneficio litteras duxerimus concedēdas. Nos.n.tā illas ꝙ preſentes effectum ſortiri uolumus quacūque cōſtitutione apoſtolica cōtraria non obſtante &c.per que uerba manifeſte apparet de intētione & uoluntate Pape uolētis & intendētis grauare eandem eccleſiā & eundē collatorē ſuper prouiſione plurium. & ideo bene dicit Panor.in dicto.c.mandatum quod hodie poſſunt ordinarii multum conqueri cum ex reſeruationibus ſummipontificis et ex litteris expectatiuis ius conferendi ſit quaſi abdicatum ab ipſis ordinariis. Sed certe ſi bene conſideretur hec materia non habent de quo conquerantur quia Papa concedendo reſeruationes et gratias expectatiuas utitur iure ſuo cū ſit ordinarius ordinariorum.c.cuncta per mundum.ix.q.iii.et cū omni prelato concurrit in iuriſdictione et poteſtate ut notat Ioan.mona.in.c.ſi eo tempore.de electio.lib.vi. et Bald.in.c. primo.qui feud.dare poſſunt in uſibus feudorum.in princ.maxime quia reſeruauit ipſis ordinariis quattuor menſes ad conferendum et multi habent alternatiuas et ſic non excluduntur a iure conferendi in totum prout latius dixi in principio operis.

Papa cū oī prelato cōcurrit in iuriſdictione & ptāte.

Deinde ſequitur alia clauſula. uidelicet ſeu ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciēdis etc.per iſtā clauſulā dat Papa antelationem expectāti ut preferatur quo ad aſſecutionē beneficiorū cadētiū in ſua gratia oībus aliis habētibus ſimiles gratias in illa eccleſia a quocūque quibus omnibus preterquā auctoritate ſua ibidē in canonicos receptis aut alia beneficia in illa eccleſia expectantibus uult illum pro quo ſcribit anteferri dictis gratiis

ſaluis

ſaluis manentibus quo ad aſſecutionem aliorum beneficiorum. Ex quibus uerbis ſuſpendit interim gratias ab aliis conceſſas et preſeruat illas quas ipſemet Pontifex ibidem iam aliis expectantibus conceſſit ad quos non extenditur clauſula anteferri quaſi eos relinquat in diſpoſitione iuris cōmunis ſcilicet ut prior in data alteri preferatur. et ſi ſunt pares in data tunc prefertur diligentior in proceſſu iuxta.c. duobus cum ibi notatis per doct. de reſcrip.lib.vi. et ponit deciſ. Rote.ccccciii.incip. nota ſi unus in antiquis exceptis pauperibus expectantibus qui preferūtur diligētioribus in proceſſu quo ad beneficia ſimplicia prout latius dicā in ultima parte principali circa prerogatiuas

de clauſula quibus oīb⁹ preterquā auctoritate noſtra etc.

Paupes expectātes ꝓferūtur diligētiorib⁹ in proceſſu

Dictas autem gratias ab aliis conceſſas ſuſpendit etiam ſi per eas ad inhibitionem reſeruationem et decretum uel alias quomodolibet ſit proceſſum. per iſta uerba ultima credo quòd includatur etiam acceptatio citra tamen prouiſionem ſubſequutam et ſit ſenſus ut iſte expectans pro quo ſic ſcribitur preferatur aliis habentibus gratias ibidem ſedis apoſtolice uel legatorum etiam ſi illi prius acceptaſſent ꝙ iſte dummodo prouiſio nō ſit ſubſequuta quod ſic probatur. nā per ſolam acceptationē queritur tantūmodo ius ad rē ut probatur in.c. quodam. de preb. lib.vi. conſtat autem quòd per clauſulam anteferri poſterior prefertur priori habenti ſolum ius ad rē ut ibi ponit una deciſ. in antiquioribus que incip. unus innocen. de quo latius dixi ſupra in prima parte circa primā formā mādati de prouidēdo.

de clauſula anteferri remiſſiue.

Subſequenter in litteris dicitur. Seu ſi Epiſcopis Archidiaconis etc. a dicta ſit ſede indultum quòd ad receptionē etc. minime teneantur et ad id compelli non poſſint. per iſta uerba apparet quòd nunquam ligantur manus Pape per quecunque indulta et

de clauſula ſeu ſi epiſcopis &c.

Papa nunquã ligat ſibi manus

priuilegia ſua uel ſuorum predeceſſorum ut probatur in.c.dudum.et.c.quãuis.ii.de prebẽ.lib.vi.quia nemo poteſt ſibi legẽ imponere a qua non liceat recedere.l.pe.ff. de pac.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.iii. et ideo quecunque et qualiacunque uerba dicat ſummus Pont.in ſuis priuilegiis uel conſtitutionibus aut quãcunque poteſtatem dat alicui. nihilominus maiorẽ retinet penes ſe ad totum illud caſſandum uel limitandum.et idem ut dixi quo ad priuilegia et conſtitutiones ſuorum predeceſſorum qui non poſſunt ſucceſſoribus legem imponere pati poſt ſe imo eadem poteſtate functuris cũ par in parẽ non habeat imperium ut dicit text.formalis in.c. innotuit. de elec.facit.l.ille a quo.§.tẽpeſtiuum.ff.ad trebel.et bonus tex. in.c.ſi.in ultimis uerbis.de reſcrip.lib.vi.

De tenore exprimẽdo ꝗ verbo ad verbum.

Derogat ergo per iſta uerba omnibus priuilegiis et indultis in cõtrarium facientibus etiam ſi eſſent talia de quibus ac toto eorum tenore plenam et expreſſam ac de uerbo ad uerbum oporteret facere mentionẽ et qualibet alia dicte ſedis apoſtolice indulgẽtia non obſtante de qua eiuſque toto tenore habẽda ſit in litteris mentio ſpecialis iſta uerba apponuntur ad tollẽdam ſurreptionẽ et defectum intẽtionis Pape ut probatur in c.cum ordinẽ.de reſcrip.ubi per reſcriptum non tollitur priuilegium ciſterſiẽſium niſi in reſcripto fiat mẽtio de illo ordine. et ſic requiritur mẽtio ſingularis prout apparet ex uerbis premiſſis dum in principio huius clauſule dicitur ſeu ſi epiſcopis Archidiaconis Archipresbitero prepoſito capitulo et perſonis prefatis uel quibuſuis aliis ſit indultũ quod ad receptionẽ etc. per que uerba ut dixi ſit ſpecialis et ſingularis mẽtio alias non ſufficerent uerba ſequẽtia quantũcunque ſint generalia et pre

gnantia iuxta doctrinam Inno. in.c.ſignificantibus.de offi.de leg.ubi notabiliter dicit quod reſcriptum impetratum contra miſerabilē perſonam non ualet niſi expreſſe de miſeria ipſius faciat mētionem.per hoc etiam facit quod notat Cy.in.l.una C.quando imperator inter pup.et uid.ubi dicit quod ſi monialibus aliquibus conceſſum eſt priuilegium quod non teneātur ad collectas non tenentur ad procurationes Cardinalium etiam ſi habeant priuilegium quod poſſint imponere collectas non obſtante aliquo priuilegio quāuis in priuilegio Card. dicatur quod Papa intendit derogare cuicūque priuilegio in cōtrarium facienti quāquā de ipſo deberet fieri mentio ſpecialis talis enim mentio nō ſufficit quia debet fieri mentio ſpecialis. quod dictum procedit ſecundum Cardi.conſil.cxxxvi.incip. factum ſic ſe habet in quinta col.quādo in priuilegio monialiū eſſet clauſula quod non teneātur ad procurationes niſi fiat de ipſarum ordine mentio ſpecialis.et ſubiicit ibidem exemplum magis clarum ex mente Guil.de monte laud. in clemen.dudum.uerſi.nos. etenim de ſepul.ubi dicit quod per litteras impetratas a Papa ſuper beneficio non derogatur priuilegio cluniacenſium per quod eis conceditur quod non teneantur recipere impetrantes apoſtolicos niſi de ordine cluniacēſi uel de eorum indulto in litteris fiat mētio.et hoc etiam ſi in litteris impetratis ſit clauſula nō obſtantibus etc. ſiue qualibet alia dicte ſedis indulgētia cuiuſcūque tenoris etiā de qua opporteat fieri mentio ſpecialis. Ratio omniū premiſſorū eſt quia ſi ſecus diceretur priuilegium primum eſſet nullius roboris quod non eſt dicendū.adducit quedā alia Car.in dicto conſi.ut per eū. Credo tamē quod ſtātibus talibus priuilegiis ſufficit de ipſis

Qñ dicitur ſpecialiter de priuilegio fcā mētio.

Sufficit de priuilegio derogatorio facere mētionem aſſertiue.

facere mentionē ſpecificam et ſingularē aſſertiue licet non fiat diſpoſitiue arg.c.primi cum ibi nota.de conſti.lib.vi.

Clauſula de preſtando iuramento ſup obſeruatione ſtatutorū eccleſie.

Sequitur in litteris alia clauſula.uidelicet ſeu ſi preſens non fuerit ad preſtandum de obſeruandis ſtatutis et conſuetudinibus eccleſie ſeu eccleſiarum predictarum ſolita iuramenta etc.per iſta uerba datur intelligi quod iſte actus hoc eſt preſtare iuramētum ſuper obſeruantia ſtatutorum requirit mandatum ſpeciale prout apertius probant uerba que ſequuntur.ſcilicet dū modo in abſentia tua per procuratorē idoneū ideſt habētē ad hoc ſpeciale mādatum prout ego intelligo arg.l.ſi mādato.§.ultimo.ff.mand.et in.c.ex parte iuncta glo.in uer.ſufficiēs.de uer.ſig.iuncta.l.ſancimus.C.eodē tit.in quibus iuribus habeatur.ꝙ nomine cautionis regulariter ſola promiſſio intelligitur ſed cū adiicitur idonea intelligimus fideiuſſores uel pignora.

Idonea cautio.& idoneus procurator quō accipitur.

Pari modo intelligo procuratorē idoneum in hoc caſu hoc ē habētem ſpeciale mandatum.ſicut et alias dicitur quod ad acceptādum beneficium pro abſente requiritur ſpeciale mādatum iuxta glo.tritam in clem.unica.in uer.abſenti.de conceſ.preben.nec ſufficit procurator generalis aut etiam coniuncta perſona ut ponunt doc.in.c.accedēs.de prebē.et Rota deciſ.cccxxiii.incip.notat Paulus.in antiquis facit tex.in.c.fi.de iur.cal.

Debet ergo habere talis procurator ſpeciale mandatum iurandi corporaliter in animam conſtituentis ſuper obſeruatione etc.arg.tex.optimi in.c.procurator.de elec.lib.vi.

Sed ad hoc ē aduertēdum quia ex forma litterarum arctatur impetrans cum ad eccleſiam ſeu eccleſias ipſas acceſſerit corporaliter preſtare huiuſmodi iuramētum de obſeruandis ſtatutis et conſuetudinibus non obſtante quod in abſentia per idoneū

procuratorē

procuratorem illud preſtiterit ut probantur illa uerba que in litteris dicuntur. dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum. & cum ad eccleſias ipſas acceſſeris corporaliter illa preſtes. & ſic requiritur utrunque ut denotat natura copule. l. ſi heredi plures. ff. de condi. inſtit. cum aliis iuribus tritis & uulgaribus ad hoc.

Penultimo in huiuſmodi gratiis expectatiuis cõſueuit apponi hec clauſula. uolumus autem quòd quãprimum alicuius dignitatis perſonatus aut cum cura adminiſtrationis uel officii ſeu curati beneficii uigore preſentium poſſeſſionem pacifice fueris aſſecutus eedem preſentes littere & proceſſus habiti per eaſdem & inde ſecuta quecunque quo ad reliquum illi incompatibile ſint caſſa & irrita nulliuſque roboris uel momenti. Clauſula volumus aũt ꝙ q̃primũ &c.

Pro cuius declaratione ſciendum eſt quod iſta clauſula ponitur ſolum & dũtaxat quando in duabus collationibus datur dignitas perſonatus adminiſtratio cum cura uel officium aut beneficium curatum & creatur canonicus aliter non. & hoc quia pluralitas predictorum eſt incompatibilis ſine diſpenſatione. c. de multa. de preben. iuncto. c. i. de conſue. lib. vi. Item ponitur ad hunc effectum quia licet detur gratia ad duo incompatibilia per hoc non cenſetur diſpenſatum ſuper retentione utriuſque. c. non poteſt. §. cum uero. de prebẽ. lib. vi. imo in hoc plus diſponitur per iſtam clauſulam ꝙ per ius cõmune quia adepto pacifice primo incompatibili expirat gratia quo ad aſſecutionem ſecundi conſequenter nedum prohibetur retentio utriuſque prout de iure cõmuni ſed etiam aſſecutio. et ideo apparet quòd non ſtat ſine uirtute operandi licet prima facie uideatur ſonare idem quod ius cõmune iuxta iura uulg. Quid opat clauſula volumus autẽ vltra ius cõmune.

O

Solet etiam poni hec clauſula quando obtinenti eccleſiam parrochialem datur gratia ad aliud incompatibile dicendo in hunc modum uolumus autem quod quãprimũ uigore preſentiũ dignitatem perſonatum aut officium uel beneficium curatũ fueris pacifice aſſecutus dictam parrochialem eccleſiam quam ut prefertur obtines & quã ex nunc uacare decernimus omnino dimittere tenearis iſta uerba bene concordant cum diſpoſitione iuris cõmunis maxime cũ conſtitutione execrabilis Io.xxii. & exprimuntur ad maiorẽ declarationem. & ideo illa uerba quã ex nunc uacare decernimus debent intelligi.ſ. poſt pacificam aſſecutionem ſecũdi non autẽ quod uacet ſtatim de preſenti ſed in euentũ pacifice aſſecutionis ſecundi prout de iure.

Clauſula. quã ex nũc vacare decernimus.

Vltimo dicitur. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. cominatur per hanc clauſulam Papa omnibus qui auſi fuerint contradicere litteris ſuis ſine iuſta & rationabili cauſa ut probant illa uerba que ſequuntur. uidelicet infringere & ei auſu temerario contraire. Ex quo patet quod ſi quis contradiceret & ſe opponeret de iure & non de facto talis nõ comprehenderetur ſub iſta clauſula iuxta notata per docto. in.c. in preſentia in iiii.not.de probat.cum aliis que latius deduxi ſupra declarando clauſulã contradictores compeſcendo.bene facit quod eleganter ſcribit Oldr.conſi.cxxxvi.incip.quod ex productis.in fi.col.ubi dicit quod inhibitio nõ impedit ea que ſunt iuris ſed ea que ſunt facti ideſt prohibet ſolum ea que de facto fiunt nõ autem que iuris ſunt et de iure fiunt allegat.l.fi.ff.quod quiſque iuris.& quod notat Inno.in.c.ueniens.de preſcr.

De clauſula nulli ergo oĩo hominũ &c.

Inhibitio nõ impedit ea que de iure fiunt.

Effectus autem huius cominationis ſubiicitur per illa uerba que ſequuntur. uidelicet ſi quis autem hoc attẽptare preſumpſerit

O

indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. iſta clauſula importat quatenus uerbum ipſum ſonat quia Deus & eius Apoſtoli indignati ex hoc facto non exhibebunt ſe gratioſos, ut dicit Barto. in extrauaganti qui ſint rebelles in uer. indignationem noſtram.

De clauſula indignatione omni potētis dei &c.

Ex quo ſequitur quod contradicens & ſe opponēs ſine iuſta cauſa litteris & mandato Pape peccat mortaliter prout innuunt predicta uerba. quia ſi Deus illi indignatur & iraſcitur ergo peccat mortaliter iuxta illud Pſalmiſte iniquos odio habui facit c. odio. lxxxvi. di. et ad principale dictum bonus tex. in. c. ii. de ma. et obe. ibi dum dicit in libro Regum legitur qui non obedierit principi. et gloſa exponit ideſt Pape morte moriatur id eſt mortaliter peccat. nam debet ei reuerenter parere ut dicit tex. in. c. ſi quando. de reſcrip. Bald. tamen in. c. i. §. porro ii. col. que ſit prima cauſa benefi. amit. dicit quod iſta uerba in litteris Pape ſignificant priuationem beneficiorum. ſed mihi magis placet dictum Bar. de quo ſupra. Hec de clauſulis principalioribus gratiarum expectatiuarum dicta ſufficiant.

Sunt et alie quedam clauſule que ſecundum diuerſitatem caſuū et occurrentium negotiorum in litteris apoſtolicis apponuntur quas curſim prout occurrunt percurram.

Et primo quando ille qui expediunt litteras in forma pauperum impetrat aliam gratiam expectatiuam ſolet in ſecundis litteris exprimi huiuſmodi clauſula ſeu quod beneficium eccleſiaſticum cum cura uel ſine cura ad collationem etc. pertinens auctoritate litterarum noſtrarum in ea forma ſecundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum ſcripſimus

Clauſula q̄ ponitur q̄n expectans ī forma pauperū uult ī petrare aliam expectatiuam.

te aſſeris expectare quas quidem litteras & proceſſus habitos per eaſdem et quecunque inde ſecuta ex nunc caſſamus et irritamus. Iſta clauſula neceſſario apponitur propter tex. in. c. in noſtra. de reſcrip. ubi probatur quòd habẽs unam gratiam expectatiuam ſi uult impetrare aliam tenetur facere mentionem de prima alias ſecunda gratia cenſetur ſurrepticia.

Ex *quo infertur quòd nedum de iure in re ſed etiam de iure ad rem debet impetrans aliam gratiam debet inquã & tenetur facere mentionem. & ad hoc illum tex. allegat* R*ota deciſi. ccccxlix. incip. quidam habens. in nouis.* E*t eſt notãdum quòd debet fieri mentio expreſſa & ſpecialis de prima expectatiua in impetratione alterius. & non ſufficit mentio generalis ſecũdum* P*anor. ibi licet aliud dixerit* C*ompoſt. qui putauit ſufficere ſi dicatur non obſtante quòd pro eo in alia eccleſia ſcripſimus. debet ergo mentio eſſe expreſſa et ſpecialis ſub ea forma quã premiſi referendo uerba clauſule ut ſupra. et ſic eſt caſus in quo non operatur tantum genus quo ad omnia ſicut ſpecies quo ad ſpeciem. nam licet ſub genere comprehendãtur omnes ſpecies generis ut notatur in. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudando. ff. de pact. tamen ubi requiritur notabilis expreſſio ſpeciei non ſufficit facere mentionẽ per genus et ratio eſt quia expreſſio per ſpeciem poſſet retardare principem a conceſſione quod eſt notandum.*

Debet fieri mẽtio ſpecialis d̃ prima expectatiua in ĩpetratione alterius.

Caſus ĩ quo nõ opat̃ tãtum genus quo ad oĩa ſicut ſpecies quo ad ſpeciem.

S*i uero expectans ut ſupra impetraret beneficium uacans tunc ponitur clauſula quòd littere ſuper gratia expectatiua conceſſe ſint caſſe poſtquã fuerit aſſecutus beneficium etc. hec clauſula ponĩtur propter tex. in. c. ſi pauper clericus. de prebend. lib. vi. ideo autẽ hoc exprimitur quod littere ſint caſſe quia poſtquã*

Pratica. c. ſi paup clericº. de prebẽ. lib. vi.

expectans in forma pauperum aſſecutus eſt beneficium ceſſat iam cauſa primarum litterarum ut dicit ibi tex. nec diſtinguitur iſto caſu utrum beneficium habitum nunc per expectantẽ ſit compatibile uel incompatibile cum illo quod expectat prout alias diſtinguitur in cle. gratie. de reſcrip. quia utroque caſu militat ratio dicti. c. ſi pauper ſuperius relata.

Secundo ſciendum eſt quod clauſula non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis tunc demum apponitur in litteris quando datur expectatiua ad duo uel plura beneficia. quia pluralitas beneficiorum eſt canonibus inimica. c. quia in tantũ. de prebẽ. & in. c. ſanctorũ. lxx. di. Secus quãdo ad unũ beneficiũ tãtũ. quia tũc nihil obſtat arg. c. cũ ſecũdũ. de prebẽ. niſi ille cui expectatiua cõceditur ĩtituletur de alio beneficio.

Clauſula nõ obſtãtibus conſtit. & ordin. apoſtolicis qñ apponit in litteris.

Item non ponitur quãdo impetrans obtinet ſolũmodo preſtimonia & preſtimoniales portiones quia in iſtis ſecundum conſuetudinem multitudo non eſt canonibus inimica. & ideo non eſt in eis eadẽ ratio que in beneficiis prout formaliter dicit Old. in ſimili propoſito. conſi. clx. incip. in eccleſia calaguritana. ad finem. Quod ego intelligo uerum tenendo illam opinionem quod preſtimonia non aſſignentur in titulum nec dentur pro titulo beneficii prout notant docto. in. c. fi. de cleri. non reſid. & in cle. gratie. de reſcrip. ſed tenendo aliam opinionẽ quod dentur in titulum prout tenuit dominus Anto. in cle. fi. de officio ordi. tunc neceſſario eſſet dicta clauſula apponenda. poſſet tamen probabiliter dici illam non eſſe neceſſariam ex quo preſtimonia de iure uel conſuetudine non requirunt reſidentiam nec aliquod ſeruitium eccleſiaſticum uel ſpirituale prout late deduxi in ſecunda parte principali.

An preſtimonia dentur ĩ titulũ.

Pēſio aſſignatur in titulum.

Idem poſſet dici de obtinente annuam penſionem ſuper beneficiis eccleſiaſticis licet illa quandoque aſſignetur in titulum ut uult glo.in clemen.ſi.in uer.quodcunque.de uita & hon.cle.in cōtrarium tamen facit tex. cum ibi notatis in.c. ad audientiam. de reſcrip.& quod notat Io.an.in.c.poſtulaſti.eodem titu.& domin.in.c.ſi pauper.de preben.lib.vi. ideo circa hoc & etiā quo ad preſtimonia me remitto ad ſtilum & practicam.

Clauſula cæteriſque contrariis.

Tertio notandū eſt quod clauſula.Ceteriſque contrariis quibuſcunque non ponitur in litteris quando debet ſubnecti aliud cōtrarium ſed dicitur ſtatutis et conſuetudinibus contrariis quibuſcūque aut ſi aliqui &c.ut ſuperius latius deduxi.Eſt enim clauſula generalis que ſolet ſequi ſpecialiter enumerata. non enim eſt nouum ut aliquibus ſpecialiter enumeratis generalis clauſula ſubſequatur que oīa cōprehendat.l.ſi ſeruus ſeruū.§. inquit lex.in fine.ff.ad leg.aquil.c. quoniam contra falſam.de probat.& in.c.qui ad agendum.de procur.lib.vi.& ideo notarii in fine orationis ſolēt dicere &c.ut notatur in.l.gallus.§. quidam recte.ff.de lib.& poſthu.

Clauſula aut ex alterius cuiuſcūq̄ pſona.

Quo uero ad alias clauſulas que apponuntur in mandatis de prouidēdo & in nouis prouiſionibus dixi latius in prima parte principali huius operis dū deſcripſi formas huiuſmodi mandatorū.excepta clauſula aut ex alterius cuiuſcunque perſona que ideo ponitur quia alias ſi beneficiū uacaret per obitū alterius perſone uel alias q̄uocunque non deberetur taliter impetrāti nam mors eſt modus uacationis & mors unius non eſt mors alterius ut notant doc.in.c.ſuſceptum. de reſcrip.lib.vi. quod procedit etiam ſi eſſet appoſita clauſula uel alio quouis modo. quia illa cōcernit omnes modos uacationis ex perſona illius de

Clauſula. quouis alio modo.

quo eſt facta mentio in litteris ſed non alterius. quia uerbum alius eſt relatiuū precedentiū cū eadē qualitate ut in.c.ſedes. de reſcrip.et notatur i.l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.quare ſolet i ſupplicatōe addi uel cuiuſuis alterius ut ponit una additio i no uiſ.dec.xxvii.et iſta de clauſulis pricipalioribus dcā ſufficiāt.

Dicēdū eſt modo de quinta parte principali.uidelicet de durabilitate litterarū apoſtolicarū hoc ē quibus modis expirēt littere ad beneficia circa quod primo occurrit tex.i.c.ſi cui.in ult.reſpōſo.de preb.li.vi.iūctis notatis i.c.ſi ſuper gratia.de offi.del. eodē li.in quibus habetur quod ſi Papa mādat prouideri alicui de beneficio expirat mādatū ſi mādās re integra moriatur per que iura dicit Egid.cōclu.cccccxliii.icip.cōclu. quod mādatū factū per legatū de prouidēdo certe perſone de certo beneficio tūc uacāte expirat ipſo iure legato moriēte ante mādati executionē quia ante prouiſionē dicitur res integra iō mortuo mādāte expirat mādatū.§.recte inſtit.mādati.et iſta cōcluſio Egidii eſt notāda pro ampliatiōe dicti.c.ſi cui.quia ille tex.loquitur quādo mādatur prouideri certe perſone de incerto beneficio uacaturo quo caſu nō ē tātū dubiū cū gratia nō reſpicit nec uideatur afficere aliquod beneficiū certū. At in caſu cōcluſionis Egidii cū ſcribitur de certo beneficio iam uacante uidetur queſitū ius ſaltē ad rē illi pro quo ſcribitur. et tamen ante prouiſionē dicitur res integra et expirat gratia ut ſupra idē uidetur tenere Rota deci.cccxlix.icip.ſi Papa.in nouiſ.

Quinta ps principalis quibus modis expirāt littere ad beneficia.

Ampliatio ad.c.ſi cui. de preben. lib.vi.

Et per hec infero ad intelligentiam Regule reuocatorie expectatiuarum que fit in craſtinum aſſumptionis moderni Pontificis quia per illam reuocantur expectatiue que in aliqua ſui parte ſunt ſortite effectū unde a cōtrario ſenſu ſi aliqua ipſarū

non eſt ſortita aliquem effectum non cenſetur reuocata ipſo fa‑cto per mortem concedentis. & ideo ſolent omnes indifferen‑ter reuocari quando noue expectatiue conceduntur. nam ut di‑cit domi poſt Lap. in dicto. c. ſi cui. propter fulminationē pro‑ceſſus quā fecit executor preſentata ſibi bulla expectatiua non dicitur amplius res integra conſequenter talis gratia nō reuo‑catur ipſo facto per obitū concedētis niſi per ſucceſſorē expreſ‑ſe reuocetur ut probatur in. c. pe. & fi. de prebē. lib. vi. in qui‑bus patet quòd Bonifacius reuocauit expreſſe expectatiuas Celeſtini per quas erat queſitū ius ad rem. et ita facit quilibet modernus Pont. ut ſuperius dixi.

Cur ſolent reuocari expectatiue ēt ille que nō ſunt ſortite effectum.

Ideo aūt dixi de fulminatione proceſſus quā fecit executor bulla expectatiua ſibi preſentata. quia executor quicūque nō pōt ful‑minare proceſſum nec quicquam aliud exequi de hiis que ſibi ad exequendū mandantur niſi primo receperit litteras ſue po‑teſtatis nā ante earū preſentationē habet poteſtatē habitu ſed non actu ut probat tex. in. c. ſuper eo. in fi. de appel. et in. c. ut debitus cum ſuo uero intellectu. eodē ti. ubi patet quòd impe‑trans primum reſcriptū quod nondū eſt preſentatū non poteſt excipere de ipſo contra ſecundū quod eſt preſentatum donec ipſum primū preſentet quia uirtute primi iudex per ipſum da‑tus procedere nō pōt ante illius receptionē. et ita per iſta iura tenet expreſſe dec. ccccl ix. incip. circa tertiū in nouiſ. ubi ſubii‑cit hec uerba. Indubitatū eſt quod executor nondum preſen‑tatis ſibi litteris non poteſt facere proceſſus per nota. Ioan. an. in nouella in. c. duobus in glo. mag. de reſcrip.

Executor nō pōt fulminare proceſſum ante bullas preſentatas.

Et ex his patet quod non ſufficit oſtendere bullam expectatiuam executori exiſtentem in plumbo licet illa iam ſit plūbata prout

Nō ſufficit oſtendere executori bullā i plūbo exiſtētē

aliqui malicioſi faciunt tamẽ propter regulam modernam que hoc uetat expreſſe tamẽ etiam ex diſpoſitione iuris cõmunis. ſecundum quod ubique ponderatur receptio litterarum ut probat tex.in.c.cum teneamur in prin.de prebẽ.ibi mandatum noſtrum receperis.et in.c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.vi. in prin.et clarius in dicto.c.ſuper eo.in fi.ibi litteras recepiſſe.

Nec obſtat predictis quod gratia Pape dicitur perfecta de iure per ſolam ſignaturam et ſolo eius uerbo ſine aliqua expeditione litterarum ut probat tex.cum glo.in.c.inſtitutionis.xxv.q. ii.et in clem.dudum.§.nos enim.de ſepul.ponit Rota deciſ. dccclxxxii.incip.nota quod ubi gratia.in antiquis.quia ad hoc reſpondeo quod licet ſit perfecta quo ad ſe in ſuo eſſe nõ tamẽ quo ad poteſtatem executoris deducẽdam ad actum niſi poſt confectionem et preſentationẽ litterarum argu.l.unice.C.de mand.princ.et in.c.nobiliſſimis.xcvii.di. Preterea dato quod ſit perfecta in ſe ut dixi tamen non poteſt probari niſi per litteras maxime de ſtilo curie ut dicit dec.cccxxxii.inci.licet Romana curia.in nouiſ.

Et ideo dicit notabiliter Egidius concluſione.dcxliiii.incipien.ſi Papa quod per ſolã ſignaturã nõ dicitur diſpoſitũ de beneficio ſi impetrãs moriatur uel uxoretur ſeu religionẽ profiteatur litteris nõ cõfectis.quia ſola ſignatura nõ probat.licet ĩ hoc aliqui teneãt cõtrariũ ut per Io.an.in prin.libri ſexti in nouel. et per Arch.in.c.ſi electio ſuper uer.ex eo.de elec. eodẽ lib. ſed primum eſt uerius et procedit de ſtilo ut dixi. ĩmo etiam de iure ſecundum aliquos qui tenent quod gratia Pape non dicitur perfecta niſi reducatur in mundum argu.l.contractus. C.de fide inſtr.et hoc tenet gloſator regularũ in regula.xxv.

An p ſolam ſignaturam litteris non cõfectis dicatur gratia perfecta.

ubi allegat Bal. hoc aperte dicētē in.c.i.in.ii.col. per quos fiat inueſti. et Oldr. conſi.ccxxvi. incip. quod articuli dati etc.

Ego tamē de iure hoc nō auſim firmare per primō allegata. Item cū ſint certi caſus in quibus requiritur ſcriptura de quibus per glo.in.c.i.de cenſibus li.vi.in aliis uidetur permitti quod fiat probatio per teſtes. et iō dicat Rota dec.xcvi inip. nota quod reſeruationū.in antiquis. quod cōſtitutio Pape pōt probari per teſtes qui aſſiſtebāt ei. quia ſcriptura nō eſt de eſſe ſiue de ſubſtantia legis ſiue cōſtitutionis ut dicit alia deciſio.cclvi. incip. conſtitutio in nouiſ. et hoc teneo de iure.

Conſtitutio Pape pōt probari p teſtes.

Secundo principaliter expirant littere ad beneficia quando ceſſat cauſa propter quā ille fuerūt cōceſſe. et iō littere in forma pauperū expirant ſi pauper clericus expectans ſub tali forma aſſequatur interim aliud beneficium. c. ſi pauper. de preben. lib. vi. Papa enim per illas litteras intendit prouidere paupertati clerici nullū habētis beneficiū unde ſi interim aſſequatur aliquod beneficium iā non dicitur pauper conſequenter ceſſante cauſa mandati ceſſat mandatū ut ibi et in.c. poſtulaſti. de reſcrip.

Et eſt notandū quod acceptādo quodlibet beneficiū pauper expectans renūciat ſue gratie ſecūdū domi. ibi quia tex. nō diſtinguit quale uel quātū debeat eē beneficiū quod acceptatur ſed dicit ſimpliciter aliud beneficium. Credo tamē ego quod debeat eē tale beneficiū de quo poſſit uiuere cōpetēter. quia alias nō ceſſaret cā mādati cum per beneficium multum tenue nō cēſeatur prouiſum eius paupertati. facit. c. de monachis. et quod ibi notatur de prebē. et in.c. is cui. eo. ti. lib. vi.

Gratia pauperis nō expirat p aſſecutionem qualiſcūq̄ bñficii niſi de eo poſſit viuere competenter.

Tertio expirāt huiuſmodi littere. ad beneficia quādo ille cui mādatur prouideri de prebēda prima uacāte negligit petere pri

mam ſibi debitã tunc extinguitur gratia per ipſius negligentiã c.ſi clericus in prin.de prebẽ.li.vi. Quãdo autẽ dicatur eſſe negligẽs dicit ibi gl.quod iſtud arbitrio boni uiri ideſt iudicis relinquẽdum eſt arg.l.cõtinuus.§.cum ita.ff.de uer.ob.non.n. ſtatim poſt mortẽ neceſſe habet eã petere ĩmo aliquod tẽpus ſibi aſſignãdum eſt in quo deliberet an prebẽda ſibi debeatur de iure uel nõ.idẽ dicunt domini de Rota deci.ccccxxii.ĩcip. nota primus et ſecundus.in antiquis.aſſerẽtes cõiter practicari quod executor ſecundi ĩpetrãtis põt mouere primum ut faciat ſibi prouidere prefigẽdo eidẽ tẽpus cõpetẽs quo elapſo poterit ſecundus prouidere. Sed iſte caſus limitãdus ẽ dupliciter.

Executor ſecũdi põt mouere primũ vt ĩfra certũ tẽpus faciat ſibi prouidere alioqn etc.

Primo niſi in litteris primi eſſet clauſula quã duxerit acceptandã quia tunc licet per negligẽtiã obmittat primã acceptare poterit nihilominus petere ſecundã nulli alii debitã ſm Rotã deciſ. xxxvii.ĩcip.nota quod ubi etc.nec iſto caſu habet locum diſpoſitio dicti.c.ſi clericus.idẽ tenet domi.conſi.cviii. in finali col. ubi unum aliud addit quod clauſula predicta quã uel quod duxerit acceptãdum operatur ꝙ ſi ĩpetrãs male acceptat primum põt illo dimiſſo aliud acceptare quod alias nõ poſſet.

Secundo limitatur quãdo neglexit petere debitam adhuc tamen res eſt integra tunc poteſt illam adhuc uacantẽ petere et acceptare ſecundum glo.ibi.in uer.aliam.et ſequitur Egidius concluſione.dccxxxviii.incip.Canonicus.allegat ad hoc tex.in.l. mãcipiorum.ff.de optione leg.et in.c.ſi tibi abſenti. de prebẽ. lib.vi.et Inno.in.c.cum in cunctis.de elec.

Duplex limitatio. ad c.ſi cleric⁹. in prin. de prebẽ.li.vi

Quarto mõ expirãt quãdo expectãs beneficium cõſequitur aliud quod cum illo quod expectat de iure tenere non põt ut ẽ caſus in cle.gratie.de reſcrip.quod procedit etiam ſi tale beneficium

Ad intellectum clemen.gratie de reſcrip.

recipit nedum in titulum ſed etiam in perpetuam uicariam: ſecundum Romanum conſi.ccclvi.incip. Circa primũ. argumento clementine unice.de offi.io uicarii.

Et eſt notandum quòd huiuſmodi gratia per talem modum ſemel extincta amplius non reuiuiſcit licet ille renunciet uel ſit paratus renunciare beneficio interim adepto ut dicit ibidem text. in fine quia de priuatione ad habitum non datur regreſſus.l. qui res.§.aream.ff.de ſolut.ad quod facit glo. not.in.c.gratia. in glo.fi.de reſcrip.lib.vi.que dicit quòd ſi elegi unum ex beneficiis mihi competentibus non poſſum penitere etiam re integra per regulam quod ſemel placuit.lib.vi.facit etiã quod eleganter ponit Pet.de anch.conſi.ccxiiii.incipiẽ.Franciſcus.ubi dicit quòd litigãs ſuper beneficio & acceptãs ſecundũ quod cũ primo de quo litigatur teneri non poteſt uidetur eoipſo liti renunciare per dictã cle.gratie.allegat etiam Inno.& Compoſ. in.c.in noſtra.de reſcrip.quod eſt notandum.

Litigãs ſup curato ſi recipit ſecundum ſimile eoipſo videtur liti renunciare.

Limitatur tamen iſte modus & dicta clemen. gratie. ut non habeat locum in eo qui recepit ſecundum incompatibile credens in eo ſibi ius competere tamen quia tex.in.c.eum qui. de preben.lib.vi.ſuperflueret tum etiam quia diſpoſitio dicte clem. gratie.loquitur in tacita renunciatione quam ignorans non preſumitur facere argumẽ.l.ſi per errorem.ff.de iur.omni.iudic. & ita mirabiliter firmat Egidius concluſione.cccccl xiii.incip. concluſio quòd clementina gratie.&c.ſubiiciens quòd tali caſu preſumitur ignorantia niſi probetur ſcientia.l. uerius.ff.de probatio.cum ſimilibus.

Limitatio ad clemen. gratie.

Sed de iſtis uerbis, & de tota iſta concluſione Egidii ego ualde dubito licet iſtis diebus fuerit deducta & allegata

in pratica

in pratica corã dominis de Rota ratio que me mouet eſt quia ille fuit in culpa acceptando ſecundum ſine proteſtatione con ſueta.uidelicet ſi et in quantum.etc.alioquin etc. per glo.in.c. cum in multis.de reſcrip.in.vi. col. cum aliis per Romanum conſi.cccxxix. incipiente preſens conſultatio ubi expreſſe ap probat dictum illius glo.intelligendo eam in faciente acceptationem nullam ſcienter ut tunc gratia conſumatur.pro quo facit.l.iii.iuncta.l.ſeq.que incipit ſciphi.ff.de opt.leg.ubi probatur quod habens facultatem acceptandi iure proprio ſi ſcíẽter male acceptat ſuam acceptandi facultatem intelligitur conſum pſiſſe.ad idem facit tex.in.c.ſi compromiſſarius cum ibi notatis de elec.lib.vi.et quod alias dicitur malam electionem ſciẽter facienti eam in culpam aſcribi propter quam facultate ſibi conceſſa priuatur.l.i.§. hec actio. ibi ſibi imputare debet.ff.ſi menſ.fal.modum dix.et in.l.iii.cum.l.ſeq.ff.de minor.ita dicendum eſt in propoſito iſtius dubii quia imputare debet ſibi quod acceptauit ſine proteſtatione et non preuidit illud quod preuidere debuit.ſ.ſibi nullum ius in dicto beneficio competere.l.ſi quis domum.ff.loc.et per Io.an.in.c.Ioannes.de homic. unde in actu quem debuit preuidere non preſumitur ignorantia nec eſt probabilis arg.l.cetera.§.ſi.ff.de leg.i.quem tex.ad hoc ultimum formaliter allegat Rota dec.cviii. incipiẽ. nota. quod ubi aliquis.in antiquis.et ſic de directo contra Egidium qui dicit quod hoc caſu preſumitur ignorantia niſi probetur ſcientia.ſed eſto quod hoc ſit uerum et quod propter probabilem errorem gratia non ſit conſumpta quando poſſit uariando aliud acceptare per.l.ii.in ſi.ff.de opt.lega. ubi probatur non conſumi facultatem acceptandi ob acceptationem illegittime

Per acceptationem nullã ſcienter factã cõſumit gratia.

Nõ preſumitur ignorãtia i actu quẽ quis debuit preuidere.

factam errore probabili.tamen dico quod adhuc fuit in culpa ſi preſupponatur quod fuit in mora non relaxandi poſſeſſionē ſtatim quod ſibi conſtitit ius in dicto beneficio non habere et ſibi illud non eſſe debitum. unde per hoc cenſetur ſua gratia conſumpta per tex.quem Rom.dicit ſingularem in.c.ſi beneficia.de preben.lib.vi.ubi habetur quod habens beneficium ſi aliud acceptat putans illud ſibi debitum.Ita demū reddit ad primum ſi poſtquā certior effectus eſt de iure ſibi non competēti in ſecundo omnino et ſine difficultate aliqua illud acceptatum dimittit quod ſi difficultatem in dimittendo fecerit tunc perdit facultatem redeundi ad primum in quo habebit ius totale ergo multo fortius perdit quis cōmoditatem gratie expectatiue per quā prius et antequā deducatur ad actū conſequitur quis ius ſolūmodo ad rē quod facilius perditur ꝙ ius in re c.antepenultimo.de prebē.li.vi.et in.c.ſi.de cōreſ.prebē.eodē libro.perdit inquā cōmoditatē gratie ſi certior effectus de nō iure ſuo in beneficio acceptato illud ſine difficultate nō relaxat ſed mora et negligētia precedēte. nec eſt neceſſe iſto caſu expectare ſentētiā ſuper declaratione nō iuris ſui imo ſtatim poteſt et debet illud dimittere ut poſſit aliud acceptare ut probat multis rōnibus Rom.in preſato cōſi.cccxxix. quod eſt celeberrimū in iſta materia.Idē expreſſe tenēt domini de Rota dec.cxlii.inci.nota quod ubi eſt notorium.in antiquis.

Tex. ſing. in.c.ſi beneficia de preben.lib.vi.

Nota ad cle. gratie. de reſcrip. in clementinis.

Ex quibus patet quod multipliciter redditur dubia prefata concluſio Egidii de qua ſupra.ſi ita generaliter intelligatur prout ſonat ideo ut ſaluetur opportet eam reſtringere ut intelligatur altero de tribus modis.uel quādo recepit ſecūdū incōpatibile cum proteſtatione ut ſupra.quia proteſtatio preſeruat gratiam

Tres caſus in qu bº nō habet locū diſpoſitio clementine Gratie. de reſcrip.

arg.l.pro herede.ff.de acqui.her.et eorum que habentur in.c. cum.m.fer.de conſtitut.uel quando non habuit pacificam poſ ſeſſionem ſecundi nec per eum ſtetit quominus haberet.c.com miſſa.de elec.lib.vi.et in.c.licet epiſcopus.de preben.eodē li. aut tertio caſu quando probabili errore ductus credidit ſibi ius in ſecundo competere. demum certior effectus de nō iure ſuo ſtatim ſine aliqua difficultate illud relaxauit quibus caſi bus prima gratia ſalua manet ut uirtute illius poſſit acceptare beneficium in ea incluſum per dictam.l.ii.ff.de opt.leg.iuncto c.ſi beneficia.et hoc modo ceſſant omnia contraria.

Quinto principaliter expirant quando gratia comprehendit pri mū uacaturū ita quod non aliud ulterius quo caſu ſi certa per ſona grauatur per reſcriptū dato executore et illius.ſ.collato ris tēpus eſt elapſum puta ſemeſtre ob hoc que deuolutum ad inferiorē certe tūc poſt deuolutionē executor ſe intromittere de illo beneficio non poteſt quia durat eius poteſtas ſolum do nec durat poteſtas collatoris caſus eſt iuncta glo.in clem.ſi de beneficio.de prebē.et ratio huius diſpoſitionis eſt ſecundum Car.ibi. quia aut executor uult conferre tanquam ſpectans ad collationem primi et non poteſt cum amplius ad illius col lationē nō ſpectat ea uice tanquā ad aliū deuolutū.c.ii.de cō ceſ.prebē. Aut uult conferre tanquā ſpectans ad collationem eius ad quem facta fuit deuolutio et ſimiliter non poteſt.quia de illo non recepit mandatum nec debet grauari non expreſ ſus in reſcripto.c.cum in illis.in fin. de prebend. libro ſexto. Item per hoc preiudicaretur iuri queſito tertio quod ſibi aus ferri non debet regula indultum.cum uulga. Hec dicunt pro cedere niſi per tot negligentias collatio ſteterit in ſuſpen

Cur executor pōt cōferre deuolutū ad papā ſed non ad inferiorem.

ſo quod ad Papam ſit deuoluta tunc enim executor conferre illud poteſt per illam clementinam in fine. et ratio eſt quia hoc ultimo caſu ceſſat cauſa grauaminis et preiudicium tertii cum Papa non poſſit dici grauari a ſeipſo et reſcriptum late ſit interpretandum in preiudicium concedentis. c. cum dilecti. de dona. nimirum ſi poteſt conferre deuolutum ad Papam. licet non reſeruatū ſpecialiter aut generaliter prout de hoc ultimo atteſtantur domini de Rota dec. ccccIxxxix. incipi. nuncius apoſtolicus in nouiſ. et alia dec. ccci. in antiquis.

Multiplex limitatio ad cle. ſi de beneficio. de prebend.

Sed iſte caſus eſt multipliciter limitandus. primo ut non procedat in executore dato ad prouidēdum quia tunc per ſolam preſentationem litterarū factam ordinario affectū eſt beneficiū ita ut amplius non curatur diligentia uel negligentia illius in conferendo. quia ſi poſt terminum ſtatutū ab executore ordinarius ſit negligens non cauſatur deuolutio ad inferiorem ſed executor poterit prouidere eo amplius non uocato caſus eſt in. c. ſi capitulo. de conceſ. preben. li. vi. nec iſto caſu habet locū quod dicit Car. in dicta cle. ſi de beneficio quod durat poteſtas executoris ſolū donec durat poteſtas collatoris prout ſupra retuli. quia imo executor ad prouidēdum poteſt prouidere etiā poſt ſex menſes cum nullum tempus ſit ſibi prefixū ad prouidendum tenet Pau. in cle. unica. §. ſecus de conceſ. preben. licet contrariū innuat ibi glo. in uer. infra menſem ſic intellecta per Car. ibi et clarius in conſi. lxi. tamē primū eſt uerius quia executor ſuccedit in locum Pape cui non eſt ſtatutus terminus nec currūt tempora. et ita per iſtam rationem tenet Cald. conſil. xxxii. incip. an ſicut. in ti. de preben. licet eius ratio poſſet cauillari per. c. ſtatutū. de preben. lib. vi. ſed de hoc alias in ſuperioribus

Nullū tempus prefixū eſt executori ad prouidēdū ſecundū Cald.

perioribus latius dixi.ad quod circa iſtud me remitto.nõ procedit ergo diſpoſitio dicte clem. ſi de beneficio in huiuſmodi executore ad prouidendum quod uidetur ſatis iuri conſonum per ſupradicta licet glo.& doct.ibi generaliter loquantur intelligẽtes illum tex.in quolibet executore indiſtincte de quo ſatis miror.ſubmitto me tamẽ rationi & ueritati.

Secundo limitatur ut procedat in executore ad compellendum. quia per preſentationem huiuſmodi mandati non afficitur beneficium conſequenter ſi ordinariu. eſt negligens per ſex menſes cauſatur deuolutio ad inferiorẽ & habet locum dicta cle. ſi de beneficio.niſi in litteris eſſet decretum irritans. aut executor ordinario inſinuaſſet & interdixiſſet quibus caſibus cum ſit affectum beneficium adeo quòd alteri facta de eo collatio non tenet ut probatur in.c.ſi ſoli.de conceſ.preben.lib.yi. certe nec poterit cauſari deuolutio ad inferiorem. nam affectio beneficii que predictis caſibus inducitur tolli non poteſt in preiudicium impetrantis per negligentiam ordinarii ſicut non tollitur per contrarium factum. ideſt per collationem quam facit alteri ut ibi & in.c.tibi qui.de reſcrip.eodem lib.imo nec tollitur eadem affectio per negligentiam executoris ſecũdũ Lap. in.c.ii.de conceſ.preben.niſi concurrat negligentia impetrantis.quia tunc illa corrodit gratiam ſuã ut probatur in dicto.c. tibi qui in fine.& in.c.ſi clericus.primo reſponſo.de preben.

Ex quo elicio tertiam limitationem quando.ſ.impetrans ante deuolutionem acceptaſſet illud beneficium.quia tunc cum dici negligens non poſſit impedietur deuolutio ex quo per acceptationem eſt iam ſibi in beneficio queſitum ius ad rẽ.c.pe.de prebẽ. lib.yi.cum ſimilibus hoc tamẽ non pono pro conſtanti quod per

An ꝑ ſolã acceptatio-nẽ ĩpediat deuolutio.

ſolam acceptationem impediatur deuolutio cum per illam ſolam non cenſeatur affectum beneficium quin teneat alteri fa-cta collatio capitulo dilectus. de prebend. niſi concurrat alte-rum eorum que ſupra dixi. & que habentur in capitulo tibi qui. & capitulo ſi ſoli. & iſtud optime probant illa iura ſi bene ponderentur.

Quarto limitatur ut non procedat quando in litteris eſſet clau-ſula quod duxerit acceptandum. quia tunc licet non debeatur primum uacans deuolutum per negligentiam ad aliud tamen acceptandum gratia ſalua manet per illud quod dicũt domi-ni de Rota dec.xxxvii. incipien. nota quòd ubi ſunt duo in antiquis ita limitantes.c.ſi clericus. de preben. lib.vi. & do-mi.conſi.cviii.in fi.col.

Sexto principaliter cõſumitur gratia & expirãt littere quãdo mã datũ de prouidẽdo eſt cõditionale. & nõ exiſtit ſed deficit cõ ditio requiſita a Papa. quia tũc nõ põt effectualiter prouideri impetranti ex quo non uerificatur cõditio de qua in litteris. pu ta prouideas tali ſi nullum poſſidet beneficium uel ſi acceſſerit conſenſus capituli ſeu quid aliud extrinſecus uerificandũ arg. l.cedere diem.ff.de uer.ſignifi.&.c.ſi pro te.de reſcrip.lib.vi. & ita expreſſe firmat Panor.in.c.i.in fi.col.de re.iud. ubi ad hoc adducit quod in ſimili notat Barto. in.l.is cui.ff.de uer. oblig.in illa queſtione ſi iudex dedit tutorem adulto tanquam minori ut non teneat datio ex quo in ueritate non erat minor per.l.ſeie egreſſe.ff.de tutoribus & cur.datis ab hiis. ubi hoc clare probatur. ſecus ſi dedit alicui curatorem ut prodigo qui non erat prodigus quia tunc tenet datio licet in ueritate non ſit prodigus ut notat glo.in.l.i.C.de cura.fur.aſſignat rationem

diuerſitatis ut ibi per eum. quam Abbas Panor. in dicto. c. i. reducit ad propoſitum huius materie. limitando ut concluſio de qua ſupra non habeat locum quando conditio de qua in literis eſſet uerificanda facto. i. cognitione ipſius iudicis ut puta ſi repererit eum uite laudabilis & c. quia tunc tenet prouiſio licet conditio in ueritate non exiſtat cum enim iſta ueniant uerificanda per iudicis cognitionem preſumptio eſt quòd inſint ex quo iudex ſic declarauit argu. tex. in. §. quod ſemel. inſtit. qui. man. non poſſunt. ubi dicitur ſatis eſſe quòd ſemel fuit cauſa approbata ſiue ſit uera ſiue non. bene tamen fatetur Panor. quod ſuperior poſtmodum ex officio procedens poterit prouiſionem caſſare ſi non reperierit requiſita argu. c. poſtoralis. de appella. & quod notat glo. in clemen. unica. de officio delega. & idem uoluit ipſe Panormi. in. c. fina. de preſumptioni. ubi plene per eum.

Sed hoc ultimum ego limito per unam concluſionem Egidii in terminis ſub numero. dcxviii. incipien. ſi executor. ubi dicit quòd licet proceſſus executoris ſuper narratis in gratia parte abſente non facit fidem in iudicio in quo agitur de non exiſtentia narratorum tamen hoc uerum eſſe dicit niſi forma mandati haberet quod de repertis in inquiſitione fidem faceret executor ſub proprio eius ſigillo. quia tunc crederetur proceſſui & huiuſmodi ſigillo propter formam mandati prout atteſtatur Spec. in titulo de. remiſſ. §. utile in fine. quaſi uoluerit tunc Papa quod eius aſſertioni & proceſſui plene ſtetur argu. l. theopompus cum ibi notatis per Barto. ff. de dote prelega. maxime cum & alias magna fides adhibeatur ei cui committitur aliquod negocium extra iudicium expediendum

An proceſſus executoris ſup narratis faciat fidem in iudicio.

quando ſuper illo negotio refert ut notat Inno.in.c.i.in fi.pes nul.glo.de fide inſtru.Io.an. & moderni in.c.poſt ceſſionem. de probat.& ibi late dixi legendo iſto anno.plenius tamē creditur quando ſcribitur ut ſupra.

Per ſolam acceptatione cōſumit gratia.

Septimo conſumitur gratia per ſolam acceptationem licet prouiſio executoris non ſubſequatur prout tenet Oldr.cōſi.ccxxix. incip.hec ſunt dubia.ubi dicit quod ſola acceptatio gratiam conſumit.l.apud aufidium.ff.de opt.leg.cum aliis ut per eum licet aliqui uelint iſtud procedere quādo acceptatio eſt ualida alias non.de quo ſuperius late dixi.

Octauo datur de conſumptione gratie ſi acceptantur ſimul plura beneficia excedentia ſimul taxam litterarum.quia licet ualeat quo ad primum.ſecundum.& tertium.que non excedunt in aliis tamen excedentibus non eſt locus gratie tanquam iam cōſumpte ut per Egidium concluſione.ccci.incip.ſi accepto per iura que allegat ut per eum.

De prerogatiuis expectātium.

Reſtat poſtremo dicere de prerogatiuis Expectantiū & de multiplici intellectu regule prerogatiuarū.que licet ſatis bene gloſata fuerit per illum dominum de ſotto hiſpanum cuius laudē in eo in quo bene dixit non tacebo cauens illud quod uulgo dici ſolet ocultator laudis aliene par furi eſt.l.hereditatū §.fi.ff.ad leg.falci.Nihilominus quia in multis ab eo diſſentio tam in intellectu prefate regule ꝙ etiam in compluribus eiuſdē determinationibus dicam domino inſpirante quod ſentiam.demum complectendo totam regulam cum ſua materia faciam decem principales concluſiones cum quibuſdam correlariis & illationibus opportunis.

Premittēdum eſt igitur pro aliquali fundamento & ratione dicte

regule quod licet in celeſtibus non attendatur generis nobilitas et alie ſimiles prerogatiue ſed potius uite honeſtas et probitas morum gratum deo faciunt et idoneum ſeruitorem qui ad regimen eccleſie non multos ſecundum carnem nobiles et potẽtes elegit ſed ignobiles et pauperes eo quod non eſt perſonarũ acceptio apud ipſum ut dicit tex.formalis in.c.uenerabilis de preben.in humanis tamẽ alia habetur cõſideratio certis de cauſis uel ut ita dicam reſpectibus ut puta nobilitatis et diuitiarũ per illud quod dicit glo. in.c.conſtitutis.de appella. uidelicet quod per nobiles et potentes defenditur et ſubleuatur eccleſia que per pauperes deprimitur et expilatur.facit.c.de multa.circa finẽ.de preben.item habetur conſideratio laborũ quos ſuſtinent officiales ſedis apoſtolice qui nominantur in ſecunda parte regule quos ſequentibus omnibus qualitercũque qualificatis et diligentioribus in proceſſu uel receptis aut creatis in canonicos uoluit per hanc regulam ſummus Pont.anteferri et merito quidem ut is gradus ceteros antecedat quem prolixior labor fecerit anteire dicit text.elegans in.l.nemo. C.de offi.magiſtri officiorum facit.l.i. C.de prepoſitis laborum libro. xii.

Per pauperes deprimit et expilatur eccleſia.

Et hanc puto eſſe ueram rationem quare predicti officiales fuerũt ita prerogatiuati ultra alios. uidelicet in recõpenſationẽ laborum ut dixi. Que ratio cum ſit unica nec alia conuenientius reddi poſſit certe licitum eſt ex ea arguere quãuis non ſit ſcripta ſeu ſpecialiter expreſſa ut eſt caſus in.l. milites agrum in princ.ff.de re mil.quem ad hoc allegat Bald.in.l. maximum uicium.C.de libe.preteri.et Roma.conſilio.xxxii. incipien. uiſa municipali.et alio conſilio centeſimo incip.in preſenti cauſa.facit bona glo.in.l.quãuis.C.de fideicom. Vnde arguen-

Licet arguere a rõne legis quãuis ſpecialiter non ſit expreſſa.

do a dicta ratione infero duo ſatis notanda.

Primum eſt quòd epiſcopi gerentes uices auditorum debent gaudere prerogatiuis conceſſis auditoribus Rote per iſtam regulam. quicquid dicat in hoc dominus de ſotto. quia dico quòd ex quo tolerantur pro auditoribus per ſummum Pont. et pariformiter laborant cum aliis debent etiam in recõpenſationem laborum gaudere eiſdem prerogatiuis facit tex.in.c.charitatẽ. & in.c.quicunque.xii.q.ii.iuncto.c.cum ſecundum.de prebẽ. ibi dũ dicit qui ad onus eligitur repelli nõ debet a mercede.

Epiſcopi gerẽtes uices auditorũ gaudent eiſdẽ prerogatiuis quibus cæteri aud.

Preterea dignitas epiſcopalis ſuperueniens auditori debet eidem quo ad hoc potius prodeſſe q̃ obeſſe argmen.l.non diſtinguemus.§.ſacerdotio.ff.de arbit.facit bonus tex.in.c.ii. de offic. delega.lib.vi.ubi dicitur. pontificali dignitate preditis plurimum deferri conuenit & eos plus aliis honorari. ergo & prerogatiuari.licet honeſtum eſſet ut dicit text. in di.to.§. ſacerdotio.quod potius uacarẽt ſacris q̃ aliis occupationibus.tamẽ ex quo tolerantur per papam ut dixi illa tollerantia operatur tacitam diſpenſationem.

Que diſpenſatio facit licitum quod alias eſſet illicitum ut dicit glo.in.c.dudũ eccleſia.rothom.in uer.retinere. de elec.alias cõceſſum ob gratiã retorqueretur in odiũ contra regulas cõmunes. Non obſtat ratio dicti domini de ſotto dum dicit quod uicẽgerẽs alterius nõ gaudet hiiſdẽ priuilegiis quibus principalis cũ nõ ſit idẽ quod alteri aſſimilatur ſecũdũ eũ allegat glo. in.l.mercis appellatione.ff.de uer.ſig.poterat allegare aliã magis cõem in.l.quod nerua.ff.depoſiti. Ad quod ego reſpõdeo quod licet ſimile nõ ſit idem cum eo cui aſſimilatur ut probãt glo.predicte tamen quando in ſimilibus reperitur per omnia

eadem ratio tunc diſpoſitum in uno extenditur ad aliud illi ſimile ẽt in materia ſtricta & reſtringibili puta in maleficiis et penis maleficiorũ hec ſunt uerba Bald. in terminis referentis Spec.in.l.ſi quis nõ dicam rapere.. in.i.col.C.de epiſcopis et cler.facit glo.in.c.i.in uer.italie.de temp.ord.lib.vi.Cũ ergo in epiſcopis uices auditorũ gerẽtibus ſit per omnia eadẽ ratio prout in aliis auditoribus propter labores cõmunes illis omnibus.certe debet eſſe eadem iuris diſpoſitio iuribus uulg. facit ad predicta bonus tex.in.c.precipimus.xciii.diſt. ubi dicitur quod locum tenens alterius honorari debet ſicut principalis cuius uices gerit & in hoc dicitur ſingularis ille tex. per Rom. ſingulari ſuo.ccclx.incip. Bartholus.inferẽtẽ ad.q.ut per eũ.

Qñ ĩ ſimilibus repit per oĩa eadẽ rõ tunc diſpoſitum in vno extẽdit ad aliud ẽt ĩ materia ſtricte & penali.

Infero aliud & ſecundum quòd Referendarii & alii officiales de quibus in ſecunda parte regule non debẽt gaudere illis prerogatiuis ſi tempore uacationis beneficiorum non exercẽt actu ſua officia. quia cum tali caſu ceſſet ratio regule quã ſupra ponderaui ceſſare etiã debet eius diſpoſitio.l.adigere.§.quãuis.ff.de iurepatr.nã qui non laborat non manducet.non enim ferendus eſt is qui lucrum amplectitur & cõmodum.onus aũt ſubire recuſat dicit tex.in.l.unica.§.pro ſecũdo.C.de cadu. tol.& ideo mens regule fuit dare illas prerogatiuas non ſimpliciter officialibus ſedis apoſtolice ſed laborantibus eiſdem & actu ſua officia exercentibus quod ultra predicta probatur neceſſario dupliciter.

Referẽdarii et alii officiales predicti ſi actu nõ exercẽt ſua officia nõ gaudẽt prerogatiuis regule.

Primo per tex.quaſi in terminis in.l.ticius.ff.de teſta.mil.ubi dicitur quòd conſtitutionibus principum non militum teſtamẽta confirmantur ſed que a militibus facta ſunt. & glo. ibi exponit.ideſt in actu militie exiſtẽtibus ecce quòd priuilegiũ datũ

militibus in teſtando quo modo uelint et quo modo poſſint.l. i.et.l.diuus.eo.ti.extenditur ad illos tantũ qui teſtãtur in actu militie exiſtẽtes.Idem ergo de prerogatiuis huiuſmodi officia lium ideo (et hoc eſt ſecundum) nominatis omnibus officialis bus predictis ſubiicit regula in fine illius cellule.uidelicet ſua officia actu exercentes. que clauſula referenda eſt ad omnes ſuperius nominatos ex quo non poteſt aſſignari concludens ra tio quare ad omnes referri non debeat ut probatur in.l.iii.§.ſi filius.ff.de lib. et poſth.et in.l.i.C.de lib. preter. notat plene Bart.in.l.talis ſcriptura.ff. de lega.i.et in ſpecie per iſta iura tradit hanc regulam Roma.conſilio.clxxx.incip.ſi admitti mus etc.unde cum non appareat ratio cur dicta clauſula ma gis conueniat abreuiatoribus de parco maiori quibus imme diate adiungitur ꝙ aliis officialibus ibidem nominatis certe neceſſario debet dici quod ad omnes referenda eſt per ſupra dicta.Bene fateor quod referendarii et alii officiales ibidem nominati ſint exempti ab ordinariis. ita quod excommunicari ab eiſdem uel ſuſpendi non poſſunt eoipſo quod ſunt officia les ſedis apoſtolice et Pape licet non exerceant actu officia ſua per illud quod dicit deciſio rote.ccyii.licet extra ordina tionem.in nouiſ.de Capellanis honoris Pape ut ſint exempti ab ordinariis etiam ſi non exerceant actu officia ſua. Illud ta men non puto procedere in terminis iſtius regule que cũ exor bitet a iure cõmuni ut patet ex.c.duobus.de reſcrip. debet in telligi.et ita interpretari ut minus ꝙ poſſibile ſit ledatur ius cõe.c.que a iure. de regu.iur.lib.vi.cum ſimili. et hanc partem puto ueriſſimam quicquid dicat in hoc gloſator in iſta regula.

De clauſu la i fine po ſita an ſit referenda ad omnia ſuperiora.

Capellani honoris pa pe ſunt exẽ pti ab ordi nariis quã uis actu nõ exercẽt ſua officia.

Patet ergo ex premiſſis requiri duo copulatiue ut predicti. of

ficiales in ea parte regule nominati potiantur illis prerogatiuis primo. uidelicet quod actu exerceãt ſua officia. ſecundo quod ſint officiales tempore uacationis ut probant uerba regule ibi in aſſecutione beneficiorum. et ſic non ſufficeret quem fuiſſe officialem tempore date niſi illa qualitas etiam adſit tempore uacationis arg. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal. et iſtud tenet etiam dominus de ſotto et bene. Idem ego dico ſi tempore date non erat officialis dummodo tempore uacationis adſit illa qualitas quia gaudebit prerogatiuis officialium argu. capitu. ei cui. de preben. lib. ſexto iuncta glo. fina. et eorum que in ſimili queſtione tenet domi. conſi. cxiii. quod nouus auditor rote gaudet prerogatiuis auditorum etiam quantum ad gratiam ante auditoratum obtentam. dũmodo tempore uacationis ſit de numero auditorum.

Nõ ſufficit quẽ fuiſſe officialẽ tẽpore date niſi ſit tpe vacationis.

Nouus auditor gaudet priuilegiis auditorum ſi tẽpore vacatiõis ſit de collegio licet nõ fuerit tẽpore date.

Dubitatur modo de aliquibus circa iſtam partem regule et primo utrum predicti officiales preferantur pauperibus expectantibus quo ad aſſecutionem ſimplicium beneficiorum magna et dubitabilis eſt queſtio. nam prima facie uidetur quod officiales illis non preferantur propter regulã que diſponit circa priuilegium pauperum dum uult eos ſingulis aliis quacunque antelationũ prerogatiua munitis preferri pondero illa uerba ſingulis aliis. que in materia larga qualis eſt illa de qua loquitur predicta regula de ſui natura ſunt apta comprehendere omnia in infinitum ut probant iura que ad hoc allegat domi. cõſi. xiii. in. ii. col. comprehẽdunt igitur etiam predictos officiales quia per totum dicit etc. l. iulianus. ff. de leg. iii. cum uulg. item uerba illa quacunque antelationum prerogatiua munitis ſunt multum generalia et ſtant uniuerſaliter conſequenter comprehen-

An officiales qui ponũtur ĩ ſecũda parte regule preferant pauperibus expectãtibus.

dunt omnes qualitercunque prerogatiuatos.c.ſi romanorum. Accedit ad hoc quod regula iſta prerogatiuarum eſt exorbitans a iure cōmuni ut patet ex.c.duobus.illa continens priuilegium pauperum non exorbitat.ſed eſt fauorabilis. Econtra uidetur quod predicti officiales preferantur per illud quod dicitur ſi uinco uincentem te uinco etiam te.c.auctoritate Martini.de conceſ.prebē.lib.vi.cū ſimilibus.ſed ſic eſt quod predicti officiales preferuntur per iſtam regulam aliis diligentioribus in proceſſu & creatis in canonicos.qui tamen in canonicos creati preferuntur pauperibus expectantibus ut apparet ex illa regula.ibi dum dicit.& nō canonicatus & prebende fuerint. ergo patet quod etiā predicti officiales ſunt pauperibus preferendi per illud quod premiſi ſi uinco uincentē te uinco etiā te.

Et tenendo hanc partē pōt reſponderi ad uerba generalia illius regule pauperum que ſuperius ponderaui.nam dictio quecunque nō ſemper ſtat uniuerſaliter ſed limitatur in caſibus a iure exceptis ut probat per aliqua iura domi.conſi.cxxxi.in fi. col.unde cum huiuſmodi officiales ſint ſpecialiter excepti per iſtam regulam prerogatiuarum ſub uerbis magis generalibus & multū pregnātibus ut probant illa uerba que dicunt omnibus aliis qualitercunque qualificatis.& ibi quorūcunque beneficiorum.& rurſus ibi quacūque diligētia certe ex hiis uidetur dicendum quod uerba generalia illius regule limitantur per iſtam regulam & per eius uerba generaliora.& ſic queſtio remanet dubia.

Dictio quecūq nō ſemper ſtat vniuerſaliter.

Inclinando tamen in fauorem pauperum & contra officiales dico falſam eſſe rationem ſupra pro parte officialium adductam. uidelicet quod diligētiores in proceſſu preferātur pauperibus

expectãtibus in beneficiis ſimplicibus imo pauperes diligẽtiori bus preferũtur quia alias parum aut nihil cõtuliſſet Papa per illam regulam pauperibus. Preterea excipit aliquos caſus ibi ſummus Pont. in quibus pauperes preferre noluit ergo ĩcludit omnes alios quia exceptio firmat regulã in caſibus nõ exceptis. l. nã quod liquide. ff. de penu leg. l. queſitũ. §. denique. ff. de fun do inſtructo. unde ſtante hoc pro uero prout uerum eſt corruit illud argumẽtum ſi uinco uincẽtẽ te etc. Licet militet quo ad creatos in canonicos qui preferuntur pauperibus et poſtponun tur predictis officialibus. ſed non curo multũ de illo argumen to quia eſt materia brochardica et poſſet retorqueri in fauorẽ pauperũ et cõtra officiales. nã certũ eſt quod illi poſtponũtur familiaribus Pape deſcriptis ut patet ex hac regula prerogati uarũ in fine ẽt ſi dicti officiales uel quiuis alii haberẽt preroga tiuas ad inſtar deſcriptorũ. quia ille cõcedũtur ſine preiudicio eorũ quibus deſcriptis pauperes preferũtur non obſtante bulla deſcriptorũ que licet excipiat perſonas cardinaliũ dũtaxat nõ tamẽ per hoc excludit pauperes per prius iã exceptos per regu lam de qua ſupra iuxta iura cõmunia et uulg. ad hoc ergo ſe quitur quod ex quo pauperes uincũt deſcriptos et deſcripti uin cunt predictos officiales. certe ipſi pauperes debent uincere ẽt ipſos officiales per illud ſi uinco uincentem te etc. et hanc par tem ſequerer ego iudicando habendo reſpectum ad paupertatem clericorum quibus fauendum eſt in aſſecutione ſimpliciũ ſaltem beneficiorum ne in opprobriũ ordinis clericalis mendi cent per illud quod dicitur in. c. diaconi. xciii. di. et in. c. cleri cos. prima queſtione. ii. et quod notatur per docto. in. c. poſtu laſti. de reſcrip. et in. c. ſi pauper. de preben.

Expectãtes ĩ forma pau perũ prefe rũtur dilie gẽtioribus in proceſſu quo ad ſim plicia.

Pauperes preferũtur familiarib. pape deſcri ptis.

Secundo principaliter dubitatur circa iſtam partẽ regule que uult predictos officiales omnibus aliis preferri debere non obſtante diligentia quacunque receptione uel creatione in canonicũ. Quid ſi omnes predicte prerogatiue ſint iũcte ſimul in uno. ut ſi quis alius expectans ſit diligentior in proceſſu et ſit receptus uel creatus in canonicum. an ſi aliquis predictorum officialium concurrat cum tali tollat eidem omnes iſtas prerogatiuas ſimul iunctas. gloſator in iſta regula tenet quod non mouetur potiſſime iſta ratione quia appellatione ſimplicium non uenit mixtum in penalibus. c. ſtatutum. de elec. lib. vi. item quia iſta regula tanquam exorbitans a iure cõmuni debet reſtringi.

Caſus in quo appellatione ſimpliciũ venit mixtũ ẽt in odioſis.

Sed ego teneo totum contrarium iſto fundamento quia in odioſis appellatione ſimplicium uenit caſus mixtus quando diſponens cogitauit de utroque et utrunque expreſſit quãuis ſeperatim. tunc enim mens diſponentis extenditur ad caſum mixtum et conſequenter eius diſpoſitio ut eſt caſus ſingu. in. l. ſi ita facta. ff. de iniuſto teſtamẽto quẽ ita intelligit dominus Iaſon in. l. gallus. §. et quid ſi tãtũ. in. iiii. fallẽtia. ff. de lib. et poſt. et clarius ĩ l. ii. in prin. ff. de uer. ob. nã ibi in exheredatiõe et ſic ĩ materia odioſa expreſſis duobus caſibus ſimplicibus alternatiue puta ſi filius natus nataue ſit exheres eſto. utriſque natis. et ſic occurrẽte caſu mixto nõ rũpitur teſtamẽtũ quia uterque cẽſetur exheredatus. quod nõ eſt ex alio niſi quia ut dixi teſtator de utroque cogitauit et utrũque expreſſit licet alternatiue nimirum ſi diſpoſitio illa ſimplicium quãuis odioſa extenditur ad caſum mixtum ex mente diſponẽtis et idẽtitate rationis. Pari modo dico in propoſito ex quo Papa cogitauit de omnibus iſtis prerogatiuis et illas omnes expreſſit. licet alternatiue certe uoluit

Officiales de quibus ĩ ſecũda pte regule tollũt diligẽtiã proceſſus itẽ receptionẽ & creationẽ ĩ can. licet in uno omnia iſta concurrant.

luit diſpoſitionem iſtius regule in ea parte procedere quo ad omnes ſequentes quatenus etiam omnes predicte prerogatiue concurrerēt copulatiue in uno. quaſi omnes illa tunc pro una tantum cenſeri uoluerit. ad quod facit quod notat Cy. et Pe. in. l. cum queſtio. C. de legatis. et Bar. in. l. ſi ſeruus cōmunis. ff. de ſtip. ſeruorum. ubi dicunt quod ſi quis legat priori bibliā & cuilibet fratrum unam cappam. Prior nō debet habere niſi bibliam non etiam cappam tanquā frater licet in eo concurrat duplex qualitas prioris ſcilicet et fratris. nam ex eo quod eſt prior non deſinit eſſe frater. c. fi. de ſimonia. et ſic illa duplex qualitas concurrēs in eadē perſona habetur pro unica. ne una et eadē res diuerſo iure cēſeatur. l. eum qui edes. ff. de uſuc. Poſito etiam quod dicte prerogatiue concurrētes in uno non cenſerētur niſi plures adhuc dico idē quia perinde eſt ac ſi diſiunctiue eſſent in pluribus perſonis. unde ſicut tunc nullus illorum reſpectu ſue prerogatiue precederet officialē eodē modo nec iſte in cuius perſona omnes ſimul concurrunt ex quo cenſetur iure diuerſorum arg. l. ſpadonē. §. qui iura multa. ff. de excuſ. tutorum. facit. l. ſi conſul. ff. de adop. et per hec tollo notata per Inno. Io. an. et doc. in. c. cum olim. de re iud. de duplici uoce et duplicatis diſtributionibus.

Si legatur priori biblia et cuilibet fratrū cappa prior nō habebit vtrūq.

Non obſtat ratio gloſatoris de qua ſupra et tex. quē allegat quia procedit eo caſu quo nō militat idētitas rationis in mixto que militat in ſimplici ut apparet in caſu dicti. c. ſtatutum. de elec. lib. vi. ubi diſpoſitio. c. licet canon. eodē ti. et libro. quod loquitur de eccleſia parrochiali ſimpliciter non extēditur ad eccleſiam que cum qualitate parrochialitatis habet mixturam collegialitatis ea ratione quia in iſto mixto non militat ratio que

Rō. c. ſtatutū de elect. lib. vi.

ſubeſt in ſimplici cum prouideatur tunc cure per collegium ſecundum doct.ibi. At hic eſt identitas rationis in caſu mixto. igitur ex diuerſis non bene infertur.l. papi.ff.de minor. & ſic concludo officialem de ibi enumeratis preferendum non obſtante concurſu illarum prerogatiuarum ſimul in uno.

An predicti officiales preferātur noīatis ꝑ indultum Regū Hiſpanie.

Tertio & ultimo queritur pro intelligentia iſtius partis nunquid predicti officiales preferantur nominatis uigore indulti per Reges Hiſpanie.& in hoc uidetur dicendum quod nō quia ut audiui indultum excipit tantū familiares Pape deſcriptos quibus non uult preferri nominatos ergo de aliis uidetur concedere arg.c.nōne.de preſump.& .l.cum pretor.ff.de iud.exceptio enim in uno inducit incluſionem omnium aliorū caſuū comprehenſorum ſub regula.l.queſitū.§.denique.ff. de fund. inſtructo.cum aliis ſuperius allegatis in ſimili propoſito. E contra uidetur quod officiales nominatis per indultum preferantur ratione maioris preeminentie et prerogatiue ipſius nominātis.nam officiales uidentur nominati per Papam ex diſpoſitione iſtius regule illi per Regē qui eſt multo inferior ipſo Papa c.ſolite.de ma.& obe.& in.c.duo ſunt.xcvi.di.facit ad hoc c.hii qui.& .c.ſi a ſede.de preben.lib.vi.ad rationē cōtrariam pōt reſponderi dando inſtantiā quia expectantes in forma pauperū preferūtur in beneficiis ſine cura predictis nominatis uigore indulti prout dicitur ſeruari in pratica.et tamē dicti pauperes expectātes nō ſunt excepti per indultū ſed ſolū familiares deſcripti ergo idē pōt dici de predictis officialibus. & ſic ſoluitur illud arg.quia ſufficit reſpondenti dare inſtātiā iuxta glo.in.c.ſicut urgeri.prima.q.i.nihilominus inſpiciendus eſt tenor indulti.& ita iudicandū.c. porro.de priuil.

Sufficit reſpondenti dare inſtantiam.

Circa tertiam partem regule in qua dicitur alii uero nobiles ex inferiori genere nobilium magiſtri in theologia &c. omnibus aliis etiam creatis &c. ſimiliter preferantur.

Notandum eſt quod illa uerba omnibus aliis intelligũtur. ſ. inferius non ſuperius nominatis non obſtante dictione illa repetitiua precedentiũ. ſimiliter. cuius natura eſt ut oĩa expreſſa alio caſu ſuperiori habeant locũ in caſu inferiori ubi dicta dictio ponitur. et idẽ in aliis ſimilibus dictionibus repetitiuis ſecũdũ domi. formaliter per glo. ibi. in. c. cupiẽtes. §. inſuper. ſuper gl. in uer. preſentauerint de elec. li. vi. Nihilominus in caſu iſtius regule repetit alias qualitates contentas in parte ſuperiori nõ aũt prelationem perſonarũ ibidẽ expreſſarũ ut iſti preferantur illis alias corrigeret ſe incontinenti quod non eſt dicendũ nec preſumẽdũ per illud quod dicit gl. i. l. nõ ad ea. in uer. preſens in fine. ff. de cõdi. et demõ. quã g. Cy. Bal. i. l. ſi domino. C. per quas perſo. nob. acqui. extẽdũt ad diſpoſitionẽ legũ et ſtatutorũ dicẽtes nõ eſſe ueriſimile quod eadẽ lex incõtinẽti corrigat ſeipſam. eodẽ modo nec ſtatutũ. et idẽ ſequitur Roma. conſi. ciiii. incip. pater reuerẽde. in. ii. col. eſt ergo ſenſus regule ut nobiles ex inferiori nobilium genere et alii in hac tertia parte nominati omnibus aliis. ſcilicet ſequentibus. ſimiliter preferantur. ideſt quacunque diligentia receptione uel creatione in Canonicum non obſtante prout iam dictum erat in parte ſuperiori. quod etiam in hac parte repetit quo ad hic expreſſos reſpectu omnium inferiorum declarando ſeipſam licet ſatis intelligeretur illud repetitum per dictionem ſimiliter ut dixi. quandoque enim repetititur bis idem per eadẽ uel diuerſa uerba ratione maioris declarationis ut patet in

De natura dictionis repetitiue.

Nõ ẽ uerisimile ꝙ eadẽ lex corrigat ſeipſam incontinenti.

Qn̄ꝙ lex exponit ſe ipſam.

c.ſuper queſtionum.iuncto.c.cum te.de offi.dele.et quādoque lex eſt expoſitiua ſui ipſius ut colligitur ex.l.gallus.ff. de lib. & poſth.cum multis ſimilibus. exprimendo ergo illas qualitates explicite uoluit exponere et declarare dictionē ſimiliter in qua illud continebatur implicite ad quod facit bona glo. in.c. i.in uer.& filio.de ſumma tri.& fide catho.lib.vi. que eſt ad propoſitum not.

Declarata quo ad corticē & contextū iſta parte regule dubitatur circa eā de aliquibus et primo quos intelligit nobiles hic Papa & licet in hoc multa uerba effundat dominus de ſotto ſubiiciens quòd Veneti & Florētini ac aliarū ciuitatū mercatores nō poſſunt dici nobiles prout tenet in tractatu ſuo nobilitatis ad quē ſe remittit. Sed ſalua pace ſua dico quòd poſſunt dici & ſunt nobiles nō obſtāte mercatura quā exercēt quia exercēs mercātiā nō dicitur facere artē uilē aut mechanicā quādo illa eſt magna ita quod maiorē partē ſuarū facultatū tenet in mercantiis.& ideo talis de iure nō ſubiacet muneribus & oneribus precipue ſordidis ut probat tex.et ibi Bar.in.l.ſemper.§. negociatio.ff.de iure īmunit. & ponit Alex.con.xcix.in.iiii. uol. negociatio aūt que fit in rebus uilibus & minutis dicitur uilis & mechanica.& ideo eā exercens non poteſt dici nobilis ut eſt tex.quem dicit ibi Bal.eſſe notabilem in.l. nobiliores. C.de cōmert.Cum ergo nobiles Veneti faciant mercantias in rebus magnis et precioſis et maiorem partem ſuarum facultatum in eiſdem teneant propter hoc non poſſunt dici ignobiles. et idem de Florentinis et aliis conſimiles mercantias exercentibus. dico ergo quod ſunt nobiles. quia in eis cadit diſfinitio nobilitatis quam ponit Barto.in.l.prima.C.de dignit. lib.xii.

An exercēs mercaturā dicat facere artē vilē.

lib. xii. ubi dicit quòd nobilitas dicitur qualitas illata per principatum tenentem qua quis ultra honeſtos plebeios receptus oſtẽditur. et dicuntur de iure cõi eſſe in ordine decurionum penes quos non exiſtẽte alio rectore uel ſuperiore dicitur eſſe gubernatio ciuitatis. l. ubi abſunt. ff. de tuto. et cura. datis ab his. licet ergo nobilis dicatur multis modis tamen quo ad iſtam regulam intelligo de nobili ſecũdum cõmunẽ et uulgarẽ modum loquẽdi arg. l. labeo. ff. de ſuppel. leg. et. l. librorum. §. quod tamẽ caſſius. ff. de leg. iii. cum uulg. uidelicet ex ſtirpe. quia ita uulgus accipit prout dicit Bal. in dicta. l. nobiliores. C. de cõmert. et non requiritur quòd deſcẽdet de ſtirpe multũ magna ut quo ad hanc partem regule includatur ſed quòd differat in ſua ciuitate ab aliis communibus ciuibus et ſit illis preſtantior ut colligitur ex ſupraſcriptione. c. Petrus. xxxix. di. unde ſatis eſt quòd in illo loco ſit tentus habitus et reputatus pro tali inter alios ibidem pro nobilibus reputatos et quòd admittatur cum eiſdem cõmuniter et indiſtincte in congregationibus officiis et ſeſſionibus. multum enim in hoc facit conſuetudo particularis locorum et cõmunis ibidem reputatio. et ideo dicit Inno. in. c. de multa. de preben. quòd illa eſt dignitas que in loco reputatur dignitas et ſi non reputatur dignitas non eſt dignitas licet alias ſit de iure cõmuni. Hinc eſt quod circa officia et dignitates eccleſiarum magis attenduntur particulares conſuetudines locorum quãuis cõmune ut dicit glo. de Archidiacono in. c. ad hec. de exceſ. prel. et idem dicit gl. circa officia in. c. ii. de offi. arch. et expreſſius Inno. ĩ. c. i. eod. ti.

Qualiter capiat nobilitas quo ad iſtã regulã in tertia parte.

Nobilitas cõſiſtit ĩ reputatione.

Sed quid ſi aliquis habuit patrem nobilem de nobili genere ſecundum conſuetudinem et reputationem illius loci matrem uero

Nat° ex pa tre nobili et matre plebeia dicitur nobilis ſed nõ econtra.

plebeiam an deſcendens a talibus dicatur nobilis dico quòd ſic.quia popularis ſiue plebeia mulier nupta uni nobili dicitur nobilis nam corruſcat radiis mariti.l.femine.ff.de ſenato.& notatur in.l.ſi auguſte.ff.de leg.ii.Non ſic eſt in caſu econuerſo quando plebeius accipit in uxorem mulierem nobilem quia cum ipſe tunc non efficiatur nobilis ut dicit Bar.in.l.fi.C.de uer.ſignifi.per.l.pronunciatio.ff.eodem titu.certe nobilitatem quam ipſe non habet non tranſfundit in filium.eſt alia & melior ratio quia tali caſu ex quo illa nobilis nupſit plebeio perdidit nobilitatem ſicut enim mulier propter uiri nobilitatẽ corruſcat & extollitur ita propter eius ignobilitatem deprimitur ut in.l.i.& l.mulieres.C.de dignit.lib.xii. iuncta dicta.l.femine conſequenter natus ex talibus dicitur plebeius cum utrũque parentem plebeium habeat unum ex natura alium ex participatione.quantum enim ad honores et dignitatem inſpicitur conditio patris & non matris ut notat glo. & doc.in.l.partũ. C.de rei uendi. An autem baſtardi dicantur nobiles & de nobilium genere queſtio eſt trita & uulgaris de qua per Bar. & alios in.l.ſuggeſtioni.C.de uer.ſig. & concluditur quòd non per rationes ut ibi per eos.

Mulier nobilis nubẽs plebeio perdit nobilitatem.

Secundo principaliter dubitatur in ea parte huius tertie partis dum dicitur magiſtri in Theologia & Doctores in utroque uel altero iurium &c. An licentiatus in ſtudio uniuerſali gaudet prerogatiua doctorum quo ad iſtam partem regule in quo gloſator huius regule arguit pro & contra tandem concludit pro parte affirmatiua quòd ſic mouetur quibuſdam rationibus ut per eum qui ſubiicit quòd hec uidetur eſſe ueritas.Sed cum uenia ſua mihi uidetur quod ſit maxima falſitas et cõtra uer

ba & mentem iſtius regule. primum patet ex cellula ſiue parte immediate ſequente in qua fit mentio de licentiatis in utroque uel altero iurium ut patet ex dictione etiam que de ſui natura eſt implicatiua & auget quod primo non includebatur ut patet ex quotis de quibus per domi.conſi. cxx.in fine. & alio cxxv. quas hic non refero unde cum tota iſta regula ſit diuiſa per cellulas ſiue paraphos ſeu uerſiculos certe ſequitur quod poſita in cellula ſiue uerſiculo inferiori non referuntur ad ſuperiorem cellulam ſiue uerſiculum ut eſt glo.not.quam ibi ponderat domi.in.c.ut circa.in uer.coram de elec. lib.vi. allegat ſimilem in.c.unico de poſtul.prel.eodem libro.niſi quando in ſequenti eſſet dictio repetitiua precedentium ut ſupra in alio propoſito dixi.& ſic ex quo in ſequenti expreſſit de licentiatis certe noluit in precedenti de illis intelligere alias ſciuiſſet id exprimere ſi uoluiſſet iuribus uulga.quod autē ſit contra mentem huius regule probatur ſic. nam certum eſt quod ſummus. Pont.in ſuis diſpoſitionibus in dubio preſumitur conformari cum iure communi quando aliud non exprimit.c.cauſam que. de reſcrip.& in.c.propoſuit.de conceſ.prebē.ſed ſic eſt quod de iure communi non dicitur miles niſi poſteaquam in numeros relatus eſt aliorum militum ut eſt caſus in.l.ex eo.ff.de teſta. mili.ubi text.ſubiicit hec uerba proinde qui nondum in numeris ſunt licet etiam electi tyrones ſint & publicis expenſis iter faciant nondum milites ſunt debent enim in numeros referri.

Dictio etiā auget et includit quod prius nō includebat.

Licētiatus i ſtudio vniuerſali non gaudet priuilegio doctorum qui fuerūt graduati in cō ſimili ſtudio.

Ergo idē dicēdū eſt in doctoribus(nā et ipſi militat et habēt peculiū quaſi caſtrēſe.l.fori.& .l.aduocati.C.de aduoc. diuer. iudiciorū)ut quis nō poſſit dici doctor niſi poſtꝙ acceperit inſignia doctoratus nōdū.n.milites ſunt ut dicit ille tex et ſimi

cludatur in parte ſequenti ut ſit aliqua differentia inter licentiatũ et doctorẽ quã per iſtã regulã Papa uoluit cõſtituere ponẽdo doctores in cellula precedẽti. licẽtiatus aũt in ſequẽti ut ſit ſenſus quod doctor graduatus in ſtudio uniuerſali preferatur licẽtiato creato uel recepto in canonicum aut diligẽtiori in proceſſu quãuis ſit licẽtiatus in ſtudio uniuerſali. et de talibus poteſt intelligi cellula ſequens quicquid dicat glo. ibi.

Quòd aũt iſta differẽtia quã facit hic Papa inter doctorẽ et licẽtiatũ ſit iurida probatur rõne quia aliquid nõ recipit denominationẽ ab eo quod erit ſed ab eo quod ẽ ſecũdũ Bal. in l. ſi nõdũ. C. de furtis inferẽs ibidẽ duo. primũ eſt quòd licet teſtator mãdet in domibus ſuis fieri eccleſiam nõ tamẽ interim dicitur eccleſia. Secũdũ eſt ſi ciuitas interficit electũ nõ dicitur interfeciſſe epiſcopũ nec priuatur epiſcopatu prout quãdo interficit epiſcopũ cõſecratũ. c. ita nos. xxv. q. ii. nã electus non dicitur epiſcopus ex quo nõdum eſt cõſecratus. c. tua nuper de hiis que fiũt a prel. c. cũ dilecti. de dolo et cõtu. Preterea deſtinatũ nõ habetur pro cõpleto. l. cetera. §. ſed ſi parauerit. ff. de leg. i. ubi probatur quòd res legata ut adiungatur edibus põt interim alienari. quia nõ eſt idẽ. aliquid eẽ in habitu. uel eſſe in actu. et iõ clericus deſtinatione animi non poteſt impetrare beneficium ut clericus quia põt dici clericus habitu tantum et deſtinatione animi ſed nõ actu prout late per multa motiua probat dominus Fel. in c. cum adeo. de reſcrip. quicquid dicat gloſa in c. ii. de inſtitut.

Fit denominatio ab eo q̃ eſt non ab eo quod erit.

Concludo ergo licẽtiatũ etiã in ſtudio uniuerſali non includi in iſta tertia parte ſeu cellula ſed in ſequẽti. ex quo ſequitur iſta concluſio. quòd doctor graduatus in aliqua uniuerſitate ſtudii

Cleric⁹ deſtinatione animi non põt ĩpetrare beneficiũ ut clericus.

in utroque uel altero iuriũ prefertur licentiato in utroque uel altero iurium etiam ab uniuerſitate ſtudii quacunque diligentia proceſſus.receptione aut creatione in Canonicũ non obſtante.ſatis eſt enim quod licẽtiatus fuerit parificatus doctori graduato extra uniuerſitatem per cellulam ſequentẽ ita quod paribus paſſibus ambulant nec unus alteri prefertur. niſi ſit diligentior in proceſſu aut creatus in canonicum.

Inter doctorẽ graduatũ extra uniuerſitatẽ & licentiatũ i uniuerſitate debet ſeruari ius commune.

Ex *quo facio aliam concluſionem: quod doctor graduatus extra uniuerſitatem non prefertur licentiato ab uniuerſitate diligentiori in proceſſu uel recepto aut creato in canonicum.quia doctores extra uniuerſitatem & licentiati ponuntur inferius in eadem cellula per quod datur intelligi quod mens et intentio Pape fuit ut omnes poſiti in eadem cellula preferantur poſitis in cellulis ſequentibus non autem poſitis in cellulis precedentibus.& ſimiliter inter poſitos in una & eadem cellula concurrentes inter ſe nõ fiat aliqua antelatio niſi quatenus eſſet unus alteɩo magis graduatus uel magis qualificatus prout inferius dicitur.conſtat autem doctorem graduatum extra uniuerſitatem non eſſe magis graduatum quo ad hoc aut magis qualificatum ꝙ ſit licentiatus in uniuerſitate per ſupradicta.facit bonus tex.in.l.magiſtros.ibi optimorũ conſenſu conſpirante.C. de profeſſo.& medicis lib.x.Nec eſt arguendum ab ordine littere quo ad poſitos in eadem cellula quia non ſemper ordinẽ ſcripture ſeruamus dicit glo.in.c.i.de iur.cal.lib.vi. per.l. nec ordo.ff.de ſolu.licet ergo in cellula ſequenti in ordine littere premittantur doctores extra uniuerſitatem. licentiatis cũ rigore examinis.& ſic in uniuerſitate ut ſepius dixi. non propterea ſequitur quod tales doctores preferendi ſint huiuſmodi*

Qñ poſiti in eadẽ cellula concurrũt inter ſe quis prefertur.

licentiatis diligentioribus aut receptis uel creatis in canonicos ſed erit ius cõmune inter eos ſeruandum.

Ex quo īfero unũ aliud quo ad iſtã tertiã parte quod nobilis ex inferiori genere nobiliũ uel magiſter in theologia aut doctor in utroque uel altero iuriũ graduatus ĩ aliqua uniuerſitate ſtudii: nullus eorũ per ſe prefertur familiari Pape nõ deſcripto qui erat familiaris cõtinuus cõmenſalis tempore ſue aſſumptionis diligẽtiori in proceſſu uel recepto aut creato in canonicũ licet de predictis familiaribus poſt ſupradictos fiat mẽtio in iſta cellula. Quicquid dicat dominus de ſotto qui arguẽdo ab ordine littere tenet in hoc contrariũ & minus bene iudicio meo quod patet apertiſſime ex quinta parte in qua dicitur inter ſe autem ſi concurrunt ipſi graduati & familiares ultimo loco ſcripti ius commune ſeruari uoluit.

Ex quibus uerbis arguo ſic. ſicut. n. quando unus graduatus extra ſtudiũ uniuerſale cõcurrit cũ familiari Pape qui poſt aſſumptionẽ ad eius familiaritatẽ uenit uel cũ uno ex. xii. familiaribus Car. inter eos ſic cõcurrẽtes debet ſeruari ius cõmune per illũ. §. eodẽ mõ & pariformiter dico quod ſi graduati in ſtudio uniuerſali uel alii poſiti in iſta tertia parte cõcurrunt cũ familiaribus Pape nõ deſcriptis qui erãt familiares continui cõmenſales tẽpore aſſumptionis inter eos ſic cõcurrẽtes debet ẽt ius cõmune ſeruari prout ſeruari uoluit quo ad poſitos ĩ quarta parte quia utrobique eſt eadẽ rõ. & ſic debet eſſe eadẽ iuris diſpoſitio. l. illud. ff. ad leg. acqui. c. inter corporalia. de tranſ. prel. Nec obſtat quod Papa in illa quinta parte expreſſit de familiaribus poſitis ĩ quarta parte proxĩe precedẽti per illa uerba & familiares ultĩo loco ſcripti etc. quia qua rõne dictos fa

Si familiaris pape tẽpore aſſumptionis concurrat cum graduato ĩ uniuerſitate debet ſeruari ius cõmune.

miliares poſt aſſumptionē uenientes ad familiaritatē qui ante non ſuſtinuerūt labores et ſeruitia in eius cardinalatu et etiā alios.xii.Card.equiperare uoluit graduatis extra uniuerſitatem eodē mō et pariformiter mens et intētio ſua fuit idē ſeruari debere inter graduatos in uniuerſitate ſiue alios in quarta parte poſitos et familiares exiſtentes tēpore aſſumptiōis nō obſtat ergo quod Papa expreſſit de illis et nō de iſtis quia idem expreſſiſſet de iſtis ſi de hoc fuiſſet interrogatus iuxta gl.not. in.l.tale pactū.§.fi.ff.de pac.que dicit quod licet aliquis caſus expreſſe deciſus nō ſit in lege uel ſtatuto nihilominus id ſeruādum eſt quod ueriſimiliter ſtatutū fuiſſet ſi de illo poſtulati fuiſſent ſtatuentes ad idem facit gl.in cle.i.in uer.preſidentes de reſcrip.quas allegat et ſequitur Rom.conſi.cccxcii.incip. circa primū.et Ancharanus conſi.lxxxiiii.incip. domina etc.

Glo.not.in l.tale pactū.§.fi.ff.de pact.

Non enim abſque miniſterio poſuit familiares poſt aſſumptionem ad eius familiaritatem uenientes et alios.xii.familiariū cū graduatis extra uniuerſitatem ſtudii generalis.et ſic in cellula inferiori.alios aūt familiares exiſtentes tēpore ſue aſſumptionis in cellula ſuperiori inter graduatos in aliqua uniuerſitate ſtudii generalis quia iſtos uoluit magis prerogatiue ut qui fuerūt ſocii paſſionum ſint etiā magis participes conſolationum arg. c.cum ſecundum.de preben.et.l.ii.C.de offi.magiſtri officiorum.ibi dum dicit is gradus ceteros antecedat quem prolixior labor fecerit anteire.conſequenter ſicut inter familiares poſitos in quarta parte et graduatos de quibus in eadem cellula ſimul cōcurrentes inter ſe ius cōmune ſeruari uoluit.eodem mō conſiderata mente et intentione principis ex ratione proxime aſſignata idem cenſetur uoluiſſe ſeruari inter familiares et gra

duatos qui ponuntur in iſta parte tertia ut inter eos ſimul concurrentes ſeruetur etiam ius cōe. et ſic non obſtat quod de iſtis non expreſſit arg. c. ad audientiā de decimis. et. l. unice circa finem. C. de cadu. tol. quia dico quod ſatis dicitur expreſſum illud quod colligitur ex mente et intentione diſponentis per rationem naturalem (qualis eſt de qua ſupra) que unica et ſola reddi poteſt licet uerbis expreſſis non ſit ſpecificata. l. milites agrum. ff. de re mil. cum aliis concor. ſuperius in alio propoſito. facit bonus tex. in. l. licet imperator. ff. de leg. i. ubi euidens dicitur id quod colligitur ex coniecturis. et illum ad hoc allegat Panor. in. c. licet cauſam in. xiii. not. de probat. ad idem quod ponit Egidius concluſione. dccxxxiiii. incip. ſi in libello ubi ſentit quod dicitur expreſſum in libello quod colligitur ex preſumptionibus. Concludo ergo et ex premiſſis facio breuiter has concluſiones. Prima ſit quod licentiatus in uniuerſitate ſtudii generalis poſtponitur doctori graduato ī cōſimili uniuerſitate ex quo de licentiatis fit mentio in cellula inferiori et per alia de quibus ſupra. Secunda quod talis licentiatus in uniuerſitate equiperatur doctori graduato extra uniuerſitatem ex quo ponuntur in eadem cellula cum aliis rōnibus ut ſupra. et inter eos concurrentes in ſimul ſeruetur ius cōe circa diligentiā proceſſus et alia prout in. c. duobus. nā ut plurimum doctores qui graduātur extra uniuerſitatem ſtudii generalis ſunt illiterati et ignari. de quibus ait Cicero multi inſignia uirtutis ſine uirtute cōſequuntur. et ideo talis gradus non facit ut quis dicatur magis graduatus licentiato in uniuerſitate ad quod bene facit quod dicunt doc. moderni in. c. clerici de iud. quod legiſta qui hēt titulū in utroque iure et ignorat Canones non

Satis dicit expreſſum quod colligit ex mēte diſponētis.

Dicit expreſſum in libello qđ colligit ex preſūptionibus.

Doctor in utroq̃ ſi ignorat Ca

nones non precedit bonum canoniſtam.

precedit bonũ canoniſtã nec dicitur magis graduatus illo idẽ ſentit Petr. de anch.in.c.i.de parr.dũ loquitur de legiſtis neſcientibus rubricas decretaliũ.& hodie uidemus multos tales ſecũdũ dominũ Feli.in rubrica.de ma. & obe. Nec eſt bona ratio illa quã dicit dominns de ſotto ſufficere ꝙ ſint doctores quocũque & ubicũque quãdo uniuerſali ſtudio nõ potuerũt feciſſe ſumptus doctorales quia illa rõ nõ ẽ uniuerſaliter uera. Nec habet locum ſaltem in doctoribus qui fiunt hic in urbe ubi modico ſumptu et non magna impenſa poſſunt doctorari per Collegium aduocatorum qui faciunt uniuerſitatẽ ſtudii Romani quod ſtudium nobilius eſt & magis antiquum aliis uniuerſalibus ſtudiis quoniam legum originem anterior Roma ſortita eſt dicit tex.in auct.ut eccleſia romana.in princ.facit.l. ſed & reprobari in.§.pe.& fi.ff.de excu.tut.&.l.eos in prin. ff.de uaca.mune. Magis in ſpecie tex.in.c.ii.de priui.lib. vi. & utinam eſſent bona ſallaria quia non deficerent boni lectores iuxta illud ſint mecenates nõ deerũt flare marones.ex quo patet ꝙ ratio illa non ẽ uniuerſalis nec concludit.poſſet tamẽ procedere eo caſu quo quis eſſet licentiatus in ſtudio uniuerſali & doctoratus extra uniuerſitatem quia talem dicerem magis graduatũ ſimplici licentiato ita ut ſi cõcurrere cũ eo eẽt eidẽ licẽtiato preferẽdus nõ obſtãte diligẽtia in proceſſu ſiue receptione uel creatione in Canonicũ & hoc per.§.ſextum.ubi diſponitur quod magis graduati minus graduatis pariformiter preferantur.& ita limito iſtã ſecundam concluſionem.

Studiũ Romanum bilius ẽ aliis dijs.

Licentiatus in uniuerſitate & doctoratus extra preferẽ ſimpliciter licentiato.

Facit ad hoc quod notabiliter ponit Ang. Aret.in .§. quidã i.x. col.inſti.de acti.ubi dicit quod prio licẽtiatus poſtea doctoratus precedit illũ qui medio tẽpore fuit doctoratus per tex.ſin

Primo licẽtiatus poſt eã doctora

gu.in.l.i.C.de conſu.lib.x.unde ĩ ſimili dico ꝙ precedit licē tiatũ ſimpliciter ĩ uniuerſitate licet ille fuerit doctoratus extra.

tus prefert doctorato medio tpe.

Tertia concluſio ſit ꝙ doctor in utroque uel altero iurium graduatus in aliqua uniuerſitate ſtudii generalis non prefertur familiari pape qui erat familiaris continuus commenſalis tēpore ſue aſſumptionis, licet nō ſit de deſcriptis. ſed inter eoſdem in ſimul concurrētes dēt ſeruari ius cōe ſicut īter familiares poſt aſſumptionē ad familiaritatē Pape ueniētes nec non illos.xii. ſingulorũ Cardinaliũ & doctores graduatos extra uniuerſitatē. & idē dico de aliis qualificatis de quibus in.iii.et.iiii. parte reſpectu familiariũ in qualibet earum partium nominatorũ.

Non obſtat ſi diceretur ergo ſm predicta ſtabularius pape cōcurrit et equiperatur doctori ĩ utroque uel altero iuriũ et cũ eodē pari paſſu ambulat et ſimiliter cũ aliis qualificatis de quibus.in iii.et.iiii.parte cui abſurdo non poteſt aliud reſponderi niſi ꝙ ita principi placuit qui habet pro ratione uolũtatē iuxta glo.in l.relegati.ff.de penis.quod maxime uendicat ſibi locũ in papa quia non eſt qui ei dicat cur ita facis iuxta glo.in.c.quanto de tranſla.prela.potiſſime in beneficialibus quorũ plenā et liberā habet poteſtatem.c.ii.de preben.in.yi. et in cle.i.ut lite pen.

Nō.eſt qui dicat Pape cur ita facis.

Sequitur quarta pars regule cuius materia pro maiori parte fuit expedita in parte ſuperiori.et dicit hic in prin. gloſator quod in hac parte dicitur de aliis graduatis extra uniuerſitatem ex quo poſtea infert quod licētiatus in altero iurium in ſtudio uniuerſali nō comprehenditur in hac parte ſed in ſuperiori.quod ego non puto uerum quia in parte ſuperiori nulla penitus fit mentio de licentiatis in aliqua nniuerſitate uel extra unde non eſt noſtrum hoc uelle ſupplere argumen.capi. ad audientiam

cum ſimilibus maxime ex quo uerba deficiunt circa hoc nec apparet aliter de mente diſponentis.l. ſcire oportet .§. aliud. ff.de excuſatio.tutorum.ibi ſed et ſi maxime uerba legis hunc habeant intellectum tamen mens legiſlatoris aliud uult etce. facit quod dicit Cyn. in. l. non dubium,in penulti.queſtione. C.de legibus quod autem uerba deficiant hoc clarũ eſt quia nullum uerbum de licentiatis in parte tertia ut dixi.et de mẽte probaui late ſupra dico ergo quod hic loquitur de licẽtiatis in ſtudio uniuerſali quia cõmuniter fiũt licẽtiati ĩ talibus ſtudiis ab illis de uniuerſitate in priuato examine ĩ quo datur eis licẽtia quod poſſint doctorari quãdo uelĩt et tũc demũ fit publicũ examẽ ut declarat Bar.in.l.unica.C.de athlet.lib.x.ex quo apparet quod licẽtiati nõ fiũt extra uniuerſitatẽ prout clare colligitur ex uerbis Panor.in.c.propoſuiſti in fi.col de proba.dũ dicit ante doctoratũ debet quis ter approbari primo a preſentantibus ſecũdo in examine priuato a doctoribus collegii.tertio in publico.et ſic per illa uerba uidelicet a doctoribus collegii ſentit aperte quod licẽtiati fiunt a collegio uel uniuerſitate cõſequẽter arguẽdo a cõiter accidẽtibus.l.nã ad ea.ff.de legi. et ab eo quod de iure fieri debet ſequitur quod in iſta quarta parte intellexit Papa de licẽtiatis ĩ ſtudio uniuerſali nõ extra. quia talis preſumitur eẽ intẽtio Principis qualis eſt legis ſcripte.c.cauſamque.de reſcrip.et in.c.propoſuit.de cõceſ.prebẽ. et hunc intellectum clariſſime oſtendunt uerba in hac parte regule poſita dum dicitur et cum rigore examinis licentiati nec obſtat dictio ceteri que uidetur eſſe aduerſatiua precedentis orationis quia hoc procedit quo ad graduatos expreſſos in parte precedenti et repetitos ſimpliciter in iſta ſequenti .

Ante doctoratũ debet quis ter examinari.

quo caſu

quo caſu dictio ceteri aduerſatur in hoc ut hic non intelligatur de graduatis in uniuerſitate ſed extra. ſed non aduerſatur quoad licentiatos de quibus nullum uerbum in precedēti. Secundo principaliter aduertendum eſt. dum in hac parte dicitur. nec non in medicina et in artibus magiſtri qui poſt ſuſceptū gradum aliquibus annis legerint. per quot annos debēt legiſſe magiſtri in medicina et in artibus ut gaudeāt iſta prerogatiua. Puto ad minus requiri quod biēnio legerint arg. l. ubi numerus. ff. de teſtibus. et regule. pluralis locutio. li. vi. hoc etiam ſuadet natura dictionis aliquibus que uerificatur in re minima ut per glo. in cle. i. in uer. aut earum parte. de foro compe. ergo ēt in numero breuiſſimo qualis eſt numerus binus. quo numero nō poteſt eſſe numerus breuior. quia unitas non eſt numerus. ſed principium numeri ſecundum glo. in l. ſi quis ante. in uer. ſolū. ff. de acqui. poſ. licet Bar. ibi dicat quod eſt idem ius de principio numeri quod de ipſo numero. de quo ut ibi per eum. et per eundem in. l. nō ideo. C. de her. inſti. Puto etiam quod debēt legiſſe in ſtudio generali non autē in domibus ſuis priuate licet contrarium dicat in hoc dominus de ſotto. et minus bene. ut probat tex. not. iuncta glo. in uer. cōmittunt in prohem. digeſtorum. §. hec aūt tria. ubi dicit quod priuilegium doctorū nō habent qui alibi legunt q̃ in ſtudiis generalibus et aliis regiis urbibus que id habēnt ex priuilegio.

Vnitas non eſt numer⁹ ſed principiū numeri

Legētes in domib⁹ priuatis ñ gaudēt priuilegijs doctorū legētiū.

Tertio notādum eſt pro declaratione illorum uerborum qui poſt ſuſceptum gradum etc. quod ideo requirit eos legiſſe poſt ſuſceptum gradum quia niſi prius quis doctoretur nō admittitur ad legendum publice. in eo enim actu exercendo requiritur titulus et gradus doctoralis. l. magiſtros. C. de profeſ. et medi.

lib.x.& ponit Abb.in.c.clerici.de iudi.ex quo ſequitur quod ſcholares non poſſunt legere publice etiam tanquam ſubſtituti doctorum per illud quod dicit ſignanter Bal.in.l.parabolani. C.de epiſcopis & cler.Cur autem regula in iſta parte actũ profitendi potius in magiſtris artium & medicine ꝙ in magiſtris in theologia uel doctoribus iuriũ. non poteſt aliud rationabiliter dici niſi quia ſic principi placuit facit.l. non omnium. ff.de legibus cum uulg.

Scholares nõ pñt legere publice ẽt tãquam ſubſtituti.

Quarto et ultimo quo ad declaratiõẽ iſtius partis quero ĩquãtũ dicitur de.xii.familiaribus ſingulorũ cardinaliũ. An intelligatur ſimpliciter prout uerba ſonãt de familiaribus tãtũ uel requiratur ẽt quod ſint cõtinui cõmẽſales ipſorũ Cardinalium. quod puto uerius quicquid dicat gloſator.quia precedẽtia declarãt ſequẽtia.l.ſi ſeruus pluriũ.§.fi.ff.de leg.i.et clauſula poſita in precedẽti ĩtelligitur repetita in ſequẽti quãdo alias ſine repetitiõe ſequeretur aliquod abſurdũ ut per Bar.in.l.i.ff.de pac.dota.ſed ſic eſt quod ſi illa clauſula. uidelicet cõtinui cõmẽſales adiecta familiaribus pape nõ ĩtelligeretur repetita quo ad familiares Cardinaliũ certe iſti uiderẽtur fauorabiliores illis.quod ẽẽt abſurdũ & cõtra partẽ ſeptimã in qua expreſſe dicitur.ipſi aũt familiares ſue.S.ſupradictis.xii.familiaribus cardinaliũ ceteris paribus preferãtur. Nõ obſtat ĩõ gloſatoris inquãtũ põderat illã qualitatẽ.uidelicet cõtinui cõmẽſales que adiicitur primis et nõ ſecũdis arg.l.iii.§.filius.ff.de lib.et poſt. quia dico ꝙ illud procedit quãdo illa qualitas cõuenit tãtũ illi cui adiicitur et nõ alii ſecus ſi utrique. et ita ſoluit et ĩtelligit illũ tex.Romanus conſil.clxxx. incipien.ſi admittimus in fi. col.At in caſu noſtro conuenit omnibus igitur &c.

Duodecim qui noĩant per ſingulos Cardi. debent eſſe familiares & cõtinui cõmẽſales.

Quinta pars principalis regule clara eſt. quia in ea equiperantur graduati & familiares Pape nec non.xii. familiares ſingulorum Cardinalium in libro cancellarie apoſtolice deſcripti ita ut inter eos.ſ.graduatos & familiares ad inuicem concurrentes ſeruetur ius commune intelligo autem et extendo iſtum §.ut dixi in tertia concluſione tertie partis principalis ut ibi. uerum quia hic et clarius in parte ſuperiori fit mentio de duodecim familiaribus ſingulorum Card.queri poteſt ſi cardinalis nominauit ſemel.xii. familiares ſuos continuos commenſales in cancellaria.demum aliqui ipſorum recedunt de familiaritate uel moriuntur. an poſſit alios loco ipſorum nominare. Iſta queſtio preſupponit unum quod nominatus inter illos duodecim recedens de familiaritate Cardinalis nō gaudeat amplius iſta prerogatiua cuius contrarium ſentit hic gloſator maxime ſi familiaris fuit licentiatus ſine cauſa uel ille ex cauſa ſe expediuit totaliter a Cardinali arg.c.cū nō ſtat.et.c.imputari.de regu.iur.lib.vi.Quod ego non puto uerum quia qualitas adiecta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.l. in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.et in.l.ticius. et ibi clare Bar.ff.de teſta. mil.unde cum hic et in parte ſuperiori dicatur quod familiares predicti omnibus aliis.ſcilicet inferioribus preferantur pariſormiter.ſcilicet in aſſecutione beneficiorum. et hic dicatur quod inter graduatos et familiares ultimo loco ſcriptos ſeruetur ius commune ſubaudiaturque.ſcilicet in aſſecutione beneficiorum ergo ſequitur per rationem de qua ſupra quod ad hoc ut familiaris gaudeat iſta prerogatiua non ſufficit quod tempore date fuerit familiaris niſi perſiſtat in eadem familiaritate tempore uacationis. Nec obſtat quod per eum nō

Quo ad iſtá regulá nõ ſufficit ꝙ ipe date quis fuerit familiaris niſi ſit etiã ꝑ vacatio nis.

Ceſſante fa miliaritate ceſſant priuilegia pro uenietia rõne familiarit.

Si aliquis de.xii. nominatis per car. moriaẽ an loco ili' poſſit aliũ nominare.

Epiſcopus hñs priuilegiũ ꝙ certi ſui familiares ꝑcipiãt fructus ĩ abſentia põt loco cedentiũ vel decedẽtiũ alios ſubrogare.

ſtat. quia dico iſtud non eſſe in conſideratione. nam iſte familiaritates ſunt ad inſtar cuiuſdã ſocietatis que licet conſenſu plurium contrahatur tamẽ alterius diſſenſu diſſoluitur. §. manet inſtit. pro ſocio. et. ff. pro ſocio. l. ii. et. l. ſi cõuenerit. in hoc ergo inſpicitur nuda uoluntas utriuſque non autem iuſta uel rationabilis cauſa. et hoc quo ad priuilegia prouenientia ratione familiaritatis ut illa ceſſent ceſſante familiaritate qualitercunque. licet non ceſſet affectio beneficiorum quia ſemel affectum ſemper durat affectum. et hoc expreſſe uult regula ſuper impetratione talium beneficiorum.

Stante ergo hoc pro uero quod utroque caſu finitur familiaritas et expirat iſta prerogatiua quo ad nominatum mortuũ uel recedẽtẽ de familiaritate. Dubium eſt an expiret etiam quo ad Cardinalem quin poſſit alium loco illius nominare. et uidetur gloſatori quod alium nominare non poſſit quia iſta licẽtia nominandi intelligitur de prima tantũ et non ulteriori. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uer. ſig. c. non poteſt. de preben. lib. vi. demũ ſubiicit quod ita conſuleret iudici ſi aſſideret. Sed cõtra iſtã determinationẽ facit. de directo quod in ſimili queſtione tenet domi. poſt lo mo. et lo. an. in. c. ſicut. de uer. ſig. li. vi. ubi dicũt quod ſi epiſcopus habet priuilegiũ cũ tẽporis prefinitiõe ut poſſit eligere quattuor clericos ſuis obſequiis inſiſtentes qui percipiant fructus beneficiorum ſuorum in abſentia illoſque eligat demum alter illorum cedit uel decedit certe loco illius poterit alium ſubrogare arg. l. ſicut in annos. ii. reſponſo. ff. quibus modis uſuf. amit. ad idem. l. ſi ita fuerit. ff. de leg. iii. ubi etiã eius qui natus eſt poſt teſtamentum uel eius qui poſt in familiam uenit habetur ratio. facit etiã. l. ſi mancipia. ff. de fundo iſtru.

ubi ſi

ubi ſi teſtator legauit fundum cum inſtrumento et mancipiis que ibi erant. ueniunt etiam mancipia poſt inducta colendi cauſa in illum fundum. que omnia concludunt Cardinalem loco illius poſſe alium nominare confirmatur hoc bona ratione.nam cum Cardinali non autem familiaribus ſit hec gratia & facultas nominandi conceſſa certe ipſius perſona eſt principaliter attendenda argu.c.ſi cui de preben.lib.vi. Non obſtat motiuum tenentis contrarium quia dico quòd cum iſta gratia & facultas conceſſa Cardi. ſit fauorabilis non odioſa ut per Ancharanum conſi.cxxxi.ſequitur ergo quòd debeat extendi & non conſumi ex prima nominatione que caruit effectu facit.c.ex tue.de cler.non reſid. Nihilominus predictis non obſtantibus prima pars uidetur uerior quia priuilegium de quo loquimur & gratia nominandi producit ſuum effectum momentanee quo producto conſumitur priuilegium licet effectus non perſeueret.ſecus in priuilegio producente effectum extenſiuum cum certi temporis prefinitione quia tunc per totum illud tempus debet ſortiri ſuum effectũ.ita quòd producto uno effectu & eo ſublato multiplicabitur alius & alius effectus donec durat tempus prefinitum & iſto caſu locus eſt ſurrogationi.& ita proprie procedit queſtio docto.in dicto.c.ſicut. An & qñ priuilegiũ cõſumitur unico actu.

Secus eſt in caſu preſentis queſtionis ubi priuilegium non habet certum tempus ſucceſſiuum ſed ſtatim per unum actum.i.per primam nominationem producit ſuum unicum effectum.ſ. ut talis nominatus habeat iſtas prerogatiuas. quo effectu producto conſumitur priuilegium conſequenter non eſt locus ſurrogationi quia poſtquã priuilegium eſt conſumptum non poteſt amplius effectum producere. & ideo per hec & ſimilia dicit

ſignanter Egidius cōcluſiōe.dcxxvi.incip.ſuppoſitis etc. quod ſi Papa dat poteſtatem Regi Francie nominandi duas perſonas idoneas in ſua coronatione in certa eccleſia. Certe ſi ſemel nominauit duas perſonas ad duas prebendas illis deficientibus non poterit alios ſurrogare. quia ſic procederetur in infinitum iura autem infinitatem abhorrent.c. cum in multis de reſcrip.li.vi.cum concor.allegatis ibi in glo. concludo ergo quod loco familiaris deficientis qui fuit ſemel nominatus non poterit alius nominari per ſupradicta.

Sexta pars regulę.

Videndum eſt nunc de ſexta parte principali.que uult quod inter graduatos et qualificatos de quibus ſupra magis graduatus preferri debet minus graduato et magis qualificatus minus qualificato ſeruato tamen ordine ſupraſcripto.que ultima uerba important ſecundum gloſatorem quod ſeruetur ordo nominationis tam quo ad graduatos quā quo ad qualificatos. ut ſit ſenſus quod inter nominatos in eadem cellula primo nominatus preferatur ſecundo nominato. et ille tertio. et ſic deinceps in reliquis ibidem nominatis quāuis poſteriores ſint magis graduati prioribus.Ex quo infert quod magiſter in theologia quia eſt primo nominatus prefertur doctori in utroque iure. quod ego non puto uerum quinimmo cum et ipſum ius Canonicū cēſeatur eſſe diuinū ut in.c.nimis de iure diuino.de iure iur.et in.c.qualiter.ii.de accuſ.uoluerūt elegāter Hoſt. et Io. an.i beneficiis obtinē dis purū Canoniſtā preferri debere puro Theologo niſi eccleſia in qua eſt illud beneficiū ad quod cōcurritur magis Theologo indigeat ut quia ſit hereticis uicina ita eleganter dicunt prefati docto. in.c.primo. de conſang.et affi.Idem conſulendo ſequitur Ludo.Rom.conſi.cccxxxiii.

Purus Canoniſta prefertur puro theologo in beneficijs obtinendis niſi &c.

incipien. quo ad primum. in finali colum. et ſic loquuntur in fortioribus terminis.ſ.in puro Canoniſta.multo ergo fortius in doctore utriuſque iuris quia duo uincula magis ſtringunt q̄ unum.c.i.de treu.& pace.l.fi.C.de adopt.et in auc.poſt fratres.C. de legit.here.preterea licet ſcientia theologie habeat ſubiectum nobilius ceteris ſcientiis cum principalis eius ſermo ſit de deo ut patet ex ethymologia uocabuli.tamen ſcientia Canonica eſt melior & utilior in eccleſia dei participatione aliorum bonorum quia eius ſubiectum eſt homo dirigibilis non ſolū in bonū cōe ſed etiā in deū ſecundum ſacras regulas ut notatur in probe.decretaliū et ponit Pano. in.c.clerici. de iudi.Cōcludo ergo quod doctor in utroque iure quia ē magis graduatus prefertur puro Theologo et tollit ſibi diligētiā proceſſus et receptionē ſiue creationū in canonicū per ſupradicta.

Scīa Canonica ē utilior q̄ theo. ꝑticipatiōe aliorū bonorum.

Ex quo infero non eſſe uerum generaliter et indiſtincte quod debeat ſeruari ordo nominationis ſimpliciter inter nominatos in eadem cellula ut primo nominatus preferatur ſequentibus ibidē diligentioribus in proceſſu uel receptis aut creatis in Can. niſi ita demum quando primo nominatus eſſet magis graduatus inter graduatos uel magis qualificatus inter qualificatos de quibus in eadē cellula quod apertiſſime demonſtratur ex quarta parte ubi primo nominantur baccalarii formati in theologia quā doctores in utroque iure et tamen nemo ſani capitis diceret quod baccalarius formatus in theologia debeat preferri doctori in utroque cum etiam magiſter illi non preferatur ut ſuperius probaui ſimiliter in tertia parte prius nominātur doctores iurium quā familiares Pape tempore ſue aſſumptionis.et tamē illi non preferuntur iſtis ſed inter eoſdē debet

Inter noīatos in eadē cellula nō ī ſpicit ſimpliciter ordo noīationis quo ad prelationē.

ſeruari ius commune ſicut inter ſamiliares ultimo loco ſcriptos & doctores graduatos extra uniuerſitatem ut in quinta parte. Eodem modo.

In quarta parte primo nominantur prefati doctores graduati extra uniuerſitatem quã licentiati in ſtudio generali cum rigore examinis. & tamen ceteris paribus illi non preferuntur iſtis prout hec omnia ſuperius late probaui.

Ex quibus apparet quòd licet alias perſona primo nominata in aliqua ſcriptura uideatur eſſe dignior iuxta gloſ. uulgata in.c. quorundam. in uer. predicatorum. de elec. lib.vi. facit bonus tex. iuncta glo. in.c. penul. in uer. nominatus. eodem tit. & lib. & in.c.ii. et ibi Panor. in notabilibus. de iudi. Tamen Papa in iſta regula non habuit talem reſpectum ut inter nominatos in eadem cellula primo nominatus cenſeatur dignior & ſequentibus ibidem eoipſo preferatur tollatque eis diligentiam proceſſus & alia. Sed habuit conſiderationem ut omnes poſiti in priori cellula preferantur poſitis in cellula inferiori licet ſint diligentiores in proceſſu recepti uel creati in Cano. & iſtud proprie uult dicere iſta ſexta pars in illis uerbis uidelicet ſeruato tamen ordine ſupraſcripto.ſ. cellularum quia digniores quoſque poſuit in cellulis ſuperioribus per ea que dicit gl. in dicto.c. quorundam. cum aliis concor.

Quid ſignificent illa uerba ĩ hac ſexta parte uidelicet ſeruato tñ ordine ſupraſcripto.

Hinc eſt quod baccalarios et licentiatos non poſuit in prima ſecũda & tertia parte ſed demum in quarta ad denotandũ quod poſiti in precedentibus cellulis ſunt illis digniores & preferendi ſicut in ſimili uidemus quando teſtator in ſuo teſtamento facit plures gradus heredum utputa ſi ille heres nõ erit. ille heres eſto et deinceps inquantum uelit teſtator ſubſtituere po

teſt dicit tex.inſtit. de uulg.ſubſti.in prin.& in.l.i.cum.l.ſed ſi plures.ff.e.tunc enim quãuis omnes poſſunt dici heredes inſtituti quia omnis ſubſtitutio eſt inſtitutio ut dicit glo. in.l.gallus.ff.de liber.& poſth.in princ. N*ihilominus omnes instituti & poſiti in primo gradu preferuntur omnibus poſitis in gradu ſequenti. quibus.ſ. ſubſtitutis & poſitis in gradu ſequenti ita demum locus eſt quando primi in totum deficiunt ut probat tex.not.in.l.quidam teſtamento.ff.de uulg.& pupil. ibi dum dicit eam uideri uoluntatem patriſfa.fuiſſe ut in tertio gradu ſcriptos heredes ita demum ſubſtitueret ſi tota hereditas uacaſſet.licet cõmuniter dicatur ad illum tex.illud procedere ex preſumpta uoluntate defuncti ſecundum quam coniunctus prefertur ſubſtituto.alias regulariter eſt contrarium uidelicet ut ſubſtitutus preferatur coniuncto.l.ii.§. ſi duo.ff. de bon. poſſ. ſecundum tab.& in.l.unica.§.in primo.et.§.pro ſecundo.* C. *de caduc.tol.quod hic longius non diſputo ſed me remitto ad notata per* Bar.& Moder.*in.l.re coniuncti.ff.de leg.iii.ſatis eſt quod quantum ad principale propoſitum procedit ſimilitudo reſpectu graduum ſiue cellularũ ut illi qui ſunt primi gradus preferantur aliis ſequentibus in gradu uel cellula inferiori tanquã digniores quamuis illi ſequentes ſint magis graduati quã primi. & ſic inter primos et ſecundos non conſideratur quo ad prelationem maior gradus uel maior qualitas.ſed inter nominatos in eadem cellula concurrentes inuicem inter ſe habet locum iſta ſexta pars ut magis graduati minus graduatis etc.preferãtur.nõ autẽ ſeruatur ſimpliciter ordo nõiationis.* Q*uapropter correſpectiuando primo qualificatos nominatos in eadem cellula.ſecundo graduatos ibidem nominatos prius*

Tex.not. ĩ l.quidã teſtamẽto.ff. de uulg. et pupil.

an ſubſtituti preferatur cõiũcto

Maior gradus uel maior qualitas cõſideratur inter nominatos ĩ eadem cellula tantum.

qualificatos cum qualificatis. et graduatos cum graduatis. deinde mixtim inter ſe. uidelicet qualificatos cum graduatis conferam faciendo infraſcriptas concluſiones. quarum prima ſit. quod nobilis de genere ducum prefertur alteri nobili de genere marchionum. Item alteri nobili de genere comitum quia primus eſt magis qualificatus ſecundum conſuetudinem italie (ut eſt notum) que in hoc multum debet attendi ut patet ex notatis per docto. in. c. de multa de prebend. et ponit una dec. in nouiſ. clxxiii. incip. de theſauraria. et Card. cõſi. lxii. inci. ĩ eccleſia bellun. Hinc eſt quod iura de predictis nobilibus loquentia modo in ordine littere premittunt ducem. modo marchionẽ ut patet ĩ ti. quis dicatur Dux uel Marchio iũcto titulo de feudo marchie cõmitatus uel ducatus. ĩ uſibus feudorũ.

Circa dignitates & officia multũ attendit cõſuetudo.

Ex quibus iuribus non poteſt ſummi ualidum argumentum in iure ut notat Bar. in. l. et iuſiurandi. ff. de operis libertorum ubi dicit quod conſuetudines et iura feudorum ſunt contra regulas iuris cõmunis ideo non ſunt trahenda ad conſequentiam. l. quod uero. et. l. ius ſingulare. ff. de legi. idem ponit Alexã. in l. fi. in fi. C. de col. conſequenter debet in hoc attendi conſuetudo regionum. ut ſi in aliqua regione marchio uel comes reputatur maior duce deſcendentes de illorum genere preferantur in aſſecutione beneficiorum deſcendentibus de genere ducum. quia unaqueque prouincia habundat in ſuo ſenſu. c. certificari. de ſepul. non obſtante quod in iſta regula premittuntur duces ex quo etiã datur intelligi illud quod ſepius dixi quod in iſta regula non eſt ſimpliciter et indiſtincte inſpiciẽdus ordo nominationis argu. l. nec enim ordo. ff. de ſolut. cum aliis de quibus ſupra. Quid autem ſi unus de genere Marchio-

Ex iuribus feudorũ nõ põt ſummi ualidũ argumẽtũ in iure.

num qui in aliqua prouincia reputantur maiores ducibus concurrat ad beneficium cum altero de genere ducum in Italia. uter horum alteri preferatur tanquam maior et magis qualificatus puto quod iſta maioritas tali caſu debebit conſiderari ſecundum conſuetudinem illius regionis in qua ſitum eſt beneficium ad quod concurritur quia quando eſt queſtio ratione rei de qua litigatur et partes ſunt diuerſarum dyoceſum tunc ſeruande ſunt conſuetudines et leges loci ubi res de qua contenditur ſita eſt in deciſoriis.c. Raynutius. de teſta.l. an in totum.C. de edif.priua.et in.l.pupillo.ff. de tuto. et cura. datis ab hiis.ſimiliter ſi tractatur de onere rei inſpiciendus eſt locus ubi ſita eſt res argu.l.fi.C. de prediis nauicularioru libro.xi.et ideo dicit notabiliter Hoſt.et referunt doct.in.c. quod clericis.de foro competen. quod cauſe reales clericorum circa feuda non deciduntur ſecundum ius canonicum ſed ſecundum conſuetudinem terre et curie regis.ad idem facit bonus text.in.c.poſtulaſti.eodem titu. ubi epiſcopus delicti condemnat clericum de delicto.priuando illum beneficio alibi ſito ſed executio realis fit ab epiſcopo beneficii.per quem textum dicit ibi Panor.quod ratione beneficii tenetur beneficiatus reſpondere et obedire illi epiſcopo in cuius dyoceſi habet beneficium allegat Inno.in.c.cum iam dudum. de prebendis.

Maioritas qualitatis inter cõcurrẽtes ad idem bñficiũ cõſideratᵘ ex loco bñficij

Cãe reales clericorum circa feuda nõ decidũtᵘ ſcd̃m ius canonicum.

Ex quibus concludo quod concurrentibus predictis uidelicet uno qui eſſet de genere Marchionum qui in ſua prouincia reputarentur maiores ducibus. cum alio de genere ducum in Italia ubi ſeruatur contrarium ad beneficium ſitum in Italia certe tunc deſcendens de genere ducum preferendus eſſet alteri ratione beneficii ſiti in Italia. et idem in caſu econuerſo.

Hec eadem dico procedere in nobilibus ex inferiori genere nobilium de quibus in tertia parte quando ad inuicē concurrūt ut magis nobiles preferantur minus nobilibus ſecundum communem reputationem et poteſt dari exemplum ut ſi nobilis Venetus concurrat cum nobili Raguſino qui et ipſi nobiles ſunt habentes dominium et ſuam rempublicam. Certe ſi ſimul concurrant Venetus erit preferendus Raguſino tanquam magis qualificatus ſecundum cōmunem reputationem ſicut enim nobilitas cōſiſtit in reputatione ut ſuperius dixi et ponit Bar. in Repetitione l. prime. C. de dignit. l. xii. ita etiam maioritas nobilitatis.

Magis nobiles preferuntur minus nobilibus ſecūdū cōem reputationem.

Preterea nobiles Veneti ſunt nobiliores nobilibus Raguſinis ratione maioris adminiſtrationis & amplioris imperii quod longe & late terra mariqūe protenditur conſequenter ſunt illis digniores prout dicimus de Cardinalibus qui ſunt digniores epiſcopis ratione maioris officii & adminiſtrationis eo quod preſunt gubernationi uniuerſalis eccleſie ut per Bar. in l. i. §. ſi quis in appellatione. ff. de appella. eodem reſpectu Archidiaconus maior eſt Archipresbitero propter maiorem adminiſtrationem ut dicit glo. in c. deliberatione. in uer. electionis. de offi. lega. lib. vi. & idem dico in ſimilibus exemplis maioris & minoris nobilitatis reſpectu nobilium ex inferiori genere ut ſecundum predictas conſiderationes unus preferatur alteri tanquam magis qualificatus per iſtam regulam in hac ſexta parte dū dicit ibi inter omnes & ſingulos ſupraſcriptos magis qualificati &c. & ſi in reputatione inter predictos eſſet differētia ut quia Veneti alicubi plus & minus reputarētur nobiles quā alii. tunc attendere reputationem loci uel regionis ubi ſitū eſt.

Cur nobiles Veneti ſūt nobiliores nobilibus Raguſinis.

beneficium ad quod concurritur per ſupradicta.facit etiã bonus tex.& quod ibi plene notat Bar.in.l.labeo.ff.de ſuppel. leg.& in.c.ex litteris.primo de ſponſ. ubi ſi uerba ſunt ambigua intelliguntur ſecundum cõmunem intelligentiã illius loci ubi prolata ſunt.ad idẽ melior tex.in.l.precia rerũ.ff. ad leg. fal.ubi dicitur quòd ex loco et tempore rerũ precia uariantur nec enim tantũdem Rome et in Hiſpania oleum eſtimatur. unde a ſimili illi qui habentur pro multũ nobilibus in aliquo loco.extra illum tanti non habentur.et ideo in hac diuerſitate debet attendi reputatio illius loci et regionis ubi ſitum eſt beneficium ut ſupra.

Dixi iam in hac prima cõcluſione quando nobilis de genere ducũ concurrit cum nobili de genere Marchionũ uel comitum quis eorum alteri preferatur.nunc dicendum eſt quando nobiles de genere ducum concurrunt inter ſe.et de genere marchionũ inter ſe.et ſimiliter de genere comitũ pur inter ſe.Circa que facio ſecundam concluſionem quòd ſi filii ducum cõcurrunt inter ſe magis qualificatus uel magis graduatus prefertur alteri non ita qualificato uniuerſaliter non ita graduato.Ex qua cõcluſione ſequuntur infraſcripte illationes.

Prima eſt quòd deſcẽdens de genere ducũ et marchionũ prefertur alteri deſcendẽti de genere ducũ et comitũ tanquã magis qualificatus.quòd ſic probatur quia quãdo cõcurrunt duo priuilegiati diſpari priuilegio tũc priuilegiũ potẽtius preponitur.l.uerũ.§.ſi.cũ.l.ſeq.ff.de mino.et in.l.fi.§.fi.ff.ex quibus cau.ma. plene ponit Bar.ĩ auc.quas actiones.C.de ſac.ſan.eccl.refert et ſequitur Panor.in.c.in preſentia.de probat.ſed ſic eſt quod priuilegiũ primi eſt potentius quia eſt cõpoſitum ex altero de

duobus ſimplicibus potentiori quã ſit alterum de duobus ſim-plicibus ſecundi cum cõmuniter Marchiones ſint digniores comitibus ergo primus dicitur magis qualificatus ſecundo per iſtam litteram.

De relatõe ſingulorũ ad ſingula.

Preterea quando aliqua coniunguntur diuerſa inter ſe cum ſuis diuerſis qualitatibus permixtim. tunc referenda ſunt ſingula ſingulis ut probat tex. iũcta glo. not. in. c. ſi quis pecunia in uer. laycis. lxxix. di. unde in propoſito referendo qualitates ſingulas ſingulis licet predicti in genere ducum ſint equales. et ideo unus aduerſus alterum iſto reſpectu non utatur aliquo priuilegio. conquaſſatis tamen priuilegiis paribus iuxta. l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. hab. debent uti iure cõmuni ut ibi. conſtat autẽ quòd de iure cõmuni eſt diſparitas inter eos reſpectu aliarum qualitatum quia Marchio maior eſt comite regulariter igitur primus reperitur magis qualificatus quã ſecundus conſequenter eſt illi preferendus.

Ille dr̃ magis nobilis qui ẽ proximior ſtipiti a quo cauſat nobilitas.

Secunda illatio. quòd ſi unus eſt filius comitis. alter nepos alterius comitis. primus prefertur ſecundo. quia dicitur magis nobilis ex quo eſt magis proximus ſtipiti a quo cauſatur nobilitas. et hoc tenet dominus de Sotto & bene arg. §. aliam cum glo. inſti. de bon. poſ. que dicit quòd digniores altiori loco ſedere debent dicitur autem altior qui eſt proximior domino. poterat allegare ad hoc bonum tex. in. l. unica. C. de prepoſitis laborũ. ibi imunitate digni ſunt quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. facit etiam quod in ſimili dicunt Io. an. et domi. in. c. ſi. de offi. leg. lib. vi. ubi inter ſigna maioritatis reſpectu inferiorum dignitatum in eccleſia dicunt potiſſimã eſſe. ſ. ſedere imediate poſt epiſcopum. Hinc dicit Bal. in. l. decernimus in tertio not. C.

Digniores cenſent illi qui ſedem prope dominum.

de ſacr.ſan.eccle.quod primogenitus regis ſedet a dextris re-gis.ex quo datur intelligi quod ceteris eſt honoratior per glo. ibi que dicit quod ille qui ſedet a manu dextra ſuperioris dicitur magis honorari ſedente ad ſiniſtram & iſta uidentur in uſu quottidiano & per hec poteſt dici quod inter familiares Pape ille dicatur dignior ceteris paribus qui magis eſt propinquus ad latus Pape.& ideo cubicularii ſecreti iudicandi ſunt digniores aliis cubiculariis per tex.in dicta.l. unica. ibi noſtri lateris comitatus illuſtrat hec eadē dico procedere ī aliis qualificatis īferioribus reſpectu aliorū cōſimilis qualitatis ut magis qualificati preferantur minus qualificatis ex quo naſcitur. Cubicularii ſecreti digniores ſunt alijs cubicularijs.

Tertia illatio quod ſi unus ē nobilis ex utroque parente.prefertur alteri nobili ex altero tātū argu.c.primi de treug.& pa.& in auc.poſt fratres.C.de legit.her.faciunt que latius deduxi ſupra in tertia parte regule.uerſ.ſed quid ſi aliquis. Nobilis ex utroq; parēte prefert alteri qui ē nobilis ex altero tm̄.

Quarta & ultima illatio reſpectu huius ſecūde concluſionis eſt quod inter nobiles ex eodē genere nobiliū circūſcripta cōi reputatione de qua ſuperius dixi dicerē de iure illū dici magis nobilē qui eſſet nobilis in loco nobiliori. quia habēs dignitatē in loco nobiliori prefertur alteri licet ſit eiuſdē nominis ut per Inno.in.c.fraternitatē in fi.de dona. ubi dicit quod dignior ē canonicus eccleſie cathedralis ꝙ canonicus alterius eccleſie licet in redditibus ſint equales.quod refert et ſequitur do.Fel. in rub.de ma.et obe.et ex hoc poſſet argui quod epiſcopus ciuitatis nobilioris eſſet dignior epiſcopo minoris ciuitatis.quod ultimū nō affirmo propter tex.directe in cōtrariū in.c.legimus cū gl.in uer.eiuſdē meriti.xciii.di.puto tamē quod illatio ſit uera quia cōmuniter ſic ſeruatur quo ad nobiles igitur &c. Locus nobilior cōfert maiorē nobilitatem.

Tertia principalis concluſio quòd officiales ſedis apoſtolice de quibus in ſecunda parte concurrentes inter ſe ſiue ſint eiuſdem qualificationis ut referendarius cum referendario. ſiue diuerſe ut referendarius uel prothonotarius de participantibus cum Auditore Rote. et ſimiliter alii ibidem nominati ſi concurrant ad inuicem magis qualificati debent preferri minus qualificatis per iſtam litteram in ſexta parte ibi et ſimiliter inter omnes et ſingulos ſupraſcriptos magis qualificati etc. que uerba intelliguntur ſiue concurrant inter ſe qualificati eadem qualificatione ſiue diuerſa ut ſuperius exemplificaui. Sed iſtam maioritatem qualitatis non intelligo ſimpliciter ex ordine nominationis ut primo nominati hoc ipſo intelligantur digniores ſequentibus et magis qualificati prout ſepius circa iſtam regulam in ſuperioribus dixi argu. l. nec enim ordo. ff. de ſolut. et glo. in. c. primo. de iur. cal. lib. ſeſto cum aliis de quibus ſupra. quia ſi id uoluiſſet ita debere intelligi expreſſiſſet argu. c. ad audientiam cum uulga. conſequenter hanc conſideratioñe reliquit in diſpoſitione priuilegiorum conceſſorum collegiis ipſorum officialium quorum tenores ſunt inſpiciendi et iuxta illos iudicandum. c. porro. et. c. recepimus. de priuile. et de fide inſtru. c. accepimus. et. c. quoniam facti queſtio eſt illis non uiſis nec eorum tenoribus non poteſt dari certa doctrina iuxta tex. C. de tranſac. l. ut reſponſum congruum accipere poſſis inſere pacti exemplum.

Verũ quia ut audiui ſingula Collegia predictorũ officialiũ habẽt priuilegia uberrima et eiuſdẽ pene tenoris. uidelicet ꝙ oĩbus preferãtur exceptis perſonis dominorũ Cardinaliũ et familiarium Pape deſcriptorum cum clauſulis derogatoriis. et ideo

in hac

in hac uarietate dicerem illos officiales reputari magis qualificatos & ceteris preferendos qui eſſent utiliores reipublice et magis laborarent pro communi utilitate. argu.l.ii.C.de officio magiſtri offi.ad quod facit tex.optimus in auc. de referē. in princ.col.ii. ubi dicit imperator quod omnibus opportune prouidendum eſt ſed tanto magis hiis qui nobis utiliores conſtituti ſunt. Hanc autem rationem coniicio ex mente Pape que colligitur ex probem.ut in princ.dixi uidelicet in recompenſationem laborum quos predicti ſuſtinent circa Papam et ſedem apoſtolicam.prout innuunt illa uerba in prefatione regule poſita.ſ.iuxta perſonarum conditiones et merita. Certū eſt autem quod ille qui magis laborat magis meretur dicta.l. nemo.C. de officio mag.offi.ibi is gradus ceteros antecellat quem prolixior labor fecerit anteire.et ideo iuxta laborem cōſtituenda eſt operario merces Nec obſtat quod in Euangelio legitur de operariis nouiſſima hora uenientibus qui pares facti fuerunt illis qui uenerant ſummo mane et ſuſtinuerant pondus diei et eſtus.quia dico quòd illud miſtice et in figurā dictum eſt de populo iudayco et gentili ad denotandum miſterium fidei unde non eſt trahendum neceſſario in exemplum.c. ex parte.de conuerſ.coniuga.c.gaudemus de diuort. et in.c. nos ſi incompetenter.uer.Balaam.ii.q.vii.

Inter officiales q̄ quibus in ſc̄da cellula qui cēſent magis qualificati.

Ea quę ī figurā dicta ſūt nō oportet neceſſario trahere in exēplū.

Ex quibus infero quòd Auditores Rote qui laborant plus omnibus aliis. in miniſtranda iuſticia toti mundo tanquam magis qualificati debent preferri aliis quibuſcūque exceptis perſonis Cardinalium et familiarium Pape deſcriptorum et forte ēt nobilium qui ponuntur in prima parte regule non obſtante diligentia proceſſus receptione uel creatione in Canon.et hoc in

Auditores Rote debēt preferri in aſſecutione bn̄ficiorum oībus aliis preter hic exceptis.

recõpenſationẽ laborũ quos pro utilitate rei publice continuo patiũtur. nõ obſtãtibus priuilegiis aliorũ officialiũ cũ quibuſuis clauſulis derogatoriis per que nõ ĩtelligũtur reuocata priuilegia Auditorũ cõceſſa ĩ remunerationẽ laborũ excedẽtiũ labores aliorũ per ea que ſingulariter et multũ egregie ſcripſit Ludo. Ro. circa priuilegia Auditorũ ĩ cõſ. ccccxxxvi. ĩcip. ꝙ indultũ Petri etc. per totũ. Vbi allegat nouẽ rõnes. ut per eum. Poſt auditores. ĩ aliis officialibus idẽ dicerẽ ut utiliores et magis laborãtes circa rẽ publicã et ſedẽ apoſtolicã tanquã magis qualificati ceteris preferãtur eadẽ rõne. Inter ſe aũt ſi cõcurrũt qualificati eadẽ qualificatiõe puta auditor cũ Auditore aut referẽdarius cũ referẽdario tunc cõquaſſatis priuilegiis hincinde rõne cõis officii proueniẽtibus iuxta. l. uerũ ĩ. §. fi. ff. de mino. et . l. aſſiduis. C. qui poti. ĩ pig. hab. debẽt attẽdi alie qualitates ut alter alteri preferatur. ſ. magis graduatus minus graduato et ĩter equaliter graduatos prius graduati ut uult regula in hac parte ſexta. et põdero iſta uerba ultĩa in quibus dicitur ꝙ ĩter equaliter graduatos preferatur ille qui eſt prius graduatus. et ſic innuit a cõtrario quod inter nõ equaliter graduatos nõ attẽditur prioritas graduationis ſed maioritas gradus itaque doctor in utroque iure prefertur doctori in altero iuriũ etiã prius graduato. ad quod facit bona glo. in. c. iſidorus. xvi. di. dicens quod nõ attẽditur prioritas tẽporis ſed maioritas auctoritatis per quã glo. dixit domi. in. c. Epiſcopus. xvii. di. quod ſi unus Canonicus eſt maior altero ſciẽtia uel nobilitate uite precedet aliũ etiã prius receptũ. ergo eadem ratione doctor magis graduatus debet precedere minus graduatũ quãuis ille minus graduatus fuerit prius graduatus. Ceteris aũt paribus debẽt at

Priuilegia cõceſſa aliquibus ꝑ remunerationẽ nõ cẽſentur reuocata ꝑ quaſcũque clauſulas derogatorias.

Doctor in utroꝗ prefert doctori in altero iuriũ etiam prius graduato.

tẽdi ea que ponũtur ĩ octaua parte regule quã nũc expedio.ui-
delicet ut preſentes ĩ curia qui eã per ſex mẽſes ante uacationẽ
beneficiorũ ſequuti fuerĩt abſẽtibus ab eadẽ ẽt graduatis extra
ſtudiũ generale pariformiter preferãtur.et ſic preſentes ĩ curia
preferũtur abſẽtibus propter labores quos ſuſtinẽt curiales et ua
rias erũnas.ad ꝙ bene facit dictũ Bal.ĩ rubrica de offi.procõ.
ubi dicit quòd dignior ẽ Cardinalis qui ẽ preſens ĩ curia quã
qui eſt extra curiã arg.l.prime.C.de propoſ.laborum lib.xii.

Dignior ẽ Cardinalis preſens in curia ꝙ abſens & de itellectu regule ſuper preſtando cõſẽſu car.

Hinc eſt quod quãdo Cardinalis eſt abſens nõ gaudet preroga-
tiua regule ſuper preſtãdo conſenſu in beneficiis que impetrã-
tur per obitũ ſuorũ familiariũ. quãuis etiã tunc requiratur ex-
preſſio nois et tituli ipſius Cardinalis quaſi illud ſit datũ pro
forma in ĩpetratione ex quo regula habet decretũ irritãs iuxta
doctri.Bal.ĩ.l.ĩ.ff.de lib.et poſt.et iõ nullo pacto obmitti põt
c.dilecto.et ibi do.Ant.Imo.et Abb.de prebẽ.Bar.in.l.de
hiis.ff.de tranſac.& ita teneo licet aliqui contra.

Quãdo aũt cõcurrũt preſentes ĩter ſe uel abſentes ĩter ſe tũc nõ
beneficiati beneficia obtinẽtibus preferuntur.quod eſt ſumme
equum & iuri conſonum ut patet in.c.cum a deo.&.c.poſtu-
laſti.de reſcrip.& in.c.cũ ſecundũ.de prebẽ.cũ ſimilibus.

De intellectu uerborũ octaue ꝑtis uideli cet ceteris paribus.

Et ẽ ſciẽdũ ꝙ oĩa que in hac parte octaua dicũtur debẽt intelligi
ceteris paribus ut dicit littera que uerba iudicio meo hoc ĩpor-
tãt ut ſi qualificati eadẽ qualificatiõe puta duo filii ducũ cõ-
currãt ĩter ſe uel duo nobiles ex ĩferiori nobiliũ genere ĩter ſe.
Aut duo graduati in ſtudio uniuerſali qui ſint pares in gradu
& in tẽpore graduatiõis inter ſe.& ſic omnia ſint paria quo
ad qualitates & gradus & etiam paritatem date. tunc pre-
miſſis exiſtentibus paribus preſentes preferuntur abſentibus

Verbũ pariformiter eſt repetitiuum precedentium.

et inter preſentes non beneficiati beneficiatis.ſimiliter inter abſentes ad inuicem cõcurrentes non beneficiati beneficiatis etiã diligentioribus in proceſſu uel receptis aut creatis in canonicos ut denotat illud uerbum pariformiter quod eſt repetitiuũ qualitatum in ſecunda parte regule poſitarum iuxta glo. in.c.cupientes.§.inſuper.de elec.lib.vi.conſtat autem quod nominati in ſecunda parte regule tollunt aliis inferioribus diligentiam proceſſus receptionem et creationem in canonicum et ſimiliter nominati in ſequentibus cellulis tollunt poſterius nominatis ut denotant uerba repetitiua ſimiliter pariformiter poſita in fine cuiuſlibet cellule. Vnde cum uerbum pariformiter de quo in iſta parte importet in precedentibus cellulis ut tollatur diligentia proceſſus et alie prerogatiue iuris communis.ergo ſequitur quod idem debet importare quo ad hic nominatos per illud uulgare quòd precedentia declarant ſequentia.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.ff.de leg.i. alias unum. et idem uerbum diuerſimodam haberet ſignificationem quod uidetur abſurdum maxime quando apponitur in eadem diſpoſitione et eadem lege argu. l.iii.§.filius.ff.de libe. et poſthu. ubi probatur quòd clauſula poſita inter plura capitula ſiue ponatur ante omnia ſiue poſt omnia refertur ad omnia multofortius quando repetitur in fine cuiuſlibet capituli debet idem ſignificare et eũdem effectũ importare ne una et eadem res diuerſo iure cenſeatur.l. eum qui edes.ff.de uſuc.c.cognouimus.xii.queſtione.ii.

Et hunc intellectum puto eſſe ueriſſimum licet contrarium dicat dominus de Sotto.et minus bene iudicio meo. Nõ obſtàt ſua ratio dum arguit ab abſurdo dicens ſi familiares Pape poſt aſſumptionem ad familiaritatem ueniens non tollit diligentiã

proceſſus

proceſſus graduato extra uniuerſitatē ſed inter eos ſimul con-currentes debet ſeruari ius cōmune ut uult iſta regula in quin-ta parte quanto minus ſolūmodo preſens in curia non familia-ris Pape ſed alias forte ſtabularius unius curialis non debet poſſe tollere tali graduato diligentiam proceſſus. Sed ſalua pa-ce quia ſi eſt ſtabularius iam non eſt ita qualificatus ſicut alius & ſic cetera nōn ſunt paria ut uult regula in iſta parte perdit enim prerogatiuam ſui gradus licet alias ſit graduatus ex quo exercet officium ita uide arg. tex.in.c.ſi. de uita & honeſta. cler.iuncta clemē.prima eodem titulo. & ideo ut euitetur ab-ſurdum quod ipſe adducit opportet intelligere quod preſens in curia ita demum tollat diligētiam proceſſus abſenti.quādo ambo ſunt graduati.uel alias habēt pares qualitates tūc cete-ris exiſtētibus paribus preſens tollit diligētiā proceſſus abſēti.

Et hoc apertiſſime declarauit modernus pontifex Iulius.ii. dum in ſua regula prerogatiuarum noluit quēcunque preſentem in curia debere preferre abſenti graduato etiam extra uniuerſi-tatem.ſed ita demum ſi preſentes in curia ad minus in artibus magiſtri uel in aliqua alia facultate bacalarii ſeu de nobili ge-nere procreati exciterint. Qñ preſentes in curia preferūtur abſentibus.

Iſta ſunt uerba formalia moderne regule que cum miſterio fuerūt appoſita ad declarandam mentem aliorum Pontificum pre-cedentiū.& fuit optime factum ut unde ius prodiit interpre-tatio quoque procedat.c.inter alia.de ſent.exc.lex enim debet eſſe clara.c.erit autem.iiii.di. Hec quo ad tertiam concluſio-nem principalem dicta ſufficiant. Alias tres concluſiones & ſic ſunt ſex. poſui ſupra circa tertiam partem regule. in uer. concludo ergo & ex premiſſis &c.

An nobilis ex iſeriore nobiliũ ge-nere preferat theologo uel doctori iuriũ.

Vnde facio ſeptimam concluſionem ſed quia eſt diſputabilis ad utranque partem pono eam per modum dubii. uidelicet utrũ ſi nobilis ex inferiore nobilium genere non graduatus concurrat cum magiſtro in theologia uel graduato in utroque uel altero iurium in ſtudio generali qui nõ ſit nobilis ex genere quis horum preferatur. & certe ut predixi dubium eſt diſputabile quia omnes predicti ponuntur in eadem cellula unde uidendũ ẽ quis eorũ de iure cẽſeatur dignior et magis qualificatus.

Et primo pro nobilibus facit argumentum ab ordine littere. nam in iſta regula et in. c. de multa. ad finem. de preben. premittuntur nobiles.

Secundo ad idem facit ratio. quia quando concurrit qualitas naturalis et accidentalis inſpicitur et prefertur naturalis. l. qui habet. ff. de tutel. ſed nobilitas poteſt dici qualitas naturalis ſciẽtia uero accidẽtalis iuxta gl. i. c. ſi forte. de elec. li. vi. igitur etc.

De nobilitate et uirtute ſiue ſciẽ.

Sed pro graduatis facit glo. elegans in. l. ſi quid in bello in uer. erat. ff. de captiuis et poſtl. re. que dicit quòd magis eſt meum quod per meam uirtutẽ et probitatem acquiro quã illud quod per anteceſſores habeo. et Phalaris in quadam ſua epiſtola ſic inquit. ego ſolam uirtutem nobilitatem ſcio cetera omnia fortunã. fieri. n. poſſet ut ex ignobilibus parentibus quis efficiatur clarus et ex claris ignobilis. Pro hac parte facit text. in. c. cum ex eo. de elec. lib. vi. ubi dicitur quod uniuerſalis eccleſia uiris litteratis per maxime noſcitur indigere ſimiliter dicit text. in c. uenerabilis. de preben. quòd uix ad culmina dignitatum nedum ad prebendas uiri eminentis ſcientie ualent reperiri. et ibi etiam reprobatur conſuetudo uel ſtatutum diſponens quẽ non admitti in canonicũ alicuius eccleſie niſi ſit nobilis & ita

illũ tex.notat ad hoc Romacõſi.cccxxvii.incip.iſte ſunt rõnes.

Tandẽ pro ueritate ego inclinarẽ in iſtam partem per elegans dictum Cy.qui uidetur decidere hanc queſtionẽ in.l.prouidendum.C.de poſtu.ubi dicit quod nobilis moribus & ſcientia preferẽdus eſt nobili ex genere tantũ.quia ille nobilitatẽ exquirit a ſe alius uero pollet nobilitate ſuorũ.ſed ſi quid eſſet nobilis moribus & genere tunc eſt preferẽdus ei qui nobilis eſt moribus tantũ quia duplex decus fulget in eo & ſuũ propriũ & ſuorũ.hoc dictũ Cy.refert et ſequitur Panor.in.c.i.de don. allegãdo pro eo bonum tex.in.c.nunquam de uiciis.lvi.di.

Nobilis moribus preferẽ nobili ex genere tantum.

Et tenendo hanc partẽ poſſet reſpõderi ad.c.de multa.ſupra pro nobilibus ĩductũ.uidelicet quod loquitur de magnis nobilibus de quibus in prin.huius regule.et hoc denotat illud uerbũ ſublimes perſonas ꝙ proprie reſpicit magnos nobiles nõ ĩferiores.

Sed hanc cõcluſionẽ limito ut nõ procedat quãdo nobilis nõ graduatus.eſſet preſens in curia quia tũc prefertur abſenti graduato extra uniuerſitatẽ ut uult regula Iulii.dũ dicit ſeu de nobili genere procreati extiterint ſed nõ prefertur graduato in ſtudio generali per uniuerſitatẽ nec tollit illi diligentiam proceſſus uel receptionẽ in canonicum aut creationes. quia regula in iſta parte octaua que uult preſentẽ preferri debere abſenti non obſtante diligentia proceſſus ſecundũ intellectũ quẽ ſuperius tenui. Loquitur quando abſens eſt graduatus extra uniuerſitatem.ſecus ergo quãdo in uniuerſitate arguẽdo a contrario ſenſo quod argumentum eſt ualidiſſimũ in iure.l.i.§.huius rei.ff. de officio eius.cum uulgaribus.

Nobiils nõ graduatus licet ſit preſens ĩ curia nõ tollit diligẽtiã proceſſus graduato ĩ uniuerſitate quãuis abſenti.

Octaua concluſio.quod ſi quis habet omnes iſtos gradus.uidelicet quod ſit baccalarius formatus ĩ theologia.& licẽtiatus in iure

ciuili cum rigore examinis item magiſter in artibus conſequenter ſit Petrus in cunctis talis non preſertur decretorum doctori & multo minus in utroque iure graduato in ſtudio generali. quia habens plures gradus quorum nullus per ſe ſufficit ad precedendum alium. non precedit illum uirtute omniũ ipſorum ut eleganter probat Romanus conſi. cccxxxiii. incipien. quo ad primum. per. l. Spadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſ. tuto. qui eſt optimus tex. per quem dicit Egidius concluſione. cccccxix. incip. quòd duo. duas probationes ſingulariter de per ſe imperfectas non inducere plenam probationẽ ut uincatur una de ſe plena & perfecta. unde cum ſinguli predictorum graduum non ſufficiant de per ſe contra doctorem decretorum ut innuit iſta regula coniungendo tertiam & quartam cellulam prout in eis dixi. Igitur nec omnes ſimul iuncti debent ſufficere contra talem doctorem & graduatum.

Hñs plures gradus quorũ nullus p ſe ſufficit ad precedẽdũ aliũ. ẽt non precedit uirtute omniũ inſimul.

Nona. ſi concurrat familiaris Pape cum uno de duodecim familiaribus ſingulorum Cardinalium. & ambo ſint pares in data & fulminatione proceſſus ac in ceteris equales preſertur familiaris Pape per iſtam regulã in ſeptima parte. Quam intelligo de familiaribus Pape etiam poſt eius aſſumptionem in familiaritate receptis ex quo regula generaliter & indiſtincte loquitur. c. ſi Romanorum. xix. di. & in. l. i. §. generaliter. ff. de leg. preſtan. & pondero quia non dicitur in hac parte pariformiter preferantur ſed ceteris paribus preferantur per quod datur intelligi quòd huiuſmodi familiares Pape non preferuntur predictis. xii. fami. Card. diligentioribus in proceſſu uel receptis aut creatis in canonicos. quod ſuadet ratio ut quanto minus fieri poteſt ledatur ius commune per iſtam regulam que

eſt exorbitans & non extendenda extra ſuos terminos in quibus preciſe loquitur.c.primo de fil.presbyterorum lib.vi.quod enim non mutatur & c.l.ſancimus.C.de teſta.l.precipimus.C.de appella.

Decima & ultima concluſio.familiares continui cõmenſales Pape deſcripti in cancellaria apoſtolica omnibus in hac regula enumeratis preferuntur exceptis pauperibus expectantibus ut in ſuperioribus dixi. & etiam perſonis dominorum Cardinalium per quorum curam & conſilia reſpublica chriſtiana regitur & expeditur ut dicit Oldra.conſilio.ccxi.incipien. ad propoſitum uerum quia inſtat principium ſtudii & urgent lectiones ordinarie receptui canam? Laus Deo & beate uirgini ac diuo Hieronimo conteraneo meo. Amen.

Explicit tractatus ſuper Litteris Gratie.

IDEM IOANNES STAPHILEVS SVPER COMMISSIONIBVS ET LITTERIS IVSTITIÆ.

ABSOLVTO *tractatu litterarũ gratie. Dicendum eſt de litteris iuſticie. quorũ ſumma diuiſio hec eſt quia aut ſunt cõmiſſiones. aut Breuia. aut reſcripta.* Licet hec *omnia largo ſumpto uocabulo ſub appellatione* Reſcriptorum *comprehendantur quia ius & iuſticiam concernunt. l. falſo. C. de diuer. reſcr. ibi ad ius reſcribuntur. & in. c. cauſam que. de reſcrip. Proprie tamen & ſtricte inter ſe differunt. quia fiunt & expediuntur per diuerſos ſuper diuerſis materiis ſub diuerſa forma & uario ſtilo ideo diuerſis nominibus nuncupantur iuxta. l. ſi idem. C. de codicil. et quod notat Abbas Panor. in. c. quoniam contra falſam. in notabilibus. de probatio.*

Cõmiſſiones. Breuia & Reſcripta.

Commiſſiones nanque cõceduntur aliquando per Papam in conſiſtorio publico & proponuntur per aduocatos conſiſtoriales ut omnes palam & publice uideant ſummum Pont. facere iuſticiam cum equitate. c. primo. de officio delega. iuncto. c. forus. de uerbo. ſignifi. Sed ut plurimum propter multiplices occupationes committit iſtam ſignaturam alicui Cardinali qui uidet commiſſiones cum Referendariis & ſignat ad maiorem partem ipſorum. uel committit alicui Epiſcopo ad partem ut patet per experientiam & ponit glo. in regula uigeſima quinta. Predictarum commiſſionum ſubiecta materia ſunt cauſe

Quis ſignat commiſſiones.

incepte uel incipiende in Romana Curia & diriguntur Auditoribus Rote pro maiori parte. & ideo dicuntur habere iuriſdictionem delegatam in diffiniendo ut dicit glo. in clemē. Auditor. de reſcrip. & ponit Specu. in titulo. iii. §. primo poſt principium. diriguntur etiā Epiſcopis et aliis prelatis in Romana Curia commorantibus. quia ibi nullus habet ordinariam iuriſdictionem niſi Papa ut notat Archidia. in capitulo experientie. xi. queſtione prima. facit quod legitur & notatur in clementi. ne Romani. de electio. licet aliqui dicant Auditorem Camere & Auditorem contradictarum habere ordinariam. iſta tamen conſiſtunt plus in facto quam in iure ut dicit Cardina. in dicta clemen. Auditor ſubiiciens quòd ſi aliud non appareat in dubio uera eſt opinio Archid. quòd omnes habent delegatam quia non habent certam adminiſtrationem reſpectū territorii quod requiritur ad hoc ut quis dicatur habere ordinariam. iuxta notata in. c. cum contingat. de foro competen. ſed deputantur perſonis argumen. c. penul. de in integ. reſtitu. & ita pronunciauit Boniſacius Papa ut refert Ioan. and. in loco ſuperius allegato cui pronunciationi ſtandum eſt. c. in cauſis. de re iudi. Omnes ergo in Romana curia exiſtentes iudicant aut ex generali delegatione Pape ut dicit Specu. in titulo primo. §. primo. in uerſ. ſed nunquid. in fine. aut ex ſpecialibus & particularibus commiſſionibus de quibus modo loquimur.

Auditor camere et auditor cōtradictarū an habeāt ordinariam.

Conceduntur autem huiuſmodi commiſſiones per ſolam & ſimplicem ſignaturam abſque alia expeditione bullarum & ſecundum ipſarum tenores & formas iudices iudicant ut uult regula uigintiquinque. facit quod notat gloſa in

Commiſſiones cōcedūtur p ſolam ſignaturā & nō regiſtrantur.

c.inſtitutionis.xxy.queſtione.ii. & per docto.in prohemio ſexti.nec regiſtrantur prout ſupplicationes. quia cum ille contineant iuſticiam iſte uero gratiam non preſumitur ita falſitas in illis.ſicut in iſtis.c.penulti. de crimi.fal.ſicut non preſumitur quòd in re modica doloſe agatur.l.ſi oleum.§.fin. cum.l.ſeq.ff.de dolo.facit.c.ex litteris.de fide inſtru. & ex hiis colligitur cauſa quare ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum non facit fidem in iudicio ut dicunt domini de Rota deciſ.dcxxi.incip.nota ſumptum. in antiquis ſed in commiſſionibus aliud ſeruatur ut patet ex premiſſis.

Sumptũ de rẽgiſtro ſupplicationũ nõ facit fidẽ in iudicio.

Dicendum eſt modo de ſtilo & forma ſignature que fit uariis modis in huiuſmodi commiſſionibus ſecundum uarietatem & diuerſitatem caſuum et materiarum occurentium. & eſt mare magnum et campus latiſſimus ad currendum. et quia complecti omnia eſſet nimis arduum et mihi difficile cum plura ſint negocia quam uocabula.l.iiii.ff. de preſcrip. uer. natura enim ſemper nouas capit edere formas ut dicit text. in.l.ii.§.ſed quia.C.de uete.iur.enucle. Ideo ex multis et pene infinitis aliquas formas et nonnulla exempla ſubiiciam. ſed prius premittendum eſt unum generale. uidelicet quòd licet omnia petita in commiſſione intelligantur conceſſa ſi non ſunt cancellata ut dicit Rota deciſ.ccclxxviii.incipien. nota quòd ſi petatur.in antiquis.et.lxxvii.in nouiſ.per.c.olim.de reſcrip. ſunt tamen quedam que debent ſpecialiter et expreſſe concedi in ſignatura ut puta ſi in commiſſione petitur quòd procedatur in cauſa ſimpliciter et de plano ſola facti ueritate inſpecta etc. licet predicta uerba non ſint cancellata nec aliquod eorum.ſi ſignatura tantum habeat audiat talis et iuſticiam fa

De uariis modis ſignaturæ in cõmiſſionibus.

An oĩa petita ĩ cõmiſſione ĩtelligant̃ cõceſſa ſi nõ ſũt cancellata.

ciat. Auditor uigore talis commiſſionis non poteſt procedere ſummarie etc. prout fuit petitum. quia hoc non uidetur commiſſum immo neglectum ſi enim Papa uoluiſſet hoc expreſiſſet.c.ad audientiam. de decimis. Ita formaliter dicit Rota Deciſ.ccclxxix.incipien.nota quod ſi in commiſſione.in antiquis. Preterea requiritur expreſſio et ſpecialis commiſſio de mandato Pape ad procedendum ſummarie ut eſt text.in clemen.ſepe.de uerbo.ſigni.in princi.ibi committimus et procedi mandamus etc.et ideo ad hoc ut intelligatur conceſſus ſummarius proceſſus debet ſignatura dicere. Audiat talis et procedat ſummarie etc. quia tunc ſub illo uerbo etc. ueniunt omnia alia in commiſſione non cancellata. uidelicet de plano ſine ſtrepitu et figura iudicii.que tamen ſunt diuerſa et unum ſine alio ſepe ponitur et committitur ut notat Ioan.and. in dicta clemen.ſepe.et ita atteſtantur domini de Rota in deciſ. preallegata et alia in nouiſ. ccclyiii. incipien. ſi commiſſione etc. idem ponunt in antiquis deciſio. dcclxxxviii. incipiente ſciendum eſt. Vbi dicunt quod ita declarauit ſemel uicecancellarius.et loquitur ſecundum illa tempora quando uicecancellarius poterat de mero iure declarare dubia iuris nam concurrebat cum Papa in poteſtate ut ponit Gardi. in clementine Romani.de electio. Hodie habet poteſtatem reſtrictam et limitatam per certas regulas et bene ut ſit unum caput et non plura in uno corpore tanquam monſtrum.c. in apibus.vii. queſtione prima.iuncto.c. quoniam in pleriſque de officio or. et ideo quando occurrit aliquod dubium iuris ut in caſu premiſſo recurritur ad Papam pro declaratione quia eius eſt interpretari cuius eſt condere.c.inter alia.de ſenten.excom.

Ad procedēdū ſūmarie requiritur ſpālis cōmiſſio.

Vicecācellarius concurrebat olim cū Papa ī ptāte.

Pro commiſſionibus autem ſimplicibus recurritur ad uicecancellarium qui per ſe uel per ſuum regentem cancellarie ſignat de mandato domini noſtri Pape etc. Redeundo ad propoſitum quando ſignatura dicit quòd procedatur ſummarie &c. qui termini ſunt ſeruandi in beneficialibus uel prophanis. Item quando dicit quòd procedatur ſola facti ueritate inſpecta uel terminis non ſeruatis. Item quando conceditur utrunque copulatiue quomodo & qualiter ſit procedendum declarat magiſtraliter deciſ. Rot. xxxiii. incip. quādo cōmittitur. i nouiſ.

De ſignatura quā fecit vicecancellariusvel regēs Cancellarie.

Vnum non obmitto pro complemento huiuſmodi ſignature quòd ubi petitur ſummarie procedi in cauſa magna et datur quòd ſummarie. tunc ſolet addi quod articuli ſint loco libelli. nam alias non precedente petitione non poſſet ferri certa ſententia prout requiritur §. curare inſtit. de act. & in. l. hec ſententia. C. de ſent. que ſine cer. quant. et ideo tali caſu articuli duplici funguntur officio tenent enim locum petitionis et locum facti probandi ſecundum Oldr. in queſtione. ccxxiii. et ponit additio ad Rotam in deciſ. xxxiii. in nouiſ.

De ſignatura ꝙ Articuli ſint loco libelli.

Hiis ita generaliter cognitis deueniendū eſt ad particularia quia ut in ſuperioribus dixi in ſimili propoſito. tunc ueriores efficiuntur ſermones noſtri cum ad indiuidua deſcendimus ſecundum Philoſophum.

In primis igitur ſciendum eſt quod petens poſſe experiri litteris nō confectis debet apponere in commiſſione iſtam clauſulam. uidelicet quas tamen infra terminum ad articulandum expedire paratus ē. alias debet iſtud addi in ſignatura quod fit propter regulam cancellarie que caſſat commiſſiones fiendas ſuper beneficiis conceſſis per gratiam apoſtolicam de quibus non ſunt

Qn̄ petit poſſe expiri lr̄is non cōfectis q̄uo aptat ſignature.

litteræ apoſtolice confecte caſſat etiam proceſſus deſuper ha‑
bendos que regula habet in ſe equitatem quia ut ſupra dixi in
alio propoſito ex mente Rote deciſ.dcxxi. in antiquis.ſum‑
ptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum non facit fidem De rõne regule probibẽtis expiri litteris con fectis.
in iudicio. gratia enim apoſtolica ante confectionem littera‑
rum dicitur quedam res informis et imperfecta que poſtea in
confectione litterarum formaliter politur et ad ſuum eſſe per‑
fectum per adiectionem clauſularum neceſſariarum reducitur
ut dicit formaliter Rota deciſ.cccclviii. incipien.circa ſecun‑
dum.in nouiſ.et ideo dicit Oldra.conſilio.ccxxvii.et Bald.
in.c.primo.in ſecunda columna per quos fiat inueſtitura quod
quelibet gratia Pape non dicitur perfecta niſi reducatur in Littere qñ dicũtur ex pedite.
mundum per confectionem litterarum argumen.l. contractus.
C.de fide inſtrumento. Curia tamen tenet litteras dici ex‑
peditas quando ſunt plumbate. ad quod bene facit text.in.c.
licet de crimi.fal. et quod ponit domi.ex mente Lap.in.c.ſi
cui.de preben.lib.vi.

Derogatur igitur predicte regule per talem ſignaturam modi‑
ficatam ut ſupra nam datur commiſſio litteris non confectis
et ualet dummodo in termino ad articulandum litteras ex‑
pediat nec pro hoc ſit preiudicium reo. quia ex ſola impetra‑ Ex ſola ĩpetratiõe cõmiſſiõis nõ dicit̃ reus vexari.
tione commiſſionis non dicitur uexari ſeu moleſtari iuxta gl.
not.in clemen.prima.in uer. uexare de reſcriptis. et probatur
in.c.ceterum.§.uerum eodem titulo in antiquis. Vbi ille qui
prohibetur impetrare iudicem ſub pena ſi ſolummodo impe‑
trat non punitur niſi ſequatur uexatio. et licet predictum
terminum ad articulandũ precedant tres alii termini.uidelicet
ad dicẽdũ contra cõmiſſionẽ.itẽ ad libellãdũ libellarique ui‑

dendum. item ad iurandum iurarique uidendum de calumnia & ueritate dicenda. ex quibus poteſt contingere uexatio & moleſtatio rei que incipit a citatione ſecundum Imol. in dicta clementi. prima. ad finem. & ponit dominus Felin. in. c. ex tenore in prima col. de reſcrip. facit quod notat Bar. in. l. amplius non peti. ff rem rath. ha. & Bal. in. l. i. C. de nundi. Nihilominus tolleratur talis ſignatura quia poteſt eſſe quod impetrans commiſſionem faciat citare reum & quod inſuper ſeruet predictos tres terminos. & tamen reus nullas expenſas pacietur ut quia eſt preſens in curia uel ſi ſit abſens forte citatus non comparebit. & ſic non poteſt pretendere aliquod intereſſe cum nihil interim expendat facit bonus tex. in. c. diſpēdia. de reſcrip. lib. vi. ubi ponderatur fatigatio ſolum quo ad expenſarum reſartionem ſecundum Ioan. an. & domi. ibi ad idem tex. in dicto. c. ceterum. §. uerum. ubi ponderatur quod ille coegit reum laborare. & ſic ponderatur fatigatio rei quo ad expenſas. quibus ceſſantibus ceſſat uexatio fatigatio et moleſtia prout uerba ipſa ſonant. Pone enim quod impetrans. in termino ad articulandum non expediat litteras et quod reus eſt preſens in curia uel ſi eſt abſens non comparuit ut dixi. certe non dicetur uexatus uel fatigatus in aliquo nec poteſt pretendere aliquod intereſſe etiam quoad hoc ut ſuum beneficiū non efficiatur litigioſum reſpectu regule de ſurrogandis quia cautum eſt ſibi per unam clauſulam que apponitur in tali cōmiſſione ut inferius dicam.

Vexatio incipit a citatiōe. ita demū ſi citatus pōt pretēdere aliquod intereſſe.

Aduertēdū tamē ē quia cauti procuratores ſolēt per īdirectū extorquere cōmiſſiōes ut poſſint experiri litteris nō cōfectis et illas nō expedire quaſi ad ultimū. fere uſque ad ſentētiā excluſiue formant

Cautela ut quis poſſit expiri litteris nō cōfectis ſere uſque ad ſententiam.

formant enim cõmiſſionem quo ad iſtum effectum ſub hac forma conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis reguliſque cancellarie apoſtolice ſanctitatis ueſtre illa preſertim qua inter cetera uoluit quod cauſarum cõmiſſiones & inde ſequuta litteris apoſtolicis ſuper conceſſis gratiis nõ confectis nullius ſint roboris uel momenti cui ſpecialiter & expreſſe placeat derogare dummodo prefatus. N. litteras apoſtolicas ſuper huiuſmodi conceſſionis gratia expediri fecerit antequam ipſe terminum ad articulandum in huiuſmodi cauſa obſeruet. Stante iſta cõmiſſione & ea ſignata faciunt citare reum ſeruatoque termino ad dicendum contra cõmiſſionem nihil aliud curant facere ad effectum ut non cogantur expedire litteras in termino ad articulandum. quem actor ſeruare non curat. & dato reus citatus proſequatur litem & inſtet in obſeruatione terminorum quod facere poteſt in uim cõmiſſionis obtente per actorem quia cõmiſſiones ſunt cõmunes ita quod reus poteſt uti reſcripto impetrato etiam cum clauſula preiudiciali per actorẽ & econuerſo. c. i. & . ii. de mut. petit. notat Innoc. in. c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & domini de Rota deciſ. ccccii. inci. ſi actor. in nouiſ. nihilominus non excluditur actor quin poſt terminum ad articulandum tentum & ſeruatum per reũ poſſit ipſe litteras expedire et proceſſus interim factus ualet quia cõmiſſio arctat illum ad expediendas litteras circa terminum ad articulandum ſeruandum per ipſum actorem ut ſupra in forma et non curat de termino ad articulandum ſeruato uel ſeruando per reum quia uerba ita ſonant a quibus non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. iii. cum uulg.

Cõmiſſiões ſunt cõmunes actori et reo.

Sed quãuis iſta cautela ſeruetur a multis nihilominus eſt contra

mentem predicte regule que facta eſt ad obuiandũ fraudibus impetrantium qui habentes ſolam ſignaturam moleſtant poſſeſſores ut laboribus et ſumptibus fatigati uel compellantur cõponere uel cedere iuri ſuo ut in ſimili dicit tex. in.c.fi.de reſcrip. et ſic manifeſte fit per hoc fraus legi et prefate regule quia amplexantes uerba illius faciunt contra eius mentem et uoluntatem ſtatuentis ut dicit tex. in.l.non dubium.C.de legi.alias inuenta eſſet uia ad ſubuertendum predictam regulã et uideretur impoſita uerbis et non rebus ut dicit in ſimili tex. in.c. cõmiſſa de elec.lib.vi. Preterea huiuſmodi impetrationes et cõmiſſiones beneficiorum contra poſſeſſores ſepius fiũt in fraudem et cum malitia ut ſuperius dixi et ideo malitiis hominum non eſt indulgendum.l. in fundo.ff.de rei uend.c.ſedes.de reſcrip.cum aliis cõmunibus ad hoc.

Vtrum autem dicatur ſatiſfactum huiuſmodi ſignature ſi actor in termino ad articulandum uel infra ipſum terminum producat ſumptum bulle et non ipſam bullam et certe dicendum eſt quod ſic quia ſumptum de regiſtro litterarum apoſtolicarum bullatarum facit fidem in iudicio. et ita tenet et ſeruat curia Romana prout atteſtatur Rota Deciſ.dcxxi.incipiẽ.nota ſumptum.in antiquis.

Sũptum de Regiſtro bullarũ facit fidẽ ĩ iudicio.

Inſuper in eadem commiſſione ſuper dicta materia apponitur alia clauſula uidelicet et quod interim beneficiũ ipſum etiam quo ad effectum regule de ſubrogandis minime cenſeatur litigioſum.alias non datur cõmiſſio litteris non confectis poſſe experiri niſi cum predicta clauſula quod beneficium interim non ſit litigioſum etiam quo ad predictam regulam. et eſt notan

dum quod cum miſterio apponitur dictio implicatiua etiam ante uerbum quoad etc. propter multiplices alios effectus rei litigioſe prout de iure. et per glo. in. c. i. de alien. iudi. mut. cã fac. et per doc. in. c. iii. ut lit. pen. et ideo poteſt poſſeſſor interim poſſeſſionem beneficii libere in alium transferre nec reuocabitur per modum atemptati quia ceſsat tunc uicium litigioſi propter quod id alias fieri prohibetur ut ponit dec. Rote. lvi in nouiſ.

De clauſula q̃ bñficium interim nõ cẽſeat litigioſum ẽt quoad effectũ ſubrogandi.

Iſta ergo clauſula apponitur ad tollendas fraudes impetrantium beneficia per alios poſſeſſa qui nullo uel non ita bono iure ſuffulti uidentes poſſeſſorem beneficii ualde ſenem uel alias ueriſimiliter de proximo moriturum introducunt litem ſuper illius beneficio ut gaudeant beneficio regule de ſubrogandis. facit ad ſimilem malitiam tex. in. c. fina. de renunc. libro ſexto unde prouidetur huic morbo per dictam clauſulam propter quam interim non intelligitur inducta litis pendentia licet alias de iure inducatur poſt citationem exequutam iuxta tex. et gl. in clemen. fina. ut lite penden. quam pro notabili allegat Abbas Panor. in. c. gratum. de offi. dele. ſed poteſt Romanus pontifex ex cauſa quam predixi per ſuam ſignaturam limitare in certo caſu diſpoſitionem iuris cõmunis argu. c. inter alia. de ſenten. excom. cum ſimilibus.

Litis pẽdẽtia inducit̃ iure poſt citationem exequutam quantum ad reum et poſſeſſorẽ.

Dico tamen quod lis dicitur interim pendere quo ad preiudicium actoris taliter impetrantis quo ad tria de quibus in preſentiarum recolo. et primo quia ſi ipſe moreretur ante terminum ad articulandum dummodo poſt decretam citationem contra reum poſſeſſorem certe haberet locum regula

Si actor morit̃ poſt decretam citationẽ habet locũ regula de ſurrogandis.

de ſurrogandis in fauorem poſſeſſoris arg. eorũ que dicit Egi*dius concluſione. cccixxx. que incipit ſi faciens cõmitti. quod faciens cauſam cõmitti contra poſſeſſorem et obtinens citationem ad partes ſi ante illius executionem ſpoliet aduerſariũ reuocabitur per modum attentati quia clem. ii. ut lite penden. habet locum etiam in actore ante executionem citationis factã contra reum ut tenet palatium et atteſtatur idem* Egidius cõ*cluſione. ccccxlv. que incipit ſi pendente inquiſitione etc.*

Quo ad priuilegia ĩpetrata lite pẽd. p actorẽ et ceſſionẽ ipſius dicit pẽdere lis ẽt ante terminũ ad articulãdũ

Secundo dicitur inducta litis pendentia reſpectu actoris quo ad alium effectum uidelicet quo ad priuilegia impetranda et ſimiliter quo ad impetrationem gratie per ipſum actorem in preiudicium aduerſarii ſuper eo ſuper quo lis pendet ſi non fiat mentio de lite ad eo ut in ea lite talia impetrata nullum commodum afferunt actori nec incõmodum reo ut probatur in. c. cauſam que. de teſti. et ibi bona gl. et in. c. primo. et. c. dilectus ut lite pend. c. dudum. de priuil. cum ſimilibus.

T*ertio quia dictus actor impetrans nõ poteſt cedere ius ſuum alteri etiam ante dictum terminum ad articulandum et ceſſio diceretur facta lite pendente conſequenter poſſet reuocari per reum poſſeſſorem clem. i. §. ſi uero ut lite pend. facit quod dicit deciſio. ccccxi. incip. ſi lite pendente. in nouiſ.* R*atio autem omnium premiſſorum eſt quia inducitur litis pendentia quo ad preiudicium impetrantis per cõmiſſionem ab eo obtentã et citationem decretam contra aduerſarium licet illa nondum in citati noticiam peruenerit ut dicit formaliter* R*omanus conſi. cccxxx. incip.* C*irca primum in prima col. clem. enim. ii. ut lite pendente uolens ad introducendam litis pendentiam neceſſe fore citationem in citati noticiam perueniſſe non loquitur*

Inducit litis pẽdẽtia per ſolũ decretũ citatõis quo ad preiudiciũ impetrãtis.

quo ad

quoad pendentiam introducendam ex parte agentis. ſufficit enim quoad ipſum ſolum citationis decretū. quia ex quo ipſe certus eſt de cōmiſſione & citationis dacreto certe amplius certiorari non debet. de reg. iur. eum qui certus. lib. vi. c. ab excōmunicato. de reſcrip. cum ſimil.

Declaratio ad clem. ii. ut lite pen.

Vlterius ſciendum eſt quòd non datur huiuſmodi cōmiſſio litteris non confectis poſſe experiri ſuper duobus beneficiis niſi cōtra unum & tunc ita demum ſi ambo beneficia ſint in eadem ſupplicatione. quia tunc ex quo ambo ſunt in eadem ſupplicatione & impetrantur ex perſona eiuſdem unica cenſetur gratia ex quo ſignatura dicit fiat ut petitur iuxta regulam cancellarie ſexageſimam. facit. l. ſcire debemus cum materia. ff. de uerbo. obliga. ſecus ſi peteretur talis cōmiſſio ſuper duobus uel pluribus beneficiis contra diuerſos. quia non conceditur nam ex quo ſunt plures diuerſe gratie in diuerſis ſupplicationibus debet pro unaquaque obtineri ſpecialis commiſſio & de per ſe ſeperata argumento eorum que dicuntur de pluribus capitulis cōnexis uel ſeperatis per glo. in. l. etiam. §. i. ff. de minor. per Bar. in. l. Aurelius. §. idem queſiit. ff. de lib. leg. per Bal. in. l. ii. C. de re iudi. & in. l. Ampliorem. C. de appella. que ſunt loca communia.

Nō dat cōmiſſio litteris nō cōfectis ſup duobus bñficijs niſi contra vnum.

Poſtremo quo ad hanc ſignaturā ſuper dicta materia addo unū. uidelicet quod nō datur cōmiſſio ſuper ualidatione proceſſus quando fuit proceſſum parte abſente niſi cum iſta clauſula ſcilicet parte legittime citata. alias minime conceditur. licet enim ſanentur defectus proceſſus. tamen defectus citationis eſt inſanabilis etiam refectis expenſis.

Qualiter dat cōmiſſio ſup validatiōe proceſſus habiti parte abſente.

Et hoc quando in totum fuit obmiſſa citatio ſecus quando non fuit

debito modo executa et non ſeruata forma. quia ſanatur talis nullitas cum clauſula dūmodo ad noticiam citati peruenerit. & tunc ſufficit quoquomodo de tali citatione noticiam habuerit ſi modo fuit noticia plena & certa ut probat tex. in clemē. cauſam ad fi. de elec. ponit Roman. conſi. ccclx. & alio conſi. ccccx. Rota deciſ. cclxxi. in nouiſ. & inter modos probandi quòd ſic citatus habuit noticiā eſt unus. uidelicet ſi poſtea miſit procuratorem ad illam cauſam ut ponit Egidius concluſione. lix. & alia. cccccxxxix. iſtis ergo caſibus ſanatur defectus minus legittime citationis ſecus quando in totum fuit obmiſſa quia tunc talis defectus inſanabilis eſt ut probat text. elegans licet multum cōmunis in clemen. paſtoralis. uerſi. ceterum de re Iud. & ibi Card. in tertio notabili. Colligit quòd clauſula que ponitur in proceſſibus ſeu priuilegiis ſupplentes ex plenitudine poteſtatis omnes defectus ſi qui forſam interuenerunt. Intelligitur quo ad defectus iuris poſitiui puta circa ſolēnitates requiſitas a iure. idem dicit Panor. per illum text. in. c. primo de tranſac. referendo ſpecul. in titu. de legato. §. nunc oſtendēdum uerſi. xviii. ubi notabiliter dicit quod hec clauſula ſupplentes omnes defectus & c. refertur dūtaxat ad ſolēnitates iuris non autem ſupplet defectum inhabilitatis perſonarum. & ideo ſubiicit Cardi. in dicto uerſi. ceterum. quòd per illā clauſulam non intelligitur diſpenſatum ubi eſt neceſſaria diſpenſatio argu. eius quod notatur in. c. ueniens. de fil. presbyterorū ſic etiam non inducitur abſolutio ab excommunicatione ſecūdum eum per clemen. ſi ſummus. de ſenten. excom. quod dictū eſt notabile cum talis defectus uideatur eſſe iuris poſitiui iuxta notata in. c. ueritatis. de dolo & contu. & per Moder. in

Clauſula ſupplentes oēs defect9 &c. de quibus defectibus intelligitur.

c.poſt ceſſionem.de probat. tamen hoc ideo eſt quia per illam clauſulam non inducitur aliquod extrinſecum neque diſpenſatio nec habilitatio perſonarum ut predixi multo minus ſupplet defectum naturalem qualis eſt citatio que dicitur eſſe de iure naturali & diuino iuxta illud Adam ubi es conſequenter per Papam & alium quemlibet principem tolli uel ſuppleri non poteſt iuxta notata per Innocen. & omnes in.c. que in eccleſiarum de comſtitut. & per legiſtas in.l. prima.ff. de conſtitut.princ.plene per omnes in.l.fi.C.ſi contra ius uel uti. pub.& in ſpecie quo ad citationem facit bonus tex.in.c.primo in fine.de cauſa poſ.& proprie.

Papa non pōt ſupplere defectū naturalem

E*adem ratione Papa non poteſt ſupplere defectum conſenſus ut uult notabiliter Ioan.and.& Panor.in.c.per uenerabilem.qui filii ſint legit.ubi dicunt quod Papa non poteſt inducere matrimonium ſupplendo conſenſum cum ille ſit de iure naturali ut eſt notum.*

Papa non pōt inducere matrimoniū ſupplēdo conſenſum.

H*inc eſt quod etiam defectus mandati dicitur eſſe inſanabilis. nam ubi proceſſus eſt nullus uel ſententia nulla ex defectu mandati iuxta text. in.c. in noſtra. de procurato. & in l. licet.C. eodem. tunc talis nullitas non ſanatur per aliquam ſignaturam. multominus quando fuit proceſſum cum procuratore legittime reuocato ſi mandati reuocatio ad illum peruenit.c. ex inſinuatione. de procura. nam plus eſt mandatum fuiſſe reuocatum quam a principio non habuiſſe mandatum quia primus egit contra uoluntatem domini. ut dicit textus notabilis iuncta gloſa in.c. ex parte. decani. in fine. de reſcriptis. Imo fortius talis nullitas non ſanatur etiam refectis expenſis quia qui uidit hunc defectum forte*

Nullitas defectu mādati nō ſanat̄ ēt refectis expēſis

tus conſenſus in prorogatione ut tenet Barto. in.l.prima.ff.de iudi.& Innoc.in.c.ad petitionem. in princ.de accuſ.glo.in.l. una.C.qui pro ſua iuriſdi. & in.l.i.in uer. inchoare.C. qui pro ſua iur.aut ignorabant eum eſſe incompetentem. & tunc proceſſus cum inde ſequutis eſt nullus propter defectum conſenſus qui eſt inſanabilis ut ſupra.quãuis enim potuiſſent illũ de iudice incompetente facere competentem tamen error impediuit prorogationem cum nihil ſit tam contrarium conſenſui quã error.l.ſi per errorem.ff.de iur.om.iu.

Et ex hiis infertur quod ſanatis nullitatibus cũ clauſulis quantumcunque pregnantibus non intelligitur ſanatus defectus iuriſdictionis quia inprimis & ante omnia debet conſtare de iuriſdictione.c.cum in iure.de officio delega.

Et ideo licet contra tres ſententias conformes non poſſit opponi aliqua exceptio donec plenarie fuerint executioni demandate Clem.ut calũniis.de re iud.poteſt tamen opponi exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis ſecundum doc. ibi. & facit glo.ſingu.in clemen. unica. de ſequeſtro. que dicit quod nunquam cenſetur ſublata nullitas per quam negatur iuriſdictio quia oportet quod conſtet de iuriſdictione iudicantis. & per illam decidit ibi Card.queſtionem.dictat ſtatutum quod ſententia arbitri nulla obſtante exceptione mandetur executioni. debet intelligi ita tamen quod conſtet quod ſit arbiter et quod ſententiam tulerit.facit quod in ſimili dicit Bar.in.l.prima.§. hoc interdictum.ff.quod ui aut clam.

Nũquã cẽſet ſublata nullitas .p quã negat iuriſdictio.

Vlterius notandum eſt quod licet ſignatura ſanet defectus ex uia nullitatis refectis expenſis quod ſemper apponitur quotiens ſanatur nullitas de qua per partem aduerſam opponitur nunquã

tamen ſanat defectum ex uia ſiue ex capite iniuſticie quia ut dicit Panor.in.c.iiii.circa finem.de re iud. inferendo ad intellectum illius tex.quòd requiritur ſententiam fuiſſe latam iuſte & rationabiliter ad hoc ut per Papam confirmetur quando procedit ex iuſticia & poteſtate ordinata. ſed ex plenitudine poteſtatis poteſt confirmare ſententiam quantuncū que iniuſtā ut legitur & notatur in.c. hoc quippe.iii. queſtione.vi. & per glo.magiſtram in.c.nullus.ix.queſtione.ii.facit tex.in.c. ad petitionem de accuſa. Quod ultimum intelligit magiſtraliter Panor.in dicto.c.iiii.procedere in dependentibus a libera poteſtate principis ut in beneficialibus quorum Papa habet liberam & abſolutam poteſtatem clemen.ii.alias prima ut lite penden. Qua ratione in huiuſmodi beneficialibus ſolet ſanare nullitatem proceſſus ante latam ſententiam ſine refectione expenſarum.quod non facit in prophanis niſi allegetur paupertas prout latius dicam in ſequentibus.quia in beneficialibus ut dixi habet liberam poteſtatem ut patet ex notabili dicto domini Anto.in.c.conſtitutus. de relig. do. ſanat ergo iniuſtitiam in talibus rationibus predictis. ſed ſi ſententia deficit in iuſticia naturali non poteſt per principem confirmari ſeu talis defectus ſuppleri ut eſt text.not.in clemen.paſtoralis de re iud.et ideo ut in principio iſtius col.dixi nunquam per ſignaturam iuſticie ſanatur defectus ex uia iniuſticie niſi uno caſu qui prout accepi poſt longam diſcuſſionem obtentus fuit coram innocentio Papa. viii. uidelicet quando prima ſententia fuit nulla forte ex defectu ordinis poſitiui iuxta.l.prolatam.C.de ſententiis. & in.§.diffinitiua.uerſ. item ſententia.ii. queſtione.vi. & ſecunda illam primam confirmauit. quo caſu ſuper utraque data

Ante latam ſentētiā ſanat nullitas proceſſus ſine refectiōe expēſarū ī bñficialibus

fuit ſanatio refectis expenſis. quia licet ſecunda ſententia confirmatoria prime nulle non fuit nulla ſed iniuſta iuxta notata per Barto. in l. ſi expreſſim. ff. de appellatio. & in l. prima. per illum text. ff. que ſenten. ſine appella. reſcinden. ubi dicit quod ſententia confirmatoria prime nulle eſt nulla ſicut prima quando expreſſus eſt error in prima nam tunc idem error eſt in ſecunda qui eſt in prima dicta. l. prima. §. ſi uero prima eſt nulla ex alio capite quam propter errorem expreſſum in ea tunc ſecunda illius confirmatoria non eſt nulla. ſed iniuſta quia preſumitur quod iudex pronunciauit bene iudicatum reſpectu iniquitatis non nullitatis quam ignorabat ſubeſſe. Licet ergo ſecunda confirmatoria prime non ſit nulla ſed iniuſta. ut dixi tamen ſuper utraque datur ſanatio cum iſta iniuſticia ſecunde ſententie non tangat merita cauſe & oriatur totaliter ex illa nullitate unde quaſi eodem morbo effectualiter uidetur infecta. nam a primordio tituli poſterior formatur euentus. l. prima. circa fi. C. de impon. lucr. deſcrip.

Scda ſnia cõfirmatoria prime nulle. an ſit nulla uel iniuſta.

Caſus in quo ſanat defectus ex capite iniuſticie.

Preterea qui confirmat nihil de nouo facit ſed confirmat prout erat prius capitulo inter dilectos. §. porro. de fide inſtru. iuncto. c. primo & ſecundo. de confir. utili uel inutili. Hinc eſt quod agitur ex ſententia confirmata & non ex confirmante ſecundum unam opinionem quam recitat glo. in l. eos. in uer. uel iniuſtam. C. de appella. & ideo ſi ſecundus iudex ad quẽ ſimpliciter confirmat primam ſententiam nullo addito uel detracto tunc primus exequitur eam. & non ſecundus ſecundum Hoſtien. Inocen. & Panormi. in c. paſtoralis. §. preterea. de officio delega. & in c. cum in eccleſia. de appellatio. ponit Io. an. in addi. Spec. in titulo. de execu. ſent. §. ii. in uer.

Primus iudex exequitur ſententiã cõfirmatã nõ ſecundus.

dclxii. que incipit. ſi ex gratia quod ſi ex gratia per me de beneficio obtenta ſub certo modo uacandi egerim contra ticium aduerſarium uſque ad concluſionem & poſt concluſionem & ante ſentētiam obtineo de eodem beneficio aliam gratiam ſub alio modo uacandi. abſque alia terminorum reiteratione poteſt pro me uigore ſecunde gratie ſententia ferri ſi per eam conſtet de bono iure meo. Nec poteſt conqueri altera pars. quia omnes terminos ſibi neceſſarios ad docendum de iure ſuo habuit. poſſet tamen petere ſecundum dominos prout atteſtatur Egidius quod termini competentes ſibi aſſignentur ſi aduerſus iſtam ſecundam gratiam competerent ſibi defenſiones legitime pro eis proponendis & probandis argu. c. ſtatuimus in fi. & c. ut circa. de electio. lib. vi. & c. paſtoralis in ſecundo reſpon. de except.

Sed dubium eſt an reus & poſſeſſor poſſit petere in tali caſu refectionem expenſarum dicendo quod actor non fouendo uſque tunc bonum ius fecit ipſum multum expendere in illa lite uidetur quod ſic per. l. eum quem temere. ff. de iudi. ſed contrarium eſt uerius quia ſi per ſententiam conſtabit reum nunquam habuiſſe bonum ius licet nec actor uſque tunc bonum ius habuerit nihilominus ſubcumbentia rei infert illum ſemper fuiſſe iniuſtum poſſeſſorem. & ideo non auditur petendo refectionem expenſarum argu. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei uendi. non obſtat lex contraria quia loquitur eo caſu quando reus abſoluitur ex non iure actoris quod ceſſat in caſu iſto. Puto tamen quod licet reus ſuccumbat propter nouum ius actoris tamen non condennabitur ſibi in expenſis factis per actorem ante productionem illius noui iuris quia uterque temere egit &

Ad. l. eum quem temere. ff. de iudi.

re ſolum poſſeſſorium et illud prius terminare capitu. ſecundum & ibi clare Panormi. eodem titulo quod procedit etiam ſi ſpoliator habeat commiſſionem de procedendo ſimul in utroque quod datur aliquando ex fauore ut per Egidium concluſione. ccccc vi.

Conſtat aũt quod ſtilus ſignature commiſſionum in dubio preſumitur commiſſio et non gratia ut dicit Domi. poſt Ioan. an. in c. ſi cui. de prebend. lib. vi. et hoc patet per multa exempla in quibus apparet quod papa in dubio non preſumitur in iſta ſignatura concedere aliquid in preiudicium alterius nec facere gratiam niſi aliud exprimat. Hinc eſt quod quando unus petit monitorium dari contra debitorem defuncti cuius ipſe qui petit eſt creditor datur ſed cum iſta clauſula abſque preiuditio potioris creditoris regula potior. lib. ſexto. et. ff. & C. qui potio. in pigno. habe. per totum.

In dubio p ſumitur cõ miſſio & nõ gratia.

Similiter ubi materia tangit Cameram. Signatura dicit uideat Camera. ubi tangit religionem uideat protector quia ipſe eſt uerus et legitimus ordinarius illorum de illa religione ut dicit Cardi. conſi. xvii. Incip. caſus poſt factum etc. eodem modo ubi tanguntur officia pape. ſignatura dicit uideant domini ſecretarii. quia ordo eccleſiaſticus cõfunditur ſi unicuique ſua iuriſditio non ſeruatur. capi. placuit. xi. q. i. facit ad premiſſa bonus text. in capitu. ex tenore. de foro competenti. ibi ſic ſumus uiduis in iuſtitia debitores quod aliis iniuſtitiam facere non debemus.

Cur ſignatura dicit uideat protector.

Hinc eſt ultra predicta quod ſi poſt executionem ſententie aliquid petitur ſuper materia executionis uel ſubreptionis monitorii non datur per iſtam ſignaturam aliquid quod

tangat rem iudicatam ideo non datur ſuper ſubreptione quia tranſitus in rem iudicatam extinxit ſubreptionem. de qua poteſt opponi dupliciter ut dicit Panor. poſt Innocen. in. c. conſtitutus. uerſi. extra glo. de reſcrip. primo contra litteras dilatorie ut in. c. ad audientiam. eodem titu. ſecundo poteſt opponi peremptorie contra gratiam cum ſubreptio concernat ipſam gratiam et eam uiciet. c. ſi motu proprio. de preben. lib. vi. cum ſimilibus. ſed uſque ad ſententiam opponi poteſt et non ultra ſicut in aliis exceptionibus peremptoriis. l. peremptorias. C. ſent. reſcindē. non poſſe. Secus dico ſi aliquid allegatur quod concernat nullitatem iudicii et ſententie ut cum dicitur iudicium nullum fuiſſe quia iudex incompetens uel excommunicatus. C. quando prouocare non eſt neceſ. per totum. et ſi a non competenti iudi. per totum. ſimiliter in exceptione falſi procuratoris. l. licet. C. de procura. nam cum iſtis et ſimilibus caſibus iudicium ſit nullum poteſt agi de nullitate ex dictis capitibus et dantur commiſſiones etiam poſt ſententiam que tranſiuit in rem iudicatam quia tranſitus in rem iudicatam non extinguit predictas exceptiones. licet improprie dicantur exceptiones iſtis caſibus ut dicit glo. magiſtra in. l. prima. C. de iur. et facti ignor. et in. c. Exceptionem de except. nec poteſt dici iudicatum. l. iiii. §. condemnatum. ff. de re iudi. et in. l. ii. C. quando prouoc. non eſt neceſ.

Daf cōmiſſio ſup nullitate nō obſtāte q̧ a tali ſnīa nō fuit appellatū.

Si petit ſuper nullitate procedi. an tūc debeat addi ſine preiudicio rei iud.

H*inc eſt quod ubi agitur de nullitate et petitur ſuper ea nullitate procedi nō debet addi in ſignatura iſta clauſula. ſine preiudicio rei iudicate ſecūdū aliquos. quia ut ſtatim dixi ſi ſententia eſt nulla non poteſt dici iudicatum. ſed dicitur iſto modo ſine preiudicio triū ſentētiarū propter. clem. ut calūniis. de re iud.*

alii

alii aliter dicunt moti iſta ratione ex eo quod ſententie nulle etiam executioni demandantur iuxta notata per docto. in.c. cum in iure. de offi. delega. ſed poteſt diſtingui ex mēte Bar. in dicta.l.iiii.§.condēnatum. quia aut ex parte eius qui petit procedi ſuper nullitate nihil eſt probandum ut quia dicit quòd non fuit citatus uel non fuit procurator qui egit. & tunc procedit prima opinio cum dictis caſibus non poſſit dici iudicatū & exceptio huiuſmodi nullitatū impedit executionē dicto.§. condēnatum. & in.l.licet. de procura.

An & qñ exceptio nullitatis īpediat executionē ſententie.

Idem quando in cauſa nullitatis aliquid eſt probandum dūmodo poſſit probari incontinenti.l.ſi pretor.§.marcellus.ff. de iudi. & in.l.iudicati.C.ſi ex fal.inſtru.

Aut probatio fienda ſuper nullitate habet altiorem indaginem. et iſto caſu poteſt procedere ſecunda opinio. quia tunc nō obſtāte exceptione nullitatis ſententia poteſt executioni demandari.l.ſi.in fine.C.de ord.cog.cum ſimilibus.

Conſequēter tunc debet addi ſine tamen preiudicio rei iud. quod procedit quando executio nondum eſt facta alias ſi eſt facta & aliquid petitur contra eam non debet in cōmiſſione dici ſine preiudicio rei iudicate quia iam eſt facta executio. ſed dicitur ſine preiudicio legitime executionis: idem ſi nondum eſt facta executio ſed iudex incepit eam facere ut dicam latius infra in uerſ. quando cōmittitur cauſa nullitas. &c. & eſt notandum quòd cum miſterio additur illud uerbum legitime. quia ſi alias non ſit rite & legitime facta executio ſed contra diſpoſitionem iuris cōmunis uel formam ſententie nō meretur ſolitum fauorem. et ideo quatenus de facto proceſſit poteſt de facto reuocari etiam non citata parte iuxta ſing. dictum Inno.

De clauſula ſine preiudicio legittime executionis.

Que ď facto proceſſerūt poſſunt de facto reuocari ēt non citata parte.

in.c.cum dilecti de elec. quod exclamat Franckus in.c.primo in princ.de relig. domi.lib.vi.& ideo dicit idem Innoc. in.c. querelam.in.ii.col.de elec. quod poſſeſſio unius alteri data iuris ordine non ſeruato poteſt de facto reuocari poſſeſſore etiã non uocato.facit glo. ord.in.l.minor in principio.ff. de euict. cum multis ſimilibus dictis ad propoſitum de quibus per Roma.conſilio.cccxx.incip.hec iſtorum.in fi.col.

Ad predicta facit maxime pro diſtinctione quã ſuperius feci elegans deciſio Rote.cclxxx.que incipit licet per uiam in nouis. ubi dicitur quod licet exceptio nullitatis impedit executionem ſententie que tranſiuit in rem iudicatam ſi incontinenti probetur coram iudice qui illam ſententiam tulit tamen huiuſmodi executio non impeditur per uiam actionis ſuper nullitate etiam ſi iudex cui nullitas huiuſmodi eſt commiſſa inhibeat primo iudici uolenti exequi ſententiam ſuam.& ſic ſentit Rota quod maiorem effectum operatur ſola exceptio quoad impediendam executionem ſententie quam actio ſuper nullitate mota cum inhibitione ſequuta quod uidetur contra text. in ratione ſui cum ibi notatis per glo. magiſtram in.c.ii. de ord. cog.quod crimen probatum per exceptionem non punitur ſicut quando probatur per uiam actionis.ſed ratio motiua dominorum quare ſecundo caſu non obſtante inhibitione poteſt fieri executio eſt ex eo quia motio litis huiuſmodi non impedit executionem ſecundum Innoc. in dicto.c.cum in iure peritus. (quod ego intelligo cum diſtinctione quam ſuperius feci)nec etiam inhibitio impedit quia non eſt legitime facta.c.non ſolũ in fine.&.c.Romana.de appel.lib.vi. Concludunt igitur domini in predicta deciſione quod fiat executio per primum ius

Caſus in quo plus operat exceptio quã actio mota ẽt cũ ĩhibitiõe iudicis

dicem per quam non impeditur litis proſecutio ſuper nullitate.ex quibus apparet quod melius & conſultius eſt apponere in ſignatura illa uerba ſine tamen preiudicio rei iudicate ut nõ retardetur executio & proſecutio litis ſuper nullitate ſuo marte decurrat ex quo interim preſumitur pro ueritate rei iudicate & contra impetrantem argu.text. optimi in.l.ii.C.de falſis.ubi probatur quod quando executor percipit quod malitioſe opponitur exceptio falſi cauſa differẽde executionis debet facere executionem ſalua manente queſtione falſi facit elegans dictum Inno.in.c.poſt electionem in fi.de conceſ.preben. ubi dicit quod quandocunque iudex uehementer preſumit cõtra excipientem quod malicioſe excipiat non debet talem excipientem admittere nec de appellatione curare quia illa non prodeſt niſi probetur ueritas cauſe ut per Panor. referentem iſtud dictum Innocen.in.c.ſuper eo.de appella.& in.c.de cetero.in fi.col.de re iudi. Nec eſt admodum preiudicialis dicta executio agenti in cauſa nullitatis quia ſi in ea obtinebit etiam obtinebit reuocationẽ executionis.c.ſuſcitata.de reſti. in inte.c.in noſtra.et.c.auditis.de procura. cum multis ſimilibus.et per hoc iura utriuſque partis ſeruãtur illeſa per huiuſmodi ſignaturas.nam ut ſuperius dixi Papa per iſtam ſignaturam iuſticie non preſumitur in dubio cõcedere aliquid in preiudiciũ alterius partis nec facere aliquid gratioſe niſi id exprimat uel aliter appareat de ſua intẽtione et hoc probaui ſuperius aliquibus exẽplis.poſſunt et alia exempla adduci.

Cõſultius eſt apponere in ſignatura illa uerba ſine preiudicio rei iudi.

Qñ iudex uehemẽter preſumit cõtra excipientẽ non debet curare de exceptione uel appellatione.

Nam ſi quis ſubrogatur illi qui iam habuit executoriales contra aduerſarium non datur tali ſubrogato effectus executorialium niſi intimetur condemnato huiuſmodi ſubrogatio

Subrogato nõ dat effectus executorialiũ habitarũ iã p defunctum niſi &c.

quia forte impugnabit eam ex regula de ſubrogandis uel aliter nam ſufficit reo quod uincat per non ius actoris etiam ſi cõſtet de non iure ſuo puta per confeſſionem uel alias argu. nota torum per compoſt. in. c. mandatum. de reſcr. iuncta. l. fi. C. de rei uend. et ponit deciſio Rote. ccccxix. que incipit nota an reus. in antiquis. et ad predictam practicã de intimatione ſubrogationis faciẽda facit in ſimili deciſio Rote. ccccxx. que incipit licet in cauſis. in nouiſ. ubi dicitur quod noua gratia per actorem impetrata lite pendente ſuper beneficio eſt intimanda reo poſſeſſori etiam contumaci nec curanti uenire uel mittere. quia forte uult et poteſt de ſubreptione eam impugnare. ergo etiam ſubrogatio intimanda eſt condẽnato per eandem rationem. et hoc quaſi in terminis ponit Egidius concluſione clvi. incip. mortuo etc.

Aduerte ad hec quando habuerit executorales admitti ad executionẽ quo ad poſſeſſionẽ ſibi tradenda dũtaxat

Noua gratia p actorẽ ĩpetrata debet ĩtimari reo abſenti.

Patet etiam ex alio iuſticia iſtius ſignature. nam non dat iudicem petitum ab una parte. quia dicit elegans tex. de iudi. obſeruandum eſt ne is iudex detur quem altera pars nominatim petit id enim iniqui exempli eſſe etc. facit etiam text. in. c. ad hec. de reſcrip. Ideo conſueuit dicere ſupplicatio alicui probo uiro etc. et poſtea petitur uerbo. et ſic per indirectum datur iudex petitus ſecundum uoluntatem petentis. Tamen circa hoc diſtinguit pulchre Panor. in. c. ceterum in fi. col. de reſcrip.

Iudex petitus in commiſſione nõ datur.

Quod aut utraque pars eſt preſens coram ſuperiore et nõ debet ſuperior dare iudicem ad petitionem unius dicta. l. obſeruandum. et ideo regens cancellarie non conſueuit in curia cõmittere cauſam Auditori Rote quando una partium allegat talẽ Auditorem habere ſuſpectum et ſi unum uel duos habet pars ſuſpectos. tunc regẽs cõmittit alteri Auditori ſecundum ſuũ

turnum

turnum et certum ordinem quem ſeruat.

A ut una pars eſt abſens & alia eſt preſens.& tunc de ſtilo eſt ut detur iudex ad petitionem unius partis ſalua alteri parti facultate recuſandi iudicem ex cauſa rationabili.c. inſinuante. de offi.delega. & ſi petit preſens aliquid preiudiciale alteri parti & dicta pars eſt preſens in curia fit citatio in audientia per edictum generale ſecundum Panor. in dicto.c.ceterum. ſed Innoc.in.c.cum olim.de re iudi.non uult quòd ſufficiat citatio in audientia ſed tali caſu debet fieri in perſona uel ad hoſpitium ad dicendum quare talis commiſſio non debeat ſignari.& hoc ſequitur ibidem Fel.allegans Pau.de caſt.conſ. li.qui dicit quòd poſtquā Innoc. hoc tenet non eſt amplius de hoc dubitandum cum fuerit pater ueritatis. et ita ſeruat reuerendiſſimus Cardi. Alexand. qui eſt alius pater ueritatis et habet in manu ſceptrum iuſticie tanquam alter Salomon.

Nō ſignat cōmiſſio alteri preiudicialis niſi prius ille citetur.

Q uando uero utraque pars eſt preſens. ſed non concordant in iudicem tunc quelibet pars eligit unum et curia tertium ſecūdum glo.in dicta.l. obſeruandum de quo me remitto ad ſtilū curie quem in hoc non perquiſiui facit.c.ex litteris. de conſtit. et.c.quā graui.de cri. fal. Comendatur ſtilus iſtius ſignature etiam ex hoc nam quando quis petit procedi in petitorio reiecta ſua ſuſpenſione eiuſdem.habet commiſſionem ſed refectis expenſis in quibus fatigauit aduerſarium in poſſeſſorio quia non licet uariare cum diſcrimine alterius ut dicit tex.in.l.pretor edixit in princ.ff.de iniur.facit regula mutare. de re.iur. lib.vi. et in clem. cum illuſio. de renunciat. et hoc in terminis de refectione expenſarum in tali caſu tenet Hoſtien. in ſūma de cauſa poſ.et propr.in.§.an queſtio poſſeſſionis. uerſi. ſed ſi

Dat cōmiſſio petēti procedi in petitorio iā ſuſpenſo ſed refectis expenſis.

prius proponit. et ponit deciſio Rote.ccy. que incipit in cauſa in nouis. Non minus commendatur ex alio quia cauſa non debite penſionis non committitur niſi cum clauſula abſque retardatione ſolutionis eiuſdem que clauſula ponitur duplici ratione. prima eſt propter fraudes et malitias recuſantium ſoluere penſiones legitime impoſitas quibus malitiis non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei uendi. et in. c. ſedes. de reſcrip. facit pro iſta practica bonus tex. in. l. ii. C. de falſ. quem ſuperius in alio propoſito induxi. alia et ſecunda ratio eſt quare opponitur uidelicet propter honorem pape mandantis ſolui pẽſiones per eum impoſitas. et ſic ut eius litere ſuper penſione non careant obedientia quibus eſt humiliter et cum reuerentia parendum donec conſtet de contrario. c. ſi quando de reſcrip. ibi mandatum noſtrum reuerenter adimpleas etc. que rationes ceſſant in penſionibus impoſitis ab inferioribus qui regulariter de iure non poſſunt penſiones perpetuas imponere maxime ut tranſeant ad ſucceſſores. c. niſi eſſent de prebendis. et ideo quando penſio eſt ab inferiore impoſita tunc datur commiſſio ſuper dicta penſione et non apponitur predicta clauſula abſque retardatione etc.

De clauſula ſine retardatione ſolutiõis pẽſionis.

Datur commiſſio ſup pẽſiõe impoſita p inferiorem & nõ apponitur clauſula ſine retardatione &c.

Et eſt notandum quod non datur ſimpliciter commiſſio ſuper reductione penſionis etiam ſucceſſori illius qui cõſenſit niſi cum clauſula prout de iure faciendum eſſe cognouerit quia forte pape ſcienter dedit anteceſſori quod poſſet obligare beneficium ultra tertiam partem fructuum. forte etiam data eſt penſio ſuper fructibus beneficii non reſignati que ſolet concedi dummodo exprimantur illius fructus.

Penſio põt eſſe exceſſi

Preterea poteſt eſſe penſio exceſſiua. et tamen non eſt reducen

da puta ſi is qui ceſſit fuit deceptus cum crederet ualorem be neficii eſſe magnum ductus aſſertione optantis beneficium nõ curantis de enormi penſione. ad quod facit bona glo. in ſimili in.c.fi. de conſuetu.lib.vi.ibi minorem forte ex cauſa ſibi gra tam.etc.

ua. et tamẽ non erit re ducenda.

Preterea uolenti et conſentienti ſuper enormi et exceſſiua penſio ne non ſit iniuria neque dolus.l.i.§.uſque adeo.ff. de iniur. et in.l.nemo.ff. de reg.iur.

Hinc eſt quod admittitur ceſſio beneficii cum reſeruatione om nium fructuum loco penſionis precipue in Francia ſed commu niter ſolent imponi huiuſmodi penſionis uſque ad tertiam par tem fructuum et quandoque uſque ad medietatem. et tunc in ſupplicatione dicitur etiam ſi dicta penſio ſuper fructibus di cti beneficii tertiam partem huiuſmodi fructuum excederet dummodo illorum medietatem non excedat tũc enim eſſet re ducẽda ſi medietatem excederet. nam quemadmodum refor mationi ſubiacet contractus uenditionis quãdo ultra dimidiã iuſti precii circunuentio interuenit ut in.l.ii.C. de reſcin.uẽ. et in.c.cum cauſam.de emp.et uendi.parimodo reformationi ſubiacet penſio cum illa ultra dimidiam iuſte pẽſionis excedit hic eſt caſus prout ibi quoad hoc paꝛificantur pretium et pẽſio in.l.item ſi precio.§.fi.cum.l.ſeq.ff.locati iuncta.d.l.ii.C. de reſcin.uen.poſſet tamen quis ſcienter conſentire penſioni etiã ultra medietatem ut ſuperius dixi et renũciare reductioni ſed cõiter non conceditur ultra tertiam partem fructuum eiuſdem precipue ſi ſit eccleſia parrochialis uel dignitas ualoris. xxiiii. ducatorum ne beneficia tantum grauentur poſſintque illorum onera ſupportari argu.c.de monachis.in fine. de prebend.

Pẽſio ultra medietatẽ fructuũ de bet reduci.

Et ideo iuſta cauſa petendi reductionem penſionis eſt reddituũ et fructuum diminutio contingens poſt impoſitam penſionem qua ſtante beneficium grauatum onere penſionis non ſufficit ad eam perſoluendam et ſuſtinendum ſimul onera ipſius beneficii prout eleganter conſuluit Ludo. Roma. *conſil.ccclxix. incip.circa primum uerſi.quoad quintum.etc. mouetur ex notatis per docto.et precipue per dominum* Anto.*in.c.preterea. de iure patro. decidentium in ſimili quod ſi cenſus a* Dioce*ſano in fauorem patroni tempore fundationis impoſitus eccleſie fundate in tantum eccleſiam onerat quod ſi ſoluatur non poſſit neceſſitatibus eccleſie ſeu ſubſtẽtationi presbyteri ſubueniri tunc patroni cenſus diminui et moderari debet argu. tex. in.c.primo.de conſuet.ubi eſt expreſſum quod tolli debent uel moderari conſuetudines eccleſiis grauamen exceſſiuum imponentes ad idem in ſimili bonus text.in.c. ſuggeſtum.de deci. facit etiam bonus tex.in.c.quanto.de cenſibus.*

Que iuſta cã petẽdi reductionẽ pẽſionis

Preterea hoc eſt priuilegium clerici ut non conueniatur ultra quã facere poſſit ad inſtar militis armate militie ut dicit glo.ord. in.l.miles.ff.de re iud.id eſt debet ſibi tantum relinqui unde ipſe et ſui miniſtri eidem neceſſarii poſſint ſuſtentari ut dicit alia glo.in.c. ſtudeat.l.di. Concludo *ergo quòd iuſte petitur reductio penſionis ex dicta cauſa non obſtante indulto quod ad certam partem reduci non poſſit.ex quo contingit diminutio fructuum ex poſt facto per ſupradicta.*

Cleric⁹ nõ cõuenit ultra quã facere poſſit.

Et hoc important illa uerba que apponuntur in huiuſmodi commiſſionibus ſuper reductione. uidelicet prout de iure faciendum eſſe cognouerit quia attenta diminutione fructuum contingente ex poſtfacto et conſideratis honeribus incumbentibus

beneficio grauato penſione ac aliis ut ſupra poterit reduci & debito modo moderari.

Et *ex hiis apparet quod etiam ſi papa appoſuit manum in aliqua ſupplicatione uel commiſſione & uenit de iure reformanda ſine dubio reformatur.nam ut ſuperius dixi licet* Papa *dicat in ſupplicatione quod penſio ad certam partem reduci nõ poſſit ſi tamen de iure ex dictis cauſis uenit reducenda indubie reducitur & reformatur ad quod faciunt bona iura text. in c.ſententiam.xxxv.queſtione.ix.in.c.cum ex litteris.de in integ.reſt.& in.c.cum olim.de re iud. in quibus dicitur ſententiam* R*omani pontificis poſſe in melius cõmutari.facit elegãs conſilium* Ludo.R*om.in ordine.cccccxxi.incip.*C*hriſti nomine repetito.*C*irca propoſitam. nec obſtat ſi dicatur ex quo* Papa *appoſuit manum uidetur omnibus aliis de & ſuper eo ademiſſe poteſtatem argu.c.ut debitus. de appel. conſequenter commiſſionem non cenſeri reuocatam nec poſſe reformari niſi propriis manibus* Pape *reuocetur uel reformetur.quia dico quod ſatis propriis manibus factum fuiſſe dicitur cum ab habente mandatum ſpeciale fiat ut eſt text.in.c.mulieres.in fi. de ſenten.excom.ibi cum is cõmittat uere cuius auctoritate uel mandato delictum committi probatur.facit etiam tex. in.l.ita tamen.§.geſiſſe.ff.de admi.tuto. & in.l.prima.§.deieciſſe.ff. de ui & ui ar.cum aliis uulg.ad hoc.*

Licet papa appoſuerit manũ in aliqua cõmiſſione ĩn re formatur ſi uenit reformanda.

Factũ propriis manibus dicit.

E*x hiis etiam poteſt ſummi ratio unius obſeruantie quam ſeruat ſignatura.nam licet ſtetur litteris* Pape *aſſerentibus reſignationem fuiſſe factã in ſuis manibus iuxta clemẽ.litteris de proba. ſi tamen talis reſignatio facta appareat per procuratorẽ & de falſitate illius mandati dubitatur exiſtentibus aliquibus conie-*

cturis cõmittitur arbitrio Auditoris ut prefigat terminũ parti ad dicendũ quo mandato uti uelit et an ex eo reſignatio ſubſequuta fuerit. nã ut dicit ſignãter Egidius cõcluſione.ccliii. que incipit ſi Papa quod uerba narratiua Pape de reſignatione beneficii in ſuis uel alterius manibus facta per procuratorẽ nõ probãt uacationẽ nec procuratoriũ. et hoc quo ad effectum adiudicationis ut per eũdẽ Egid. cõcluſio. ccxc. et alia. cccxlii. incip. ad effectũ. etc. licet cõtrariũ in caſu ſimili firmet Pet. de Anch. cõſi. cccxcix. incip. intẽtio domine cõſtãtie. etc. ubi dicit quod ſi Papa in prouiſione quã facit de beneficio narrat ſe ſpecialiter dictũ beneficiũ reſeruaſſe ſue prouiſioni dũ talis illud obtinebat ex hiis uerbis ſm eum probatur plene reſeruatio et preſidẽtia poſſeſſoris tũc tẽporis ſed dictũ Egidii in ſuis terminis puto fore uerius exiſtẽtibus aliquibus cõiecturis de et ſuper falſitate eius quod narratur per papã ut ſuperius dixi quia tali caſu nõ eſt arguere Papã de mẽdatio ſed quod fuerit circũuentus. et ideo dicit idẽ Pet. de anch. in cõſi. precedẽti quod incipit premitto pro clariori etc. quod dicto ſeu aſſertioni Pape nõ ſtatur quãdo eſt cõtra iura et in preiudicium iuris alteri queſiti quod non eſt ſue intentionis uelle tollere. l. i. §. ſi quis a principe. et. §. merito. ff. ne quid in loco pub. c. ex tuarũ. de uſu pal. maxime in iſta ſignatura iuſticie in qua nõ uult derogare iuri alterius precipue cũ graui dãno. et licet uni cõcedat aliquid gratioſe ſemper tamẽ preſeruat ius alterius cõformãdo ſe diſpoſitioni iuris canonici et etiã ciuilis ubi defficit ius canonicũ c. ſi in adiutoriũ. x. di. cũ multis ſimilibus. quod patet per alia plurima et uaria exẽpla que ſubiiciã per ordinẽ prout occurrẽt materie quas uidi uel practicaui ſeu a practicis habui. iuxta

Nota ad ẽle. literis & probatio.

Non ſemp ſtat dicto ſeu aſſertioni pape.

tex.in.l.ſi auiam.C.de inge.manumiſ.ibi ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes facile cognoſceres.etc.

Quãdo quis petit admitti ad beneficiũ.c.Odoar.de ſolut.uel alternatiue ad ceſſionem bonorum aut ad terminum quinquennalem iuxta.l.fi.C.qui bon.ced.poſſunt ſemper in ſignatura dicitur conſtito ſummarie de paupertate et prout de iure. et hoc propter multa que requiruntur circa hoc iuxta notata in dicto c.Odoardus.nec eſt neceſſe quod aliter cedat bonis dũmmodo poſſit legitime conſtare de paupertate ſecundum Panor. ibi.et Rotam deciſ.cccccclxvii.incipiẽ.utrum poſſit ad fi.facit bona glo.in.l.miles.ff.de re iud.& in.c.audeat.l.di.et de materia dicti.c.Odoardus plene per Bal.in.§.fi.inſti.de acti. Qñ quis petit admitti ad bñfici um.c.odoardus.

Petenti cõmitti inhibitionem ſub cenſuris et penis etc. datur ſolũ de inhibitione ſub cenſuris.quia non debet quis duplici contritione conteri.c. at ſi clerici in fi.de iudi.& in.c. presbyter aut diaconus.lxxxi.di.niſi ſit maxima contumacia uel materia grauiſsima tũc datur etiã ſub penis.ad quod facit bonus tex. in.c. quoniã freqũeter in fi.ut lite nõ cont.ibi dũ dicit.ita uidelicet quod alterutra pena que magis timeri debeat iudex a principio ſit contẽtus.ad alterã nihilominus proceſſurus ſi hoc meruerit proteruitas cõtumacis facit ẽt bonus tex. in.c.cũ in cũctis.§.fi.de elec.et ibi Panor.in primo not.ponũt docto.in.c. tue.de procur.et in.l.ſenatus cẽſuit.ff.de accu. additur ẽt quãdoque et de brachio ſeculari prout de iure. nã quado iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit et nõ habet ultra quod faciat poteſt tũc de iure inuocare brachium ſeculare.c.cum non ab homine. de iudi.et in.c.ii.de malefi.ponit Oldra.conſi.lxxxix.incip.Epiſcopus inuocat.&c. Daẽ cõmiſſio ſolũ de inhibitione ſub cẽſuris niſi &c.

De inuocatiõe brachij ſecularis.

Et eſt notandum quòd niſi in ſignatura adderetur & de brachio ſeculari non poſſet delegatus inuocare tale auxilium. ſecundũ Arch. in. c. ut officium §. fi. de hereti. lib. vi. dicentem curiam ita tenere. quicquid dicat Io. an. in. c. ſignificaſti. de offi. deleg.

Item eſt notandum quod quando petitur inhiberi ſub pena excõmunicationis. ſi inter eos quibus eſt inhibendum ſint epiſcopi uel ſuperiores prelati. tunc ponitur quo ad eos ſub pena ſuſpẽſionis non excõmunicationis. defertur enim illis in penis imponendis. tunc propter reuerentiam ſacri officii quod exercent. ut eſt caſus in. c. ii. de officio dele. lib. vi. iuncta glo. in. c. i. de cler. uenat. tamen etiam propter periculum plurimorum. & ideo ſententiam ſuſpenſionis & interdicti tales non incurrunt niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur ut dicit text. in. c. quia periculoſum. de ſenten. excõ. lib. vi.

Epis inhibetur ſub pena ſuſpẽſionis nõ excõmunicationis.

Ex quibus apparet quòd iſte cenſure debent a principio moderate concedi tam reſpectu perſonarum ut patet ex premiſſis quã etiã locorũ in quibus morantur & degũt perſone cõtumaces.

Et ideo ubi petitur poni interdictum propter non paritionem forte executorialium cum magna difficultate conceditur unde primo ponitur in eccleſia parrochiali aduerſarii & alia eccleſia parrochiali uel collegata. Demum creſcente contumacia datur in duobus monaſteriis uel eccleſiis collegiatis. & ſi nec ſic reſipiſcat tota diocesis ſupponitur interdicto ultimo loco ubi premiſſa non afferunt remedium oratori contra aduerſarium qui tandiu inſordeſcit interdicitur eccleſia cathedralis. que alias non cẽſetur interdicta niſi expreſſe interdicatur licet tota diocesis & eccleſie ciuitatis interdicantur propter eius excellentiam & honorem. arg. c. quãuis. §. quãquã. de preben.

De mõ concedendi interdictũ ꝑ nõ paritionem.

lib.vi.& quod notabat Compoſ.ante illam decretalem in.c. capitulum ſancte crucis. in uerſi. item queritur de hac forma. &c.& Oldra.conſi.clxxxv.incip.thema tale eſt. & domini de Rota deciſ.xlv.incipiẽ.nota ſecundum aliquos.in antiquis nam iſta magna & notabilia niſi de eis expreſſe dicatur nulla uerborum generalitate includuntur.l.pretor ait.§.quod autem ff.de iniur.c.ſedes.de reſcrip.l.eos.C.de aqueduc.lib.xi.

Aduertendum tamen eſt quod in aduentu regis uel principis in in urbe in qua dicta eccleſia cathedralis eſt ſita interdictũ ſuſpenditur. & in hoc defertur talibus perſonis argu.c.ſolite. ibi regi tãquam precellenti.de ma.& obe.ſicut & alias defertur eiſdem.nam contra Reges non dantur littere contentioſe per Cancellariam.& in litteris que eis deſtinantur per papam non ponitur mandamus quatenus ſecundum Specu. in titulo de reſcrip.preſen.§.ratione forme.uerſi.item contra Reges.facit bonus tex.ultra Specu. in clemen.prima. de teſti.ibi reges eoſdem et prĩcipes in domino exhortamur quãuis dicat ibi glo.quod licet exhortatio Pape uideatur conſilium eſt tamen conſilium reuerẽtie cui neceſſario parẽdum eſt iuxta notata in.c.ad aures.de eta.et qualita. In aduentu Regis uel prĩcipis ſuſpẽditur interdictum. Exhortationi pape parẽdum eſt.

Quid autẽ ſi nec per tot gradus interdicti pareatur tunc poteſt petere orator executiue procedi per brachium ſeculare argu. c.cum non ab homine. in fine.de iudi.ſed tunc in commiſſione debet addi hec clauſula.uidelicet in euentum quod docuerit et cetera.

Vltimo quo ad materiam cenſurarum iam incurſarum ſciendum eſt quod ubi excommunicatus uel ſuſpenſus petit ſe abſolui a cẽſuris preſtita iuratoria cautione caſſantur regulariter iſta uer Qualis cautio debet p̃ſtari p̃ abſoluendũ a cenſuris.

ba.et loco eorum dicitur cautione preſtanda iudicis arbitrio. quia debet inſpici qualitas perſonarum an ſit de ſolo earum iuramento confidendum arg.c.literas.de preſump. et hoc per doctrinam Innoc.in.c.ad reprimendam.de off.ordi. et ibi Panor.in.i.col.et in.c.qua fronte.de appella.et in.c.ex parte. de uerbo.ſignifi.

Sed ego diſtinguerem prout diſtinguit glo.nota. in. c. ad hec.de ſenten.excom.quod aut quis petit abſolui ob iniectionem manuum in clericum et tunc ſufficit ſola cautio iuratoria per. c. ex tenore.et.c.cum deſideres.eodem ti. Si uero pro contumacia uel crimine manifeſto tunc ſufficiens debet cautio preſtari c.ex parte.de uerbo.ſigni.et ibi dicit glo.quod ſufficiens cautio eſt ſi pignora uel fideiuſſores dentur. l. ſi mandato.§.ulti. ff.manda.cum ſimilibus.

Datur prorogatio fataliũ ſed arbitrio iudicis.

Vbi petitur prorogatio fatalium ſemper dicitur in commiſſione per ſignantem. Arbitrio iudicis quia forte pars non fecit debitam diligentiam in tempore debito prout facere debuit iuxta ea que habentur in.c.cum ſit romana.de appel. non enim ſufficit probare ſolum impedimentum tempore primi fatalis niſi etiam probetur quod tale impedimentum fuit immediata cauſa quare non potuit proſequi appellationem tempore debito et ideo debet docere ſe feciſſe debitam diligentiam per tex. nota.in.l.qui commeatus.in princi.ff.de re mili.et ibi Barto.& in.l.quibus diebus.in princi.ff.de condi.et demonſtra.et Bal. in.l.properandum.§.ſinautem utraque.C. de iudic.

Dicendum eſt modo ſuccincte de aliquibus cauſis ſeu materiis que reiiciuntur per iſtam ſignaturam iuſtitie et non ſolent ſignari certis reſpectibus.et primo cauſa eccleſie et quelibet alia

ſpiritualis non committitur laycis etiam de conſenſu partium ad quod facit cap. decernimus. de iudi. iuncto capi. ſi diligenti. de foro competen. niſi layco uel laycis aſſocietur aliquis clericus qui una cum illis uel terminet uel concordet que obſeruantia fundatur in diſpoſitione capitu. per tuas ad finem. de arbitr. ibi a duabus laycis et uno clerico etc. Clericus enim tanquam dignior trahit ad ſe laycos minus dignos. argumento capi. quod in dubiis. de conſecratione eccleſie facit notabile dictum Barto. per illum textum. in l. precipimus. §. eodem obſeruando. C. de appella. ubi dicit quod ſi laycus et clericus debitores conueniuntur ſimul ambo debent conueniri coram epiſcopo ratione clerici ad idem quod ponit Ludouicus Roma. conſilio. cclxy. incipien. in caſu propoſito ubi dicit quod ſi iudicantes uel arbitrantes ſunt mixte perſone. ut puta unus clericus alter laycus debet tali caſu appellari et ſimiliter peti reductio ad iudicem eccleſiaſticum ratione clerici qui ut dixi tanquam dignior trahit ad ſe laycum facit etiam elegans doctrina Panormita. in capi. de quarta in ſexta colum. uerſicu. ſed circa predicta. de preſcript. ubi dicit quod ſi laycus habet rem communem et indiuiſibilem cum eccleſia tunc contra laycum non preſcribitur ſpatio a iure communi ſtatuto contra laycum ſed conſeruatur ius ſuum propter eccleſiam per. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſeruitu. amit. et quod in ſimili notat glo. in cap. unico. de iure patrona. libro ſexto. et ibi Ioan. an.

Cā eccleſ. & ſpūales nō cōmittū tur laycis ſolis.

Cleric⁹ collega layci ī iudicando trahit ad ſe laycum.

Cauſe prophane non committuntur in curia nec ſignantur per iſtā ſignaturam nec etiam debent proponi quia non ſunt de foro eccleſie. facit tex. in . c. ſi clericus laycum de fo. compe. hinc eſt

Cauſe prophane regulariter non committuntur ī curia.

quod iſta ſignatura non committit cauſam dotis a matrimonio ſeparatam. quia tunc dicitur cauſa prophana. et ideo coram iudice ſeculari agi debet ut per glo. in. c. de prudentia. in uer. incidens. de don. inter ui. et uxo. niſi lis fuiſſet ſemel īchoata per partes corā iudice eccleſiaſtico. arg. eius quod dicitur ſemel trāſmiſſibile ſēper durat trāſmiſſibile. l. uideamus. ff. quod metus cā cū ſimilibus. Itē nō cōmittit in curia cām denegate pēſionis cū mere cōſiſtat pēſio in tēporalitate et nō dicitur cauſa beneficialis per illud quod in ſimili dicūt doc. in. c. poſtulaſti. de reſcrip. et in. c. ad audiētiā. ii. eodē ti. niſi ceſſans ſoluere ſit in curia uel niſi ſolutio penſionis ſit deſtinata Rome quia tūc uidetur ibi cōtraxiſſe. et ideo pōt ibi cōueniri per. c. Romana i. §. cōtrahētes. de foro cōpe. li. vi. iūcta. l. cōtraxiſſe. ff. de acti. et oblig. Similiter cā iniuriarum ex partibus nō cōmittitur in curia niſi ueniat acceſſorie ad aliud cōceſſibile arg. dicti. c. de prudētia. et. l. quotiēs. C. de iudiciis. in quibus probatur quod iudex cognoſcit acceſſorie de cauſa de qua principaliter cognoſcere non poteſt. Idem quando reus apprehenditur perſonaliter in curia ſecundum aliquos.

Cauſa dne gate pēſionis regulariter nō cōmittitur in curia.

Certi caſus in qbus cauſe prophane cōmittūtur ī curia.

Excipiuntur quidam caſus in quibus dantur et ſignantur cōmiſſiones in curia ſuper prophanis.

Primus eſt qñ partes conſentiūt. quid. n. aliud agit pretor niſi ut partes ſint concordes. l. i. §. inde queritur. ff. de no. oper. nunc. facit. l. ſi cōuenerit. ff. de re iud. et in. l. i. §. ſi cōuenerit. ff. depo.

Secundus quando cauſa eſt ardua puta ſupra quingentos florenos ſecundum aliquos. ſed hoc puto eſſe arbitrarium argu. l. non quicquid. ff. de iudi. facit. c. de cauſis. de offi. delega. et in. l. i. et. ii. ff. de iure delib.

Tertius quando non ſperatur iuſticia in partibus ob potentiam forte uel fauores aduerſarii argu.c.ſtatutum.§.cum uero. de reſcrip.lib.vi.precipue quando clerici conqueruntur de laicis & ſeculares iudices in exhibenda iuſticia ſunt remiſſi .c. cum ſit generale.& .c.licet.de foro compe.bona glo. in. c. ſi clericus. eo.titu.de hoc tamen tertio caſu latius dicam in ſequentibus reſpectu aduocationis cauſarum a partibus in curiam.

Quartus de cauſis prophanis in terris eccleſie argu.c.ſi duobus. de appel.& .c.uenientes.de iureiurando.

Quintus quando ſupplicat Cardinalis pro ſeipſo ſecundum aliquos in Cardinalibus enim multa ſpecialia introducta ſunt ut patet ex.c.hiis que de ma.& obed.iuncto eo quod dicit Inno. in.c.dilectus.de capel.mo. nam ſicut honore aliis preeminet. ita maiori debet prerogatiua gaudere ut dicit text. in.c.primo.de officio leg.libro.vi.

Hinc eſt quod de conſuetudine curie committunt Cardinales obſeruationes terminorum Auditoribus ſuis etiam ſine ſpeciali mandato Pape ut per Egidium concluſione.xliii.que incip. Articulus.

Multa ſpecialia de ſtilo curie in Cardinalibus.

Item ſtatur dicto Cardinalis in hiis que aguntur coram eo in cauſis ſibi cõmiſſis.ſecundũ eundem Egidiũ cõcluſione.clxxxiii. incip.aſſertioni.quod procedit etiam in preiudicialibus preſertim ubi alii Pape in talibus non aſſiſtunt ut per eundem concluſione.dcxxxvi.incip.ſuppoſito &c. quicquid dicat glo. de iure.in.c.ſicut nobis.de ſenten.excom.Item Cardinali non inhibetur per auditorem ſecundum eundem Egid. cum multis ſimilibus.prout de ſtilo & conſuetudine curie.

Viduis & pauperibus dat ſignatura cõmiſſiones in prophanis.

Vltimo quo ad predictam materiã uiduis & pauperibus & aliis

miſerabilibus perſonis dat ſignatuia commiſſiones etiam ſu- per rebus prophanis quia tales perſone ſub protecctione eccleſie eſſe dignoſcuntur ut probatur in.c.ex parte b. de foro compe.etiam ſi patiantur oppreſſionem circa rem feudalem : que alias de ſui natura tractanda eſt coram domino feudi.c.ceterum.de iudi.c.ex tranſmiſſa.c.uerum.et.c. ex tenore. de foro competen.dum dominus feudi in exhibendo iuſtitiam non probatur negliens ut in dictis iuribus.ſed quo ad uiduas & alias miſerabiles perſonas credo quod ĩdiſtincte procedat primum dictum ut poſſint agere in fore eccleſie etiam ſi dominus feudi non probetur negliens cum ſint ſub protectione eccleſie.ut dixi et optime probatur in.d.c.ex parte b.et ibi Panor. dicit illum tex.ſingu.ad hoc in ultimo notabili. excepto ſi tũc lis pẽderet in partibus coram domino temporali quo caſu poſſet excipi de tali litis pendentia contra commiſſionem factam Auditori in Curia ad inſtantiam uidue uel alterius miſerabilis perſone ex quo dicta lite in commiſſione non ſit facta mẽtio ſecundum Egidium conclu.xlyi.que incipit exceptio etc. quia in dubio non eſt uerisimile quod Papa cauſam pendentem coram uno iudice ab eo uelit aduocare niſi ex certa ſciẽtia id faciat.quod in dubio nõ preſumitur niſi de proceſſu expreſſam faciat mentionem.c.coram. de offi.deleg. &. c.inter monaſterium.de re iudi.Sed nec tunc ſolet cauſam aduocare ſi iam ſit inſtructa argumento. c.paſtoralis. de cauſa poſſeſ. & proprieta. ibi ut iam poſſit cauſa diffinitiue ſententie calculo terminari etce. niſi ſecundum aliquos orator paratus ſit preſtare iuramentum de perhorreſentia. iuxta notata in capi.ſtatutum.§. cum uero.de reſcriptis. lib.ſexto. de quo

Viduis & pauperibuſ dat ſignatura commiſſionem in prophanis

Cauſa iam ĩſtructa regulaỹ nõ aduocatur.

tamen latius dico infra in ſimili propoſito. in uerſicu. econtra cauſa etc.

Signatura non dat commiſſiones contra iudices uel executores autoritate iudicum procedentes licet enormiter pars dicat ſe leſam uel alias dicat ſe indebite ſpoliatam. et ratio eſt quia ſi paſſim darentur commiſſiones contra tales nunquam inuenirentur iudices uel executores timentes ſe in poſterum poſſe moleſtari et ſic ſemper ſe exonerarent ab iſto onere. nam iudicare onus eſt cap. paſtoralis. ibi exonerare. de offic. deleg. et in. l. fina. §. iudicandi. ff. de muneri. et honori. non preſumitur autem quis appetere oneroſa. ut dicit glo. in capi. ſi contra unum. in glo. magna. de officio delega. lib. ſexto. Credo tamen quod ſi eſſet maxima proteruitas et inobedientia iudicis ut quia non obſtante appellatione. et inhibitione auditoris proceſiſſet in cauſa nimis fauendo parti. tunc daretur commiſſio contra partem et iudicem. et ita proximis diebus ego obtinui in cauſa canonicatus Sibenicen. contra quendam Leonardum de datis Florentinum. facit. c. de priore. de appella. ubi dicitur quod punitur non deſferens appellationi interpoſite ad papam et mittitur ad curiam puniendus quia debet deferre ob reuerentiam ſuperioris nedum ubi eſt certum appellationem ipſam fore probabilem. ſed etiam ubi dubitatur an probabilis ſit interpoſita ſecundum dominum Antonium. in capitu. ut debitus. de appellatio. per capitu. ſacro. ad finem. de ſenten. excommunicatio. idem ponit Ludoui. Romanum. ubi multa allegat in conſilio. cccci. Incipien. ut declaratio nem. etcetera.

An contra iudices dētur commiſſiones.

Nō deferēs appellatiōi interpoſite ad papam mittitur ad curiā puniendus.

Quādo narrantur plura in commiſſione quia papa non eſt plene

Qñ plura narrantur dat ſignatura ſolũ de cõ miſſione cauſe.

de omnibus informatus dat ſignatura ſolum de commiſſione cauſe pati modo ſeruatur in ſignatura gratie quando petuntur plures gratie inter quas eſt ſolum una concedenda. tunc ponis tur illa ſpecifice in ſignatura puta de prouiſione uel de diſpen ſatione ſeu de confeſſionali in forma &c. alias ſi ſimpliciter di ceret placet uel Cardinalis diceret cõceſſum ut petitur omnia petita intelligerentur conceſſa. quia ſimplex reſponſio intellis gitur talis qualis preceſſit interrogatio ut probatur in.§.pretes rea inſtit.de inutil.ſtipu. & in.l.ticia.§. idem reſpondit.ff.de uer.oblig. Ideo in primo caſu habens ſignaturam ſolum de cõs miſſione cauſe ſi uult quod cõmittatur aliquid i ſpecie de nar ratis in cõmiſſione puta quòd aduerſarius citetur perſonaliter uel quid ſimile facit unam reformationem. & ſic illud de fas cili obtinet. & ad illud de citando quem perſonaliter quòd re quiratur expreſſa cõmiſſio in curia facit tex. iuncta bona glo. in.c.fi.in uer.perſonaliter de dil. & ponit deciſio rote in antis quis.cclxxxix. que incipit nota quod regulariter. ubi dicitur quòd Auditor etiam in cauſa criminali non poteſt reum citas re ut compareat perſonaliler niſi hoc habeat ſpecialiter cõmiſs ſio. & licet ex multis & diuerſis cauſis concedantur citationes perſonales ita quod tunc non ſufficit mittere procuratorem ut dicit deciſio. cclxxii. que incipit licet contra in nouiſ. tamen paſſim & indifferenter id non conceditur & ideo quãdo nar rantur plura propter quorum quodlibet poſſet citandus declas rari non datur quòd citetur perſonaliter niſi omnia uerificens tur uel niſi aliquod eorum eſſet ualde graue argu.c. primi in fi.de iudi.lib.vi.& in clemẽ.prima.eodem titu.cum ſimilibus.

Ad citãdũ quẽ pſonali ter in curia requiritur ſpãlis com miſſio.

Si cauſa principalis agitetur in uno loco coram certis iudicibus &

aliquid

aliquid dependens ſiue ad dictam cauſam attinens in alio de facili aduocatur et committitur iudicibus negotii principalis. & hoc ne continentia cauſe diuidatur.l.nulli. C. de iudi. c. diſpendia de reſcrip. lib.vi.& ideo ſi cauſa agitetur in parti bus coram uno iudice & contingat appellari ab aliqua interlo cutoria uim diffinitiue habente puta ſi ille pronunciauit ſe iu= dicem competentem iuxta glo.in auc.habita. C. ne filius pro patre.non auditur appellatus ſi petat cõmitti in curia cauſam pretenſe appellationis tantum. ideo additur in commiſſione. cum toto negotio principali.& hoc per rationem de qua ſupra de facili aũt aduocatur negociũ principale de partibus in be= neficialibus.tamen quia tales cauſe ſunt tractande in curia de ſui natura.tum etiam ut impinguetur & bonificetur ipſa cu= ria dummodo non ſit concluſum in cauſa quia tunc non aduo catur & ideo ſolet in commiſſione dici. Coram quo ad non= nullos actus citra tamen concluſionem cauſe proceſſum extitit & non ſit aliqua mentio quod cauſa ſit inſtructa coram illo iu dice quia cum magna difficultate aduocaretur ut ſuperius di xi per.c.paſtoralis.de cauſa poſſeſ. & proprieta.ibi ſi uero cõ cluſum.&c.

Cauſa p̃t ſe appella= tiõis a gra uamine nõ cõmittit̃ in curia niſi cũ negocio principali.

Quãdo petitur commiſſio ad partes per breue ſemper additur in commiſſione et per breue ſanctitatis ueſtre &c.alioquin in curia non ſolet tranſire. et credo quod iſtud ſeruetur duplici de cauſa prima eſt propter lucrum officialium ut orator coga= tur expedire bullam in qua plus exponitur.ſecunda per breue habet orator iudicem quem petit poſtea uerbo.ſed ſi per bullã tunc apponitur in principio.et ſi alia pars opponit tunc coguntur concordare de iudice.facit gl.in.l.obſeruandũ. ff.de iud.

Q.ñ petit̃ cõmiſſio p̃ breue.

et ſuperius latius dixi predictis etiam reſpectibus non commit tuntur appellationes in partibus per breue niſi in certis caſibus puta pro pauperibus qui non tenentur ad expenſas eis impoſſi biles ut dicit Egidius concluſione.xliiii. que incipit allegatio paupertatis per.l.procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.manda.item committitur appellatio per breue in partibus quando alia pars habuit commiſſionem ſimiliter per breue et hoc ut ſeruetur equalitas inter partes regula non debet licere. libro ſexto.

De clauſula derogatoria dietarum.

Itē in terris eccleſie quando in cōmiſſione eſt clauſula derogatoria cōſtitutionis Bonifaciane de una et cōcilii generalis de duabus dietis.de quibus in.c.nonnulli de reſcrip. et in.c.ſtatutum eo. tit.lib.ſexto. additur dummodo non ultra duas uel ultra tres referendo ſingula ſingulis id eſt quo ad conſtitutionem Boni facii dummodo non ultra duas quo ad concilium generale non ultra tres facit bona glo. de relatione ſingulorum ad ſin gula in.c.ſi quis pecunia.lxxix.diſtin.ſed hodie gaudent bre uitate moderni ut etiam ſillabam unam non neceſſariam non apponant.ut dicit glo.in.l.prima.ff.quod metus cauſa.et ideo dicuntur ſolum illa uerba dummodo non ultra tres.et eſt me lius Cancellaria tamen non derogat dietis ſicut nec committit cauſam ſimplici clerico prout atteſtatur Egidius concluſione. lxxxi.que incipit conſenſus partium per clementi. ne romani. de electio. cum concordan. de quo latius dicam infra in ma teria reſcriptorum.

Clauſula quatenus tollatur ius queſitum.

Inſuper inter alias regulas quas habent referendarii potiſſime fre quentatur iſta qua cauetur quod multa reiciuntur per ſignatu ram placet quatenus tollatur ius queſitum nec eſt neceſſe quod dicatur quomodo tollitur ius queſitum quia non eſt de inten

tione pape quod alicui tollatur ius quoquomodo queſitũ neque per ſe neque per ſuos anteceſſores niſi aliud appareat in beneficialibus iuxta.c.penul.et fi.de preben.lib.ſexto.et in.c.fi. de conceſ.preben.eodem lib.facit.l.ii.§.merito.et.§.ſi quis a principe.ff. ne quid in loco publi.ſecus quando peteretur aliquid contra bullam in cuius conceſſione papa quaſi contraxiſſet accipiendo multam pecuniam quia factum uigore talis bulle non ſolet reici etiam cum dicta clauſula niſi orator dicat quomodo tollat ius queſitum et hoc quia multum refert an fuerit ius queſitum perius poſitiuum cui princeps poteſt derogare an per ius gentium iuxta not.per moder.in.l.gallus.§. et quid ſi tantum.ff. de liber. et poſthu.

Quando eſt lata una ſententia cõtra aliquẽ et tranſiuit in rem iudica.uel sũt tres ſnĩe cõformes ita quod nõ licet tertio prouocare.c.ſua nobis.de appel.et in.l.unica.C. ne lic.ter.prouoc. et tũc ſi reus cõdẽnatus uult agere de nullitate ipſarũ aut alicuius ex eis admittitur uia ordinaria ſed cũ temperamento de q'o ĩ cle.ut calũniis de re iud.ſi uero nõ dicit eas nullas ſed in quas tũc ex quo precluſa eſt ſibi uia appellãdi et ſic non habet remediũ ordinariũ debet recurrere ad extraordinarium et petere reſtõnẽ ad appellandũ a diffinitiua uel contra lapſum fatalium ad appellationẽ proſequẽdã.arg.l in cauſe.ff.de mino. ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cã eſſe uidebitur.l.i. et per totũ.ff.ex quib.cau.ma. que reſtõ cõceditur ſed cũ magno moderamine et tẽperamento nã etiam quãdo nõ ſunt tres ſnĩe dum tamen ſit res iudicata datur reſtõ ſed cum clauſula parito iudicato que importat ut orator dimittat poſſeſſionem reſtituat fructus perceptos et ſoluat expenſas ut probatur in.c.fi.

Qualiter datur reſtitutio aduerſus rem iudicatã uel tres ſententias.

Clauſula parito iudicato quid importat.

de reſtitu.ſpolia.& in.d.cle.ut calumniis.ibi plenarie &c.

Sed hoc habet locum quando dicta ſententia eſt lata parte preſente uel eius procuratore.ſecus ſi per contradictas quia tunc reſtituitur ſolum refectis expenſis in quibus fatigauit aduerſarium arg.c.exceptionem.de excep.ſed non cogitur dimittere poſſeſſionem ex quo cauſa non fuit plene diſcuſſa propter abſentiam alterius partis quia cauſarum merita partium aſſertione panduntur.l.ſi.C.ſi per uim uel alio modo. Sed iſtud quod dixi de refectione expenſarum in tali caſu debet intelligi quã do fuit aprehenſus perſonaliter.ſecus ſi per edictum ita quod uerisimiliter potuit ignorare tunc nõ eſt neceſſaria aliqua reſtitutio.ſed ſimpliciter committitur cauſa ſuper appellatiõe emiſſa a die notitie per illud quod dicit deciſ. cccl xiii. incipien. cum iura.in nouis.

Sed ſi per contradictas eſſent late due ſententie uel tres tunc propter nimiam contumaciam partis non datur reſtitutio niſi cum dicta clauſula parito iudicato.facit bonus text. in. l.fulcinius .§.ſi.ibi propter nimiam cõtumaciam.ff.ex quibus cau.in poſ. ea. Si uero tres ſententie non ſunt late per contradictas ſed cũ parte uel eius procuratore tunc attenditur quo modo & ex qua cauſa petatur reſtitutio.nã ſi narratur paupertas ab eo qui uult reſtitui.conceditur reſtitutio iuxta tex.in.l.ſi procuratorẽ .§.ſi ignorantes.ff.manda.& quod notat Inno.& Abba.in.c. ex ratione.de appella.et glo.ordinaria in.l.eos.C.eodem titulo conceditur in quam reſtitutio ſed cum iſta clauſula uidelicet.placet dimiſſa poſſeſſione et conſtito de oratoris paupertate.et eſt iuſtiſſima conceſſio quia quoad poſſeſſionem dimittendam non poteſt allegare impedimentum paupertatis ideo in

Qualiter cõcedit reſtitutio aduerſus ſententias quã narrat paupertas.

eo debet parere iudicato.fructus uero & expenſe reſeruantur in fine litis.pro quo facit bonus tex.in.c.olim. de reſti.ſpolia. ubi probatur ſecundum unum intell. quòd qui non eſt ſoluendo ad reſtitutionem fructuum non urgetur ſimiliter nec expẽſarum impoſſibilium ut in ſuperioribus dixi ex mente Egidii concluſione.xliiii.que incipit allegatio.&c.

Si uero non narratur paupertas ſed aliquid aliud propter quod pretendit orator ſententias non mereri executionem ut puta ſi in termino miſit procuratorem ad proſequendum ſed procurator decepit eum & non iuit quo caſu malitia procuratoris nõ debet domino imputari ut dicit deciſio Rote.cly. que incipit ſi certus terminus.in nouis.per.l.qui mittũtur.ff.ex quibus cau. ma.iſtis & ſimilibus caſibus datur reſtitutio prout de iure que reſtitutio tunc non conceditur ex gratia ſed de iure communi ideò datur prout de iure ut dixi alias conceditur cum clauſula parito iudicato & conſtito de bono iure quo caſu docendum eſt in aliquo licet non plene de iuſticia uolentis ſe reſtitui etiam quò ad negocium principale per rationem quam ponit Egidius concluſione.xxxviii.incipiẽ.eccleſia predicta procedũt in beneficialibus ĩ quibus datur reſtitutio aduerſus ſentẽtias ut ſupra.

In prophanis uero non datur reſtitutio ſed committitur cauſa reſtitutionis per hec uerba placet de reſtitutione prout de iure computatur autem quadriennium a die ultime ſententie quando petitur reſtitutio aduerſus tres ſententias uel probationes obmiſſas.nam ultima ſententia que finem liti imponit eſt que ledit.et ideo ab illo tempore incipit leſio et tempus petende reſtitutionis ut late ponit deciſio Rote.clxv.que incipit latis tribus ſententiis in nouis deciſionibus. In prophanis nõ datur reſtitutio ſed cõmittitur cã reſtitutiõis.

Vltimo quo ad iſtã materiam notandũ eſt quòd licet ſubrogatus teneatur iuſtificare ius illius in cuius locum ſubrogatur ut po= nit Egidius concluſione.cxii. per regulam cum quis in ius lib. ſexto et intimare ſubrogationem condemnato ut per eundem Egid.concluſione.clvi.iſta tamen non habent locũ quando quis ſubrogatur illi qui habuit executoriales uigore trium ſententia rum contra aduerſarium qui non poteſt amplius pretendere ali quod intereſſe ex quo ut dixi habuit tres ſententias contra ſe et non eſt reſtitutus.et ideo non auditur dictus aduerſarius cõ= demnatus uel eo defuncto alius qui illi ſucceſſit ſi petat quod non detur effectus executorialium iam decretarum ad inſtan= tiam primi in cuius locum ego ſucceſſi niſi Canonizata mea ſubrogatione quia ſua non intereſt ex quo nullus eorum obtinuit reſtitutionem aduerſus tres ſententias.facit ad hoc ele gans dictum Innocen. in capitulo cum bertoldus in fine. de re iudica.ubi dicit quod non auditur actor petens aliquid in libel lo quod aduerſario obeſt et ſibi non prodeſt argumento.l. in fundo.ff.de rei uẽdi.ad idem quod notat in.c.quod ſuper hiis. in uer. excludatur de accuſa. ubi dicit quod ad excipiendum de crimine contra electum ſiue confirmatum non admittuntur niſi illi quorum intereſt per regulam generalem que habet quod non ſolent audiri quorum non intereſt argu.c. ueniens de teſti. cum uulg. que regula procedit et habet locum etiam in benefi= cialibus ſecũdum glo.in.c.poſt electionem.in glo.fi.ibi uel ideo non fuit auditus.de conceſ.preben. nihilominus iſta determina tio ſuper qua fundatur ſtilus ſignature i hoc caſu uidetur poſſe impugnari.nã ſufficit reo quod uincat per non ius actoris etiã ſi conſtet de non iure ſuo.l.fi.C.de rei uend.l. loci corpus.§.cõ=

Non debẽt audiri quo rum nõ in= tereſt etiã in benefi= cialibus.

petit.ff.ſi ſerui.uen.l.qui accuſare.C.de edē.et in.c.unico.ut eccle.benefi.que iura etiam in beneficialibus locum obtinent ſecundum Compoſt in.c.mandatū.de reſcrip.et ſequitur Lud. Roma.conſi.cccxlvii.incip.quo ad articulum in.i.col.

Conſequēter licet per tres ſententias cōſtet de non iure condēnati. tamen uidetur audiēdus ſi petat quod nō detur effectus executorialiū contra ſe niſi prius canonizetur ſubrogatio ſubrogati. forte enim ſubrogatio non tenuit et pōt impugnari.et iō ex quo eſt poſſeſſor ſatis eſt quod uincat per non ius ſubrogati.itē melius eſt quod iſte iniuſte remaneat in ſua poſſeſſione quāuis iniuſta uel uicioſa quā quod alter uicioſe īgrediatur. nec propter hoc ille iniuſtus poſſeſſor qui habuit tres ſnīas cōtra ſe remanebit ī beneficio. quia ordinarius illū poterit ex officio remouere per.c.ordinarii.de offi.ord.lib.vi.et iſta rōne in terminis utitur deciſio Rote.ccccxix.que incipit nota an reus in antiquis.

An habens tres ſententias contra ſe ſit audiēdus ſi petat quod ante omnia canonizetur ſubrogatio ſubrogati.

Ex quibus manifeſte apparet ꝙ petēti talē cōmiſſionē non pōt dici tua nō intereſt ex quo habuiſti tres ſnīas cōtra te et non es reſtitutus.īmo pōt ſua plurimum intereſſe ut patet ex premiſſis.& iō in ſuperioribus dixi ſignaturā ſeruare ꝙ ubi quis ſubrogatur illi qui habuit executoriales contra aduerſarium non datur ei effectus illarum niſi intimetur cōdēnato huiuſmodi ſubrogatio quia forte impugnabit eā ergo ſua intereſt alias ad impugnandum non admitteretur per ſuperius allegata poſſet tamen practicari prima opinio et ille ſtilus in illis qui ſe intruſerūt in beneficio poſt morte illius qui habuit tres ſnīas cōtra ſe uel in uenientibus pro ſuo intereſſe iuxta tex.i.c.ii.ut lite pend.li.vi. qui cū nō hēant aliquā poſſeſſionē nō poſſunt petere ꝙ nō detur effectus executorialiū decretarū cōtra defunctū niſi canōizetur

ſubrogatio ſubrogati . nam tunc uerum eſt dicere quod ſua nõ intereſt ex quo non poſſident et aduerſus tres ſententias non ſunt reſtituti.et hoc modo intelligo illam obſeruantiam et ſtilum ſignature de quo ſupra.

Et ex predictis patet quòd etiam pro non litigante datur ſubrogatio in locum et ad beneficium illius qui iam habuit executoriales contra aduerſarium et illis nondum exequutis deceſſit nec iſto caſu neceſſarium eſt derogare regule de ſubrogandis colitigantibus ex quo lis iam eſt finita per ſententiam que tranſiuit in rem iudicatam iuxta tex.cum glo.in.c.i.de litis cont.li.vi.et in.l.cauſas.C.de trãſac.in quibus probatur quòd per ſententiam non ſuſpenſam appellatione finitur lis. et ſic non dicitur amplius collitigans multo fortius poſt tres conformes niſi aduerſus eas ſit reſtitutus quo caſu efficitur collitigans ut prius erat quia reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio .l. quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de minori.& in.l.i.C.de ſent.paſſ.

Poſt litem finitã nõ ẽ neceſſe derogare regule de ſubrogandis.

Et ideo poſt reſtitutionem credo quod in eo haberet locum regula de ſubrogandis quia uirtute reſtitutionis dicitur adhuc lis pendere conſequenter ſua ſubrogatio infra menſem poſt impetrationem alterius erit potior et preualebit impetrationi alterius tertii per dictam regulam de ſubrogandis niſi illi derogatum eſſet in impetratione illius tertii.prout ſepe et quaſi indifferenter derogatur in beneficiis litigioſis uacantibus per ceſſum uel deceſſum.quod minime fieri deberet ne propter nouos aduerſarios qui malicioſe interdum ſubrogantur. litigia in eccleſiarũ diſpendium prorogari contingat ut dicit elegans tex. in.c.ſi hii contra quos.ut lite penden. lib.vi. et potiſſime derogatio dicte regule de ſubrogandis deberet denegari potentioribus preci

Caſus in quo poſt litem ſemel finitam adhuc locus eſt regule de ſubrogãdis.

pue dominis Cardinalibus qui poſſunt minacem uultum et terribilem feruorem ſuis aduerſariis oſtendere augu.tex.in.l.unica.C.ſi rector prouinc.et in.l.prima.C.ſi quacunque preditus poteſtate. nec eſt dubium eos eſſe potentiores aliis clericis imo uero potentiſſimos.quia ut dicit Ioan. andre.in.c.cnm olim.de re iudi. Cardinales una cum Papa iudicant omnes. ipſi uero a ſolo Papa iudicantur. Hinc eſt quod appellatione Cardinalium comprehenditur etiam Papa ut tenet Archidia.in.c. ſacroſancta.xii.diſtin.& ideo iactura cauſe affici deberent hii qui ſibi patrocinium potentiorum aduocant uel eis iura et actiones cedunt annullata penitus ceſſione ut diſponit tex.in.l.i.& ii.C.ne liceat potent.

Ad iſtātiā potentiorū nō deberet d̄rogari regule d̄ ſubrogandis.

Et ideo iſtis de cauſis tēpore Innocētii.viii. Cardinalis Alerien. tunc ſignator denegauit expreſſe derogationem dicte regule de ſubrogandis licet multum eſſet ad concedendum ſollicitatus per Reuerendiſſimum Cardina. ſancti Petri ad uincula nunc Magnanimum Iulium.ii. Ponti.maxi. qui tunc in Cardinalatu petebat commendari omnia beneficia cuiuſdam ſui familiaris per obitum eiuſdem uacantia. & ſe etiam in litigioſis cum derogatione dicte regule ſubrogari ſed fuit ſibi denegatum ut dixi.& bene per ſupradicta propter que quando derogatur dicte regule ſolent apponi iſta uerba.uidelicet attento quod orator non eſt cedente potentior.aliquando tamen ex fauore derogatur in caſu premiſſo. uidelicet pro Cardinalibus per obitum familiarium ſuorum ideo bonum eſt eſſe Cardinalem & habere fauores.

Eſt & alius caſus in quo non derogatur regule de ſubrogandis. ſed nec datur ſubrogatio. uidelicet in beneficiis conſiſtorialib

In monaſteriis conſiſtorialibus non datur regulariter ſubrogatio, nec admittitur reſignatio.

bus hoc eſt monaſteriis uirorum ualorem ducentorum florenorũ auri communi extimatione excedentium quia talia ſunt per unam regulam reſeruata et de illis ſolet prouidere papa conſiſtorialiter ideo in illis non datur ſubrogatio niſi preceſſerit alia prouiſio uel commenda conſiſtorialis . et ita ſeruat ſtilus qui pro iure habetur capitulo ex litteris. de conſtitutio. et in capitulo quam graui de cri. fal. cum ſimilibus.

Hinc etiam eſt quod non admittuntur reſignationes talium monaſteriorum dictum ualorem excedentium . quia ut dixi illis conſiſtorialiter prouidetur de perſonis idoneis aut commendantur illitteratis. et aſinis ferratis iuxta illud Io. mo. in. c. cum ex eo. de electione lib. vi.

Vltimo quo ad iſtam materiam ſubrogationis occurrit etiã alius caſus in quo non datur ſubrogatio uidelicet. ubi de crimine agitur ad priuationem quia beneficium non eſt litigioſum ſed perſona propter crimen. et ideo antequam priuetur poteſt cedere in fauorem alterius ut ſentit glo. not. in capitulo ſecundo. in uer. finita. circa medium. ut lite pendente libro ſexto. eadem ratione non datur gratia ſi neutri uel ſi nulli. Tamen poſt diffinitiuam priuationis ſententiam gratie predicte et ſubrogatio dari poſſunt quia per ſententiam prouidetur de beneficio . Et ideo quando in impetratione priuationis ponitur clauſula. et cum decreto quod ſi priuandus metu priuationis poſt accuſationem et inſcriptionem beneficium huiuſmodi in alierius quam oratoris fauorem reſignauerit iudices nihilominus ad executionem litterarum priuationis procedere poſſint perinde ac ſi reſignatio huiuſmodi minime facta fuiſſet. tunc

addi ſolent hec uerba uidelicet poſt primam priuationis ſententiam quia ut dixi per ſententiam prouidetur de beneficio clemen. auditor cum ibi notatis. de reſcrip. non proſequor ulterius hanc materiam ſubrogationis quia pre maiori partem potius concernit ſignaturam gratie quam iuſticie.

V*erum quia ſupra proxime facta eſt mentio de priuatione propter crimen. ideo ſubiiciam aliqua que ſeruat ſignatura iuſticie in tali materia.*

E*t primo ſciendum eſt quod priuationes huiuſmodi non ſolent cōmitti in curia niſi delictum ſit ibi commiſſum uel quia cenſure ob quarum incurſum datur priuatio fuerunt in illa fulminate. aut priuandus ſit preſens et reſiſtens in eadem curia iſtis caſibus priuandus ſortitur ibi forum ut probatur in. l. i. C. ubi de cri. agi oportet. facit. c. poſtulaſti. et. c. fi. de foro compe. cum ibi plene notatis per ſcribentes.* **Priuationes propter crimen in quibus caſibus cōmittūtur ī curia.**

S*ecundo notandum eſt quod quando impetrans narrat multa delicta per priuandum commiſſa et poſtea in concluſione petit committi probis uiris ut ſi eis de premiſſis uel altero premiſſorum conſtiterit dictum. N. &c. tunc ſemper conſueuerunt caſſari illa uerba. uel altero premiſſorum quia dictus impetrans diffamans aliquem de pluribus criminibus debet arctari ad probādum omnia quibus illum diffamat et propter iſtam rationem euitatur text. qui uidetur probare contrarium in capitulo inter ceteras. de reſcrip. et quod per illum dicit deciſ. Rote. lxviii. que incip. licet plura in nouis ſi enim non probat omnia tenetur ad penam talionis uel ſaltem ad penam diffamationis capitulo ſuper hiis. de accuſationibus. et in capitulo licet heli de ſimonia.*

Hinc eſt quod in priuationibus et aliis cauſis criminalibus puta iniuriarum quando agitur criminaliter non datur et quod ſummarie quia ut dixi intereſt partis propter penam talionis in cauſis autem ciuilibus et prophanis datur ſummarius proceſſus ut in ſuperioribus dixi ſed ſolent caſſari hec uerba uidelicet ſola facti ueritate inſpecta niſi ex fauore ob que autem crimina dantur priuationes huiuſmodi dixi late in tertia parte precedētis tractatus et ultra ibi dicta addo duo. primum eſt quando quis exiſtens excommunicatus celebrauit miſſas quo caſu irregularitatem incurrit et eſt priuandus beneficiis. c. latores. et. c. poſtulaſtis. de cler. exc. mi.

In cauſis criminalibus nō datur ſūmarius proceſſus.

Sed aduertendum eſt quod datur tali caſu priuatio et ſignatur impetratio ſi ab homine fuit excōmunicatus ſed tunc addi debent in ſupplicatione hec uerba uidelicet declaratus et publice denunciatus propter concilium cōſtantien. et ſic iſtis concurrentibus datur priuatio ſub forma predicta ſecus quando a iure exigerem tamen in primo caſu quod ille habuiſſet noticiam excommunicationis undecūque ſaltem per ſolam famam nam tūc celebrando diuina incurrit irregularitatem ut eſt caſus quem ibi ponderat Panor. in tertio notabili in capitulo illud. de cler. exc. mini. ſed quo ad priuationem beneficiorum requiritur ut dixi quod celebrauerit declaratus et publice denunciatus.

Quādo datur priuatio ex eo ꝙ excommunicatus celebrauit.

Secundus caſus eſt in quo datur priuatio ultra in ſuperioribus enumeratos uidelicet ob non ſolutionem penſionis et propter incurſum cenſurarum. ſed huiuſmodi priuatio non debet committi niſi ad illius inſtantiam cui debetur penſio quia illius tantum intereſt et ideo alii non audiuntur. c. cum inter. de elec. et in. c. non ſolent ſecunda queſtione ſexta.

De priuatione ob nō ſolutionem penſionis.

Poſtremo

Poſtremo quo ad iſtam materiā datur una regula generalis. quod nunquam ſignatur impetratio per priuationem niſi in forma iuris ideſt niſi de iure ille ueniat priuandus etiam ſi clericus petit priuari regularem & ſibi cōferri. nec debet poni conditionaliter ſi priuandus eſt propter honorem ſignature que uideretur ignorare iura & tenderet in eius dedecus iuxta illud in. l. ii. §. ſeruius. ff. de orig. iur. niſi eſſet articulus uade dubius in iure an quis ob talem cauſam debeat priuari quia tunc datur prout de iure in forma iuris. hec licet tangant ſignaturam gratie conferunt tamen ad intelligētiam ſignature iuſtitie et ideo uolui ea hic inſerere. Qui iurauit non reuocare procuratores in materia beneficiali reuocando eos abſque auctoritate ſuperioris. efficitur periurus ut dicit glo. in. c. fi. in uerſi. reuocatus. de procura. lib. vi. allegat. c. ſicut &. c. ſi inter. de ſponſa. in fine. ideo ad hoc ut ſine metu periurii poſſit eos reuocare debet petere relaxationem a iuramento que danda eſt in materia beneficiali. ſecus in materia contractuum et ideo quando minor petit abſolui a iuramento de quo in auc. ſacramenta puberū. C. ſi aduer. uendi. ut poſſit petere reſtitutionem aduerſus contractū. debet ſic dici. quod abſque metu periurii aperiatur ei uia ad implorandum officium iudicis ſuper reſtitutione quatenus de iure ſit ei concedenda. et eſt notandum quod per talem ſignaturam non conceditur minori reſtitutio aduerſus cōtractū per rationem quam ſtatim ſubiiciam. ſed ſolum aperitur ſibi uia ad petendam reſtitutionem non obſtante iuramento. in quo intelligitur ſemper excepta auctoritas ſuperioris. c. uenientes de iureiuran. nec incurrit periurium ueniendo contra iuramentum quia certum eſt iſtum actum eſſe licitum ex quo uult cōs

Quō ſignatur ípetratio ꝑ priuationem.

Qualiter conceditur abſolutio a iuramento de quo in auct. ſacrā puberum.

trauenire auctoritate ſuperioris ad quod bene facit quod ele-
ganter uoluit Cardi. conſu.xxv. incip. in dei &c.in cauſa et
queſtione &c.quod qui in tranſactione promiſit ſub pena non
impetrare iudicem ſi impetrat facta mentione tranſactionis nõ
incidit in penã per tex.no.in.c.ceterũ.de reſcrip.ubi do.Fely.
corroborat hoc per dictũ Ricar.in.iiii.diſt.xxxviii.q.ix. arti.
iii.ubi firmat nõ ualere uotum de nunquã petendo a papa di-
ſpenſationem ſuper uoto quia eſſet in preiudiciũ ſuperioris cu
ius auctoritas eſt ſemper excepta etiã in iuramento ut ſupra.

Non ualet uotũ de nũquã peten do a papa diſpẽſatio nem ſuper uoto.

Quare autem per talem ſignaturã non conceditur reſtitutio di-
co quod ideo illud eſt quia in prophanis non datur reſtitutio
ſed committitur cauſa reſtitutionis ut in ſuperioribus dixi et
iſto reſpectu dicitur in iſta materia ſuper reſtitutione quatenus
de iure ſit ei concedẽda iuſta aũt cauſa concedendi reſtõnẽ in
materia.d.auc.ſacramenta puberũ eſt ſi de dolo re ipſa et eui
dẽti iniquitate cõtractus arguatur nã tũc iuramẽtũ eſſet uincu
lũ iniquitatis. et per cõſequẽs nõ ſeruãdũ.c. ſi uero de iureiu.
et in.c.inter cetera.xxii.q.iiii.et iõ de facili relaxatur cũ cõtra
iniquitatẽ iudex debet occurrere. et ita in terminis predicte
auc.ſacramẽta puberũ expreſſe dicit Pet.de ãch.cõſi.lxxxiii.
ĩcip.uiſis diligẽter et alio cõſi.clxxx.incip. uiſa diligẽter &c.

Quando aliquis petit gratiam ſi neutri literis non expeditis attẽ
to quod prius obtinuit poſſe experiri literis non confectis tunc
debet poni hec clauſula et dũmodo literas prime prouiſionis
expediat uel ſic et quod ſuper conceſſione huiuſmodi literas
omnino expedire teneatur. et ſic datur gratia ſi neutri ſuper
ſola ſupplicatione ſignata uirtute cuius ſtante prima cõceſſione
quã obtinuit poſſe experiri literis nõ cõfectis poterit introduce

Clauſula que apponitur ĩ gratia ſi neutri q̃d expediantur litere prime prouiſiõis.

re litē ad effectū obtinēdi gratiā ſi neutri que datur poſtquā cauſa corā iudice legittime fuerit introducta ante.n. lis nō di citur nec impetrans interim dici pōt collitigans arg.l. amplius nō peti.ff.rē ra.ha.et.c.forus.de uerb.ſig.et quod no.glo.in.l. iudiciū ſoluitur.ff.de iudi. et in hoc differt gratia ſi neutri ab illa perinde ualere.nā non datur perinde ualere ſuper ſupplicatione ſignata ſed ſuper literis expeditis in literis perinde ualere narrandis ad hoc ut poſſint de ſurreptione impugnari ſola enim cōceſſio et ſupplicatio ſignata dicitur res īformis et īperfecta ante cōfectionē literarū ut dicit rota deciſ.ccccļyiii. īcip. circa ſm ī nouiſ.et ī ſuperioribus dixi circa prin.huius tracta. Non datur perinde ualere niſi ſuper literis expeditis.

Si petitur committi cauſa cum facultate citandi etiam per edictū debet addi et cōſueuit apponi iſta clauſula ualet conſtito ſummarie de nō tuto acceſſu et hoc propter tex.ī cle.i.de iudi.una de tūc neceſſariū eſt quod ſuper hoc fiat informatio per auditorem per aliquos teſtes an ſit uerum quod dicit ſupplicans et ſi inuenitur modo predicto quod citandi ſunt tales decernitur etiam citatio per edictum et ita ſeruat Rota prout atteſtatur deciſ.dccliii.que īcipit dic quod in.c. dudū &c.in antiquis. Qualiter conceditur citatio per edictum.

Qualiter aūt debēt deponere teſtes ſuper nō tuto acceſſu in tali caſu ponit alia deciſ.dcxciii.que īcipit not.ꝙ aliquotiēs in antiquis ſufficit.n.ꝙ dicāt ſe credere ꝙ īpoſſibile uel nō tutū ſit illos perſonaliter uel ī domo citare et ē aduertēdū ꝙ cū miſterio pōitur dcā clauſula eo mō ut ſupra ꝗa ſi ſimpliciter ſignaretur ut petiť tūc nō eēt neceſſariū ꝙ ſuper nō tuto acceſſu fieret aliq̄ iformatio ut dicit deci.dcclxxxii.q̄ īcipit ſi aliqs ī ātiqs. Qualiter deponunt teſtes ſup non tuto acceſſu.

Vbi quis petit executiue procedi conſtito de certa qualitate & ſubdit de brachio ſeculari etc. ſolet addi hec clauſula.in euē

tum ſcilicet quod docuerit & c.brachium enim ſeculare non debet paſſim et indifferenter concedi ſed tūc in caſum in quē eccleſia uel iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit et non habet ultra quid faciat.c.cum non ab homine.de iudi.et in.c.ii. de maleſi.ibi ſi neceſſe fuerit cum aliis iuribus ad iſtud propoſitū allegatis per Oldr.conſi.lxxxix.incip. epiſcopus. dixi etiam aliquid ſuper hoc in precedentibus.ad que me remitto.

Poſt cōcluſionē in cā nō dat aliqua cōmiſſio regulariter.

Non datur aliqua commiſſio de iuſticia poſt concluſionem in cauſa etiam ſi in ea de concluſione huiuſmodi implicite uel explicite mentio fiat niſi expreſſe derogetur concluſioni. et hoc propter regulam cancellarie ſic diſponentem contra quam inuenta eſt una cautela et practicatur.nam quando eſt cōcluſum in cauſa ille qui uult habere commiſſionem aliquam in illa cauſa producit certas materias de nouo uel aliquos teſtes.et ſi per auditorem admittuntur uidetur tacite rupta concluſio. quia auditori non obſtat concluſio ut ponit Rota deci.v.que incipit ſi poſt coucluſionem.in nouis.et quod dicit glo.in.c.cum dilecti. in uer.decennium.de elect.poſtquam igitur rupta eſt cōcluſio tunc preſentatur commiſſio et ualet.et ſic ut dicit gloſator in illa regula oportet in iſtis habere iudicem propitium per illud quod dicit glo.in regula in iudiciis.lib.vi.

Cautela ut poſt cōcluſionē in cā quis obtineat cōmiſſionem.

Qñ i preinſerta cōmiſſione eſt aliquid exorbitans.

Vlterius pro declaratione omnium premiſſorum et etiam ſequentium ſciendum eſt quod licet preinſeratur una ſupplicatio uel commiſſio in qua ſit aliquid exorbitans et reformatio ſit honeſta tamē ſemper in reformatione debent addi uerba corrigentia illam exhorbitantiā.quia poteſt eſſe quod ſit falſa illa preinſerta exemplum dicitur in preinſerta quod cauſa priuationis committatur in curia quod non datur regulariter prout

in ſuperioribus

in ſuperioribus dixi tunc in reformatione debet poni quod extra curiam & idem in ſimilibus facit ad hoc quod not. Oldr. conſi.ccxv.incip.puncta breuia ubi tenet quod gratia dicitur obreptitia quando in ea narratur imperfecte et truncate alia gratia prius obtenta bene ergo facit referendarius corrigendo uerba commiſſionis pre inſerte quia ex quo in ea cõtinetur aliquid exorbitans a ſtilo & communi curſu ſignature preſumitur quod ſit falſa iuxta glo. in.c. cauſam que in uerſi.rationi. de teſti.et et eſt bonus tex.in.c.ex parte.el primo. de reſcrip. & in.c.porrecta.de confir.utili uel inutili.

Hinc inſurrexit alia pratica.nam cum oratrix dicit ſe electam per moniales eiuſdem monaſterii tunc ſtante iſta narratione illius electio non conſueuit confirmari neque dari ei noua prouiſio niſi dicat ſe electam per conuentum aut medietatem conuẽtus quia illa uerba per moniales cum ſint nomina deſignantia ſingularia corpora poſſent uerificari de duabus tantum forte. n. due mulieres elegerunt. quo caſu uerum eſſet dicere quod moniales elegerunt.l.inter illam.§.ultimo.ff.de uerb.ſigni.et in.l. libertas.§.fina.ff.de manu.teſtamen.

Vnde propter hec in noua prouiſione debet poni clauſula uidelicet.et de conſenſu medietatis conuẽtus.ſed ut dixi ſatis eſſet dicere ſe electam per conuentum abſque eo quod exprimãtur aliter nomina monialium ex quo ponitur nomen collectiuũ per illud quod eleganter ponit Old.conſi.centeſimo.Incip.in executione.ubi tenet quod ualet procuratoriũ capituli ſi dicatur per nomen collectiuum uidelicet capitulum conſtituit procuratorem nec eſt neceſſe tunc exprimere nomina canonicorum ſecus ſi dicatur per noia ſingularia puta canonici per ſupradicta.

Aliud ẽ dicere capitulum fecit. aliud canonici fecerunt.

Y

Datur talis commiſſio quod executoriales poſſint intimari intruſo pendēte lite non cognito per executorem an ſit intruſus pendēte lite ne per talem cognitionem et diſceptationem retardetur executio facit capitulo paſtoralis.§.quia uero.de officio delega. ibi cum non cognitio ſed executio tantum demandetur eidem facit.l.ſi ut proponis.C. de executio. rei iudic.et in.c. de cetero. de re iudic. eſt et alia ratio cur per executorem non debeat cognoſci de intruſione quia facta intimatione executorialium et illis reproductis ſi auditor nolit illum declarare tunc citabit eum. et tunc coram auditore docebitur quod fuit intruſus pendente lite facit quod nota.in capitulo non ſolum de appellatio. libro ſexto. et per.Rotam deciſi.ccccxi. incipien. ſi lite in nouis.

De executorialibus intimandis intruſo pēdente lite.

Quando homicida in terris eccleſie petit cōmitti cauſam appellationis per eum interpoſite in partibus tūc in ſignatura ſemper ponūtur hec uerba. Oratore in carcere cōſtituto quod fit ut purget indicia. item ne eludat aufugiēdo primam et ſecundam ſententiam cum illa ſit corporis afflictiua et tēdat ad penam mortis.l.iii.C.de epiſ.aud.ibi homicida quod fecit expectet.et eſt ſimilis tex.in decreto.iii. diſt.c.omnis.ubi ponitur pena interficiētis alium quia damnatur ad mortē. nec in tali caſu poteſt accedere fideiuſſor ex quo ut dixi uenit imponēda pena mortis iuxta glo.uulgatam in.c.cum homo.xxiii.q.v.et ponit Bald.in.l. ſi quis reū.C. de cuſto.reo.iſtis reſpectibus datur commiſſio et ſignatura ut ſupra Cācellaria tamen hoc non ſeruat ſed committit cauſam appellationis ſimpliciter cum clauſula quod iuſtum fuerit decernatis etc.

Cōmiſſio ſuper homicidio.

Oratore in carcere cōſtituto.

Stante tamen prima ſignatura et oratore in carcere conſtituto tūc admittetur procurator ad eum defendēdum ex quo ipſe perſonaliter ſeipſum defendere nō poteſt licet alias in cauſa criminali nō poſſit interuenire procurator.l.pe.§.ad crimē.ff. de publi. iud.c.ueniens. de accuſa. et ita firmat deciſi.cci. que incipit licet in cauſa criminali in nouis.

Quādo conceditur moratoria in urbe alicui grauato onere debitorum ſolent addi hec uerba ualet data idonea cautione. et hoc per tex.qui ita diſponit in lege uniuerſa.C. de precibus imperato.offerē. canonizata in.c. uniuerſa uigeſimaquinta queſtione ſecunda aliquādo additur etiam iſta clauſula et ad electionem creditorum an uelint extunc bona immobilia pro ſatisdatione acceptare. ponitur enim in electione creditorum an uelint acceptare cautionem idoneam cuius nomine intelliguntur fideiuſſores uel pignora.l. mandato ticii.§. fina.ff. manda. et in lege ergo.§.adici.ff. de fideicom.lib.uel acceptare hipothecam immobilium. de qua ideo ſpecialiter exprimitur quia ſub illis uerbis generalibus uidelicet data idonea cautiōe non includitur nam cum dicitur idonea cautio non ſufficit hypotheca ut probat eleganter Oldr.conſilio ſexageſimo octauo incipien. nomine cautionis &c. et licet minus ſit dare hypothecam quam pignora uel fideiuſſores ut per Oldra. in dicto conſilio. tamen iſtud ponitur in electione creditorum et ſatis eſt quod illis ad eorum uoluntatem qualitercunque ſatisfiat argumento lege ſi rem.§. ſatisfactum.ff. de pignora. actio. Quid autem ſi debitor qui impetrauit moratoriam non poteſt dare idoneam cautionem nec etiam habet immobilia, tunc dabit quam

Qualiter conceditur moratoria in urbe.

Si debitor qui obtinuit moratoriã nõ põt dare idoneam. dat cautionem.

poteſt.uidelicet iuratoriam.arg. tex.in auc.generaliter.C.de epiſcopis et cler. et.l.fi.§.inſuper.C.de aſſeſ. tol. et in.§.ſed hodie.inſtit.de ſatiſd.facit.c.alma. de ſentẽ.excom. lib.vi.et quod notat glo.in.l.i.ff. qui ſatiſd. tenentur. in quibus iuribus probatur quòd ſi habens ſatiſdare facultatem ſatiſdandi non habet tunc ſufficit cautio iuratoria.licet aliud uideatur innuere tex.in.l.ii.C.de tutel.tu. qui ſatis non dedit.et glo.ord.in l.iiii.C.de uſufr.ſed loquuntur in aliis caſibus ut ponit Romanus conſi.ccccxxxix.quod incipit.circa primũ in fi.col.

Caſus ĩ quibus nõ cõcedunt moratorie.

Predicta procedunt quando moratorie conceduntur in urbe. in partibus autem non dantur moratorie laycis extra terras eccleſie arg.illius quod ponit Innoc.in.c.inquiſitioni.de ſentẽ.excõ. facit.c.ſi duobus.ad finem.de appel.et.c.uenientes de iureiurando.non dantur etiam clericis in odium laycorum arg.tex. in.c.nouit.in prin.de iudi.et quod ponit glo.in.c.ſi clericus laycum.in uer.de conſuetudine de foro compe.et ſic ex predictis apparent duo caſus in quibus non dantur moratorie.

Alius et tertius caſus eſt.nam contra executoriales non datur moratoria.quia in executorialibus apponuntur certi dies ad parẽdum iudicato et arctatur tempus quadrimeſtre quod datur cõdẽnatis iuxta.l.ii.C.pe uſur.rei iudi.facit.l.ſi debitori.cum ibi notatis.ff.de iudi.

Quartus caſus eſt quia pro fideiuſſoribus non datur moratoria. quia ſic res iret in infinitum.infinitas autem reprobatur a iure c.ii.de reſcrip.lib.vi.

Quando petitur cõmitti executio ſententie quia non fuit appellatum infra decem dies iuxta.c.conſertationi de appel.lib.vi. et in auc.hodie.C.eodem.aut quia appellatio manſit deſerta

et non fuit conſequuta infra tempus a iure datũ iuxta.c. cum ſit romana.de appella. cum ſimilibus iſtis caſibus dicitur in corpore commiſſionis aut in clauſulis uel in ſignatura. placet uel fiat conſtito de re iudicata.nam ſi ſententia eſt nulla nõ poteſt dici res iudicata.l.iiii.§.condemnatum.ff. de re iudi.ſententia enim nulla nunquam tranſit in rem iudicatam. pari modo ſtante nullitate ſententie non poteſt cauſari uel produci deſertio. iuxta iura communia.

De ſignatura quando petitur executio ſentẽtiæ.

Et nota hic incidenter quia quando papa ſignat ſupplicationem de gratia dicit fiat ut petitur niſi ſit materia que ſignatur motu proprio prout ſunt expectatiue quia tunc ſimpliciter dicit fiat motu proprio.et non additur fiat ut petitur motu proprio quia implicaret contradictionem et hoc ubi eſt gratia noua ſed ubi eſt reformatio dicit fiat. et Cardinalis ſignans dicit conceſſum loã. Cardinalis alias ſignatura Cardinalis ſemper dicit conceſſum ut petitur etc. Quando uero papa ſignat commiſſionem dicit placet niſi reſcribat ad partes committendo quia dicit fiat.et ita ſeruat ſtilus in ſimilibus.

De uerbis Pape & Cardinalis circa ſignaturam.

Quando appellatur ab interlocutoria et petitur committi cauſa grauaminis auditori.tunc additur in pede cõmiſſionis hec clauſula uidelicet. et cum toto negotio principali quod ideo fit ne continentia cauſe diuidatur.l.nulli.C.de iudi.et.c.i.de ſequeſtra.poſſeſ. et fruct.et aduerte quod tali caſu non ponitur tota cauſa in cognitione auditoris niſi in euentum legitime appellationis ab interlocutoria ut dicit Egidius bell.cõcluſio.cccxix. incip.ſi auditori et ſequenti.idem ponit una deciſio.in nouis.in titu. de appel. tertia in ordi. Non ob.quod illa uerba et cum toto negotio principali uidentur ſecundum hoc eſſet ſuperflua

Non committitur cã grauaminis niſi cũ toto negocio principali.

et nihil prima facie operãtur ex quo illud inerat de iure quòd eſſet iudex totius cauſe in euentum grauaminis.c. ut debitus. de appella. quia reſpondet Egidius ubi ſupra quod capitu. ut debitus loquitur in iudice ordinario appellationis.ſecus in delegato qui cauſa obſeruandi forma reſcripti non poſſet cognoſcere niſi de grauamine etiam iuſtificato ſi non eſſet dicta clauſula imo plus dicit Egidius concluſione ſequenti. incipiente illud quod etc.quod etiam ſi auditor de conſenſu partium procederet ſuper toto negotio non iuſtificato grauamine adhuc liceret partibus redire ad iudicem a quo. quia capitulo ut debitus ponens totum negotium in manibus iudicis ad quem conſto de grauamine non habet locum in delegato ut ſupra .facit ad hoc bonus tex.in.c.Romana.in prin. de foro cõpe.lib.vi.

Ad.c.ut debitus. d̃ appella.

Audiui tamen quod ſtilus romane curie ſe habet in contrarium in cauſis grauaminum de partibus ſecũdum quem ſi eſt commiſſa auditori cauſa grauaminis de partibus cum toto negotio quãuis auditor pronunciat male appellatum nihilominus non reuertitur cauſa ad priorem iudicem prout atteſtatur Feli. in capit. cauſamque de reſcrip. pro quo facit quod dicit idem Egidius concluſione.xlviii.incipien.proceſſus etc.cauſa enim ſemel commiſſa in curia non extrahitur regulariter niſi cum maxima difficultate et bona iuſtificatione utputa ſi facienti committi cauſam in Rota inhibeatur per ſuum dominum tẽporalem ut faciunt domini mei Veneti qui ſub grauiſſimis penis non permittunt quod eorum ſubditus trahat alium ſubditum ad curiam romanam.ideo tunc ſolet extrahi cauſa quamuis i. m pendeat in Rota et committitur in partibus.et ita obtinui in una cauſa mea contra quendam obſtinatum et beſtialem aduerſarium qui

Aliquãdo cauſa commiſſa ĩ curia extrahitur et cõmittitur in partibus.

tandem meritas dedit penas.non ob.l.ubi ceptũ.ff.de iudi.quia ex quo alia pars ſcilicet rea procurauit talē inhibitionē ut communiter faciunt intruſi in partibus noſtris.certe nõ poteſt excipi de litis pendentia corã primo iudice cõſequēter ualet proceſſus agitatus corã ſecundo per illud quod not. Panor.in.c.cum.m. ferrarien.circa finem de conſtitutio.et in.c. ex tenore iuncto.c. cum contingat in ſecundo notabili. de reſcrip. et ita ſeruatur.

Econtra cauſa iam incepta in partibus auocatur et committitur in curia etiamſi ad aliquos actus ibidem ſit proceſſum citra tamen cõcluſionē in cauſa arg.c.paſtoralis.de cau.poſ.et proprie.

Vnde etiamſi cauſa ſit inſtructa nihilominus auocatur dummodo in commiſſione ſint appoſita dicta uerba citra tamen etc. et ita intelligo quod dixi in ſuperioribus in ſimili propoſito. Cauſa iam inſtructa qualiter auocatur.

Solet tamen huiuſmodi commiſſio ſemper iuſtificari dicēdo quod orator ſperat non poſſe conſequi iuſticie complementum in partibus quo caſu ſufficit hoc probare per ſolum iuramētum impetrantis quia ea quę conſiſtunt in mēte uel aĩo alicuius aliter probari nõ poſſunt ut dicit deci. Rote.xlii. que ĩcipit ſi impetratur in nouis.allegat.c.ſi uero.de ſen.exc.etc.ut circa de reſcr.ĩ.vi. Que conſiſtunt in animo per ſolum iuramētũ probantur.

Et eſt aduertēdũ ꝙ nõ eſt neceſſe petere ſpãliter in tali cõmiſſione quod cauſa aduocetur a primo iudice ſufficit enim ſolum narrare pendentiam litis coram illo et petere quod alteri cõmittatur.quia ſi ſignatur audiat talis etc. eoipſo aduocata cēſetur cauſa a primo ſine alia expreſſa reuocatione ſecũdum dominos de Rota deci.lxvii.incip.ſi petatur in nouis.et ratio eſt quia ſatis conſtat de mēte cõmittētis alteri cãm quod uoluit eã a primo reuocare ne cõtinētia cãe diuidatur et contingat intricatio proceſſum.c.paſtoralis et.c.cũ contingat cũ ibi not. de reſcrip.

De cõmiſſione releuante pro articulis obiectiuis admittendis poſt terminum.

Auditor non poteſt ſine ſpeciali mandato admittere articulos obiectiuos poſt terminum ideo opus eſt quod fiat commiſſio releuans pro talibus articulis admittendis uigore cuius commiſſionis admittitur impetrans ad probandum materias obiectiuas non obſtante lapſu termini.et hoc in prima inſtantia dumtaxat ſed non in ſecunda uel tertia ut uult deciſio.xcii.que incipit cõmiſſio impetrata ratio eſt quia in dictis aliis inſtãtiis uidelicet. ſecunda et tertia poteſt tales articulos de nouo in termino dare iuxta.l.per hanc.C.de tempo.appel.et in.c.cum Ioannes.de fi. de inſtru. unde ex quo habet ordinarium remedium nõ eſt ad extraordinarium recurrendum.l.in cauſe.ff.de minori. ſaluo ſi in ſecunda uel in tertia inſtantia ſpecificari non poſſet illa materia ut quia eſſet negatiua uel alias impoſſibilis ad ſpecificandum.quia tunc poteſt et debet admitti in dictis inſtantiis uigore dicte commiſſionis non obſtante mala ſpecificatione ſecundum dominos ubi ſupra.et hoc modo debet intelligi quod dicit Egidius concluſione.cccexxii. que incipit commiſſio. ubi nimis generaliter loquitur.ſed debet intelligi ut ſupra.

Aliqua de materia obiectiua.

Et iſta procedunt in materia obiectiua ut iudex nõ poſſit poſt terminum admittere articulos obiectiuos ſine noua commiſſione et ſpeciali mandato dicit tamen Egidius concluſione.cclxx. quod articuli obiectiui non dati in termino poſtea in alio termino dari poſſunt ſi alius terminus huiuſmodi per iudicem aſſignetur et ab aſſignatione termini non appelletur puto tamen ego quod male facit iudex aſſignando alium terminum quia talis materia eſt odioſa et reſtringẽda ex quo non eſt directe de iure eccleſie uel dantis perſone ut nota.in.c.ut circa. de elect. et in clemen.conſtitutionem.eodem titulo ſicut enim licet uni

cuique in ſuo facere quod uult licet per hoc alius damnificetur non licet tamen quod in alienum immittat etiam ſtramenta.l. proculus.ff.de dam.infec.et in.l.ſicuti.§.ariſto.ff.ſi ſerui.uendicetur.et ideo qui dat articulos obiectiuos nō dicitur proprium ius tueri ſed alienum impetere.l.iii.§. ſi duo.ff. ad carbo.hinc dicit.l.quoniam Alexandrum.C.de adul.quod ſeruus accuſatus a domino de adulterio non poteſt excipere de lenocinio quia ut dicit Oldr.conſi.clxx.incipien. ad hoc etc.ubi optime declarat iſtam materiā omnis defenſio datur ſeruo que ipſum duntaxat tuetur non alium grauat quod facit exceptio Lenocinii.l.i.§.ſi publico.ff.de adul.et in.l.ita pudor.C.eo.titu.et ſimiliter alia materia obiectiua. Nec moneat quemquam ſecundum Oldr.ubi ſupra quòd per indirectum et ex quodam conſequenti facit ad ius dantis quia hoc attendi nō debet.l.i.ff.de aucto.tuto. et in.l. is qui duos.de liber.leg.

Ex quibus apparet quod materia obiectiua eſt odioſa et reſtringēda et ideo non admittitur ulterius poſt terminum uel malam ſpecificationem niſi uigore commiſſionis releuantis ut ſupra audiui tamen quod alias fuit reiecta quedam commiſſio regien.in qua petebatur poſt elapſum terminum ad articulandum admitti quendam ad probandum de falſa expreſſione ualoris in impetratione per aduerſarium facta.ſed illud ideo forte quia poterat ei conſuli per gratiam ſi neutri.

Secus eſt in alia materia in qua poteſt iudex ex equitate prorogare terminum.c.conſuluit.de offi.deleg. et ponit Egidius inferendo ad pulchrum caſum concluſione.clxxvii. incip. in caſu.etc. et ſic non obſtāte lapſu termini admittere articulos qui ſunt de bono iure dantis parte alia etiā non uocata quia dicit Bal. in

Iudex põt prorogare terminum parte non citata quã do materia non eſt obiectiua.

c.i.in princi.de milite uaſal.qui contumax eſt quòd interlocutoria qua iudex dilationes ſuas moderatur augẽdo uel minuendo eas poteſt fieri parte non citata allegat Inno.in.c.ad petitionem.de accuſa.et idem dicit Bar. in extrauagan. ad repri. in uer.per edictum in.ii.col.quamuis contrarium teneat Bald.in l.i.in fi.C.quomodo et quando iud.ſed primũ eſt uerius quia nõ requiritur citatio partis in interlocutoria que ſit modici preiudicii puta que citationem partis contineat uel prorogationem termini ſm Bar.et cõiter doc.in.l. ne quicquã.§. ubi decretũ. ff.de offi.proconſ.et leg.et in.l.quod iuſſit.ff.de re iudi.

Commiſſa cauſa poſſeſſiõis an uideat cõmiſſa etiã proprietatis & econtra.

Scommiſſa eſt cauſa poſſeſſionis auditori non uidetur commiſſa cauſa proprietatis nec econtra ut probat tex.in.l.ſi de proprietate.C.ſi a non compet.iud. quod intellige uerum ſecundum Bal.in.c.i.de cau. poſ. et proprie. quando delegans commiſit cauſam diſcretiue nam committendo unum ſpecialiter et expreſſe aliud non expreſſum uidetur denegaſſe arg.l. cum pretor.ff.de iudi.cum ſimilibus. ſed ſi committat abſolute et indefinite puta committimus cauſam que uertitur inter titium et ſempronium ſuper tali re tunc utraque cauſa uidetur cõmiſſa ſcilicet poſſeſſionis et proprietatis ut uult glo.notãda.in.c.ii.in glo.i.de cau.poſ.et proprie.que allegat optimũ tex.in.c.ad hoc de ſequeſtr.poſ.et fruc.de quo latius dixi iſto mane in lectione ordinarie allegãdo duas deciſiones.una eſt in ordine.cccxcvi. in nouiſ. alia Egidii bell. de ui. in quibus tenent indiſtincte utranque cauſam uideri commiſſam ſiue cõmittatur diſcretiue ſiue indefinite maxime quando ſimpliciter cõmittitur petitoriũ quod eſt principalius et trahit ad ſe poſſeſſoriũ licet de eo in commiſſione ſpecialiter non exprimatur.c.cũ eccleſia et.c. cum

dilectus. de cau. poſ. et proprie. item quia cõmiſſiones ſunt late interpretande in curia ut no. Inno. in. c. ſuper literis. de reſcrip. ſed iſte rationes iudicio meo militant eo caſu quando cõmiſſa eſt cauſa abſolute et indefinite tunc enim includitur utraque cauſa nam indefinita equipollet uniuerſali iuxta glo. uulg. in. c. ut circa. de electi. lib. vi. cum ſimilibus. ſecus quando delegans cõmiſit cãm diſcretiue per rõnem quã predixi. et ita concluſi in lectione poſſent tamen ſaluari predicte deciſiones quando in commiſſione eſſent appoſita uerba que poſſent applicari ad utrunque iuxta doctrinam Innocen. in capitu. epiſcopi. de reb. eccle. non alie. ubi dicit quòd ſub illa forma qua ſcribitur per Cancellariam ea que de bonis talis eccleſie alienata reperceris ad ius et proprietatem eccleſie ſtudeas reuocare. quo caſu dicit Innocen. quòd poteſt agi poſſeſſorio et petitorio quod non eſt mirum quia talia uerba comprehendunt utrunque alias minime per ſupradicta.

Commiſſiones ſunt late interpretande in curia.

Indefinita equipollet uniuerſali.

Ex quibus collige quòd licet commiſſiones ſint late interpretande in curia ut dicit Innocen. quem ſupra retuli. tamen non extenduntur ad ea que ſunt contra uel preter intentionem cõmittentis ut ſuperius probaui. et ideo dicit deci. Rote. ciii. in nouiſ. quod cõmiſſio impetrata per actorẽ contra duos reos uicto uel mortuo impetrante finitur in tantum quod auditor nõ poterit procedere uigore illius cõmiſſionis inter illos duos reos ſimul cõuentos uolẽtes inter ſe experiri ſed neceſſaria eſt noua commiſſio. quia nullus iſtorum obtinuit hanc commiſſionem. et quia mutate ſunt perſone. nam qui primo fuit reus nunc eſt actor. Et ideo illa commiſſio que comprehendebat illum ut reum non extenditur ad illum eundem ut actorem licet alias

Cõmiſſio includens aliquem ut reum non ſuffragatur illi ſi uellt eẽ actor.

ſit nominatus in commiſſiõe quod eſt notabile ad.c.p.et.g.cum materia. de officio delega.

Non datur commiſſio ſuper cauſis motis et mouendis infuturum etiam contra certum nominatum. et ita ſe habet ſtilus in ſimilibus ut legitur et notatur in.c. ad hec de reſcrip. niſi liquido appareret de ueritate reſcripti ſeu commiſſionis et certa ſcientia pape quia tunc parendum eſſet facit.c.audita.in princip.de reſti.ſpolia.et quod notatur in.c. ſi quando.de reſcrip. alias minime bene tamen datur commiſſio ſuper cauſis motis et mouẽdis per impetrantem dummodo non addatur illud uerbum in futurum.et tunc talis commiſſio extenditur dumtaxat ad cauſas tunc id eſt tempore impetrationis et non poſtea exortas ut uult deciſio.cxlviii.que incipit commiſſio.in nouis. quod dicit procedere etiam ſi poſtea ſtatim inciperet competere actio puta ſi poſt impetrationem incipiat poſſidere et ſpoliatus uult agere poſſeſſorio.certe nõ poteſt uigore dicte commiſſionis que nõ extenditur ad futura ut dixi.facit.c.ſi.de reſcrip.ibi ad futuras trahunt controuerſias que nondum fuerant tempore impetrationis exorte.et ideo dicit Egidius bell. concluſione centeſima quod ſi conſtat appellationem non fuiſſe interpoſitam tempore commiſſionis impetrate.talis commiſſio effectualiter nulla eſt quia ad futuram appellationem extendi nõ poteſt allegat capitulo nonnulli. de reſcrip. quid autem ſi eadem die fuiſſet appellatum et ſimilem impetrata commiſſio. quod iſtorum preſumeretur preceſſiſſe et uidetur Egid.inclinare quod excipiens contra cõmiſſionem haberet probaret commiſſionem preceſſiſſe ut ibi per eum et latius ponit una deciſio.ccx. que incipit ſi immediate in nouis.

Commiſſio ſup cauſis motis et mouendis per impetrantem.

Quãdo eadẽ die appellatur et impetratur commiſſio.

Sed

Sed quid ſi impetretur commiſſio ſuper certa re et quibuſdã aliis rebus iuxta.c Paſtoralis.de reſcrip.et tempore impetrate cõmiſſionis nullum ius ſibi competit in illis rebus ſed poſt impetrationem ſibi ceduntur uel donantur.an ualeat cõmiſſio taliter impetrata.dicit notabiliter deciſ.Rote.clxxvi. que incipit cõmiſſio impetrata.in nouis. quod ualet etiam ſi ceſſio uel donatio fiat poſt litem conteſtatam per.c. abbate ſane. de re iud.lib.vi.pro quo facit bona ratio quia nõ ius impetrantis nõ inficit ipſo iure cõmiſſionẽ impetratam alias exceptiones peremptorie concernentes negotium principale poſſent obiici contra litteras et litis conteſtationem impedirent contra caſum.c. primi.de litis conte.lib.vi. ſed iſtud ego intelligo dũmodo ex inſpectione cõmiſſionis non appareret euidenter de nõ iure impetrantis alias non daretur ſibi cõmiſſio. ut ſi exprimeret talẽ cauſam etiam proprietatis qua expreſſa non darentur littere etiam ad poſſeſſorium iuxta ſingulare dictum uinc. quod ibi clare declarat Abb.in.c.ex parte b.in fi.col.de for.competen. et Romanus cõſi.ccccxcix.alias procedit quod ſtatim dixi ex mente Rote.

Nõ ius ĩpetrãtis nõ iſficit ipſo iure cõmiſſionẽ ĩpetratam.

Ex *quo infertur alia concluſio ſecũdum dominos ubi ſupra.quod ceſſio facta uni ex litigantibus lite pendente per tertiũ ualet et tenet clemen.ii.cum ibi notatis.ut lite penden. nec iſta ſunt contraria concluſioni precedenti quia cõmiſſones non trahuntur ad futuras controuerſias ut dixi ſupra.ſed ſuper controuerſia tẽpore impetrationis iuſte uel iniuſte exorta includunt omne ius tunc cõpetẽs impetranti uel competiturũ ex poſt ẽt poſt litem conteſtalam.dicto.c.Abbate ſane.quod eſt ſane intelligendum quando impetrans non expreſſit certam cauſam.ſed*

Valet ceſſio facta ꝑ tertium uni ex litigantibus lite pẽ.

in genere dixit ſibi ius competere abſque alicuius cauſe declaratione ſeu ſpecificatione ut uult ille tex. not.

Latis tribus ſententiis conformibus uel una que tranſiuit in rem iudicatam ſolet impetrari una commiſſio per quam committitur eidem auditori qui tulit tertiam ſentētiam uel primam appellatione non ſuſpenſam ut taxet fructus a tēpore mote litis perceptos per illum qui ſuccubuit et etiā expenſas ut ſuperius in alio propoſito dixi dubitatur modo an in ſentētia taxationis ſaltem expēſarum debeat citare aliam partem Bar.i.l.terminato.C. de fruc.et lit. expen. dicit quòd non.et in.l.ii.C.quomodo et quādo iud.ſed in curia ſeruatur contrariū quia citatur pars per curſorem ad uidendum liquidari fructus et taxādum expenſas ut ponit deciſio Rote.ccccciii.que incip.fuit dubitatum utrum ſub executor in not.

De modo liquidandi fructus per auditorē.

Qualiter autē auditor habeat liquidare fructus pōit deciſio Rote.cccxxxvii. que incipit auditor in nouiſ.ubi dicit quod habet declarare taxando fructus ſingulis annis tātū ualuiſſe et ualere fietque poſtmodum coram executore computus quot annis poſſederit et fructus percepit et compelletur per eūdem executorē ad reſtituēdos omnes fructus uſque ad illud tempus perceptos non ſolet dari commiſſio de fiēda ſequeſtratione aliarum rerū quam de hiis de quibus agitur etiam obtētis executorialibus et ſecuta excōmunicatione agrauatione reagrauatione &c.et ideo ſi poſſeſſor beneficii poſt primam ſentētiam latam contra ſe in curia nō dimittat poſſeſſionē beneficii nec uelit ponere fructus in ſequeſtrum prout tenetur iuxta clemē.primam de ſequeſtro. tunc non datur commiſſio de ſequeſtrandis fructibus aliorū beneficiorum eiuſdem eodem modo ſi quis inodatus eſt predictis

cenſuris pro certa ſumma pecuniarum in qua extitit condemna tus quia iudicato non paruit. non datur etiam cõtra talem com miſſio in qua petitur quod debeãt ſequeſtrari fructus ſuorũ be neficiorum uſque ad condignã ſatisfactionem illarum petunia rum facit ad hoc Rubrum & nigrum. C. de prohibi. ſequeſt. Iſtud tamẽ debet ſane ĩtelligi cum iſta modificatione uidelicet niſi lapſum foret tãtum tempus ut propter inſordeſcẽtiam in cenſ. executio nimiũ differeretur. & ideo in tali commiſſione debet exprimi tempus in quo talis debitor ſic mãſit inodatus et inſor duit tũc enim propter nimiam illius contumaciam et inſordeſcẽ tiam dabitur commiſſio de fructibus beneficiorũ ſequeſtrãdis argumento. c. quoniam frequenter in ſi. ut lit. non conteſta. et. l. ſulcinius. §. fina. ubi bonus tex. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. datur enim tali caſu huiuſmodi commisſio propter inſordeſcentiam tanquam remedium ſubſidiarium in eorum odium qui tandiu inſordeſcunt et contemnendo cenſuras eccleſiaſticas ueniunt in profundum malorũ. c. cum nõ ab homine de iudi. propter quod non ſolet dari derogatio regule de inſordeſcẽtibus niſi paupe ribus preſertim quando per annum inſorduerunt. et ſi ponãtur hec uerba ĩ ſupplicatiõe uidelicet etiã ĩ ſingulis caſibus eiuſdẽ regule uerba hmõi cõſueuerũt tolli propter bullã ĩ cena domini.

An detur commiſſio de ſiẽda ſequeſtratiõe aliarum rerum de quibus non agitur.

Non datur derogatio regule de inſordeſcẽtibus.

Quando committitur cauſa nullitatis alicuius ſententie cum illa clauſula conſueta ſine tamen preiudicio legittime executio nis prout in ſuperioribus dixi tunc non ſolet dari commiſ ſio quod iudex cui committitur cauſa dicte nullitatis proce dat ipſe ſuper executione quatenus ſit procedendum auoca ta tali poteſtate exequendi ab alio iudice. & hoc quando idem iudex cepiſſet facere executionem facit text. uulgarem

Poteſtas exequendi non ſolet auocari qñ iudex cepit facere executionem.

in.l.ubi ceptum.ff.de iudi. et quod notatur in.c. ex tenore.de reſcrip.ad idem faciunt notata per Inno.in.c.cum.M.de conſtitu.de appel.ut noſtrum.et.c.ut debitus.eodē titulo. per que apparet quod non eſt ueriſimile quod Papa uelit auferre iuriſdictionem uni iudici et dare alteri niſi appareat de certa eius ſcientia quod uelit eam auocare idem dicit Egidius cōcluſione.ccccxix.que incipit ſi audisori etc.

et hoc indubitanter procedit in Romana curia ſecus in partibus.per rationem quam in ſuperioribus dixi.

V*trum autem ualeat proceſſus factus per executorem ſententie contra intruſum licet de intruſione facta lite pendēte uel poſt ſententiam non cognouerit dicendum eſt quod ualeat ſecundum dominos de Rota deciſione.cccclxxx.que incipit ſi executor in nouis.*

E*t ideo datur commiſſio quod executoriales poſſint intimari intruſo pendente lite non cognito aliter per executorē an ſit intruſus pendente lite ut in ſuperioribus latius dixi.*

Qñ petit dputari adiunctus.

D*antur littere per cancellariam quando petitur deputari adiunctus propter ſuſpicionem iudicum ab aduerſario impetratorū. ſed hoc datur quod cancellariam ita demum ſi nōdum eſt ad litis conteſtationem proceſſum iuxta notata per doct.in.c.inſinuante.de officio delega.&.c.cauſamque eo.ti.iuncta.l.aperſtiſſimi.C. de iudi. ſignatura autem raro conſueuit concedere adiunctum propter intricationes iudiciorum que inde cōtingunt arg.c. cum contingat de reſcrip. niſi forte in criminalibus propter maius periculum quod in illis uertitur ideo cautius eſt agendum.l.ſciant.C.de proba.cum uulg.*

D*at autem ſignatura adiunctum etiam poſt litē conteſtatam dūmodo*

modo non ſit concluſum in cauſa raro tamen hoc concedit ut premiſi et aliquid tangam in ſequentibus. ideo autem propter ſuſpicionem iudicum ab aduerſario impetratorum datur ad inſtantiam alterius partis adiunctus non autem illis primis totaliter excluſis dantur noui iudices quia ad ſolam allegationem ſuſpicionis non debet dari nouus iudex cum habeat elegās remedium arbitrorum iuxta.c.ſuſpicionis.de offi.deleg. et in.c. ab arbitris eo.titu. libro ſexto.

Ideo ad ſolam allegationem datur adiunctus ad hoc ut lites ſine ſuſpicione procedant.l.apertiſſimi.C.de iudi. et pro deputatione huiuſmodi adiuncti facit ibi auc. ſequēs ſi uero. licet loquatur in dando adiunctum quando ordinarius recuſatur.

Sed idem ſeruatur de ſtilo curie quando iudices impetrati allegātur ſuſpecti per aliam partem ut patet ex premiſſis predicta procedunt quando petitur adiunctus ut ſupra.

Aliud ſeruatur circa dandum confidentē quia in tali materia ſemper conſueuit dici dūmodo partiū ipſarū cōfidens per eoſdem iudices eligatur poſt quā deputationē et electionē ſi deputatus una cum dictis iudicibus uel eorū altero procedat parsque redeat cōquerens de duobus iudicibus ad nutum aduerſarii impetratis et propterea uelit auocare ab eis cauſam et alteri committi non auditur quia ut ſuperius dixi ad ſolā allegationē ſuſpicionis nō datur nouus iudex per rationē ut ſupra. ideo tunc additur in commiſſione quod predicti iudices procedere non ualeant ſine deputato alias ad inſtantiam ipſius oratoris impetrato. et ita ſeruatur.

Si ſpoliatus beneficio agit ſpolio. Aduerſarius eius uidēs ſe ſuccūbere obtinet procedi in petitorio dicto ſpolio purgato. ꝙ tamē

poſt trinam dilationem eidem conceſſam non facit. petit modo ſpoliatus quod propter iſtam confeſſionem aduerſarii que iudicialis eſt decernantur executoriales ad inſtar rei iudicate. an debeat hoc ſibi concedi. Audiui quod alias hoc fuit denegatũ per Reuerẽ. Cardi. Alex. et potuit eſſe ratio quia dato etiam quod talis cõfeſſio ſit iudicialis et in confeſſum nulle ſint partes iudicis. l. proinde. cum uulg. ff. ad leg. aquil. tamẽ requiritur ſaltem preceptum iudicis. l. ſi debitori. ff. de iudi. quod preceptum ſuccedit loco ſententie ſecundum Panormita. et doct. in capitulo finali. de confeſ. Item quia conſtito de errore forſan poſſet reuocari iuxta notata per Ioan. andr. in capitulo fina. de iureiurã. libro ſexto ubi dicit quòd poſitio et ſic confeſſio quia ponens uidetur confiteri omnia contenta in poſitionibus iuxta notata in capitulo primo de confeſ. eodem lib. poſitio inquam facta per errorem poteſt reuocari docto de errore etiam ſi ſit iurata dummodo fiat per modum credulitatis ſecundũ Egid. concluſione. cccc xxxi. cum ergo talis confeſſio in omnibus uim ſententie non ſortiatur certe non poſſunt decerni aliquo modo tales executoriales uigore ſolius confeſſionis quamuis illa ſit iudicialis ut ſupra.

Propter ſolam cõfeſſionẽ iudicialem ſpolij non poſſunt decerni executoriales.

In poſſeſſorio non ſtatuitur terminus de probando canonico titulo. quia in eo ſufficit quod exiſtat coloratus ut notat Innocẽ. in capi. in literis. de reſtitu. ſpolia. quod eſt receptum potius per ſtilum quam quod ſit introductum de iure communi. ratio autem iſtius ſtili quod agens interdicto recuperande teneatur coloratum titulum producere fuit introducta et ſumpta a paritate rationis. c. eum qui. de eo qui mit. in poſſeſ. cauſa rei ſeruã. lib. vi. et hoc firmat collector deciſionũ in nouis. deciſ. cccxciii.

In poſſeſſorio ſufficit titulus coloratus.

que incipit ſi a conferatur ſubiiciens ex mente Innocen.in.c.ex parte. de reſtitu. ſpolia. ſufficere pro colore quod agens interdicto probet ſe auctoritate ſuperioris poſſeſſionem beneficii apprehendiſſe licet forte ſua collatio ſiue electio ſit uicioſa et non canonica quia etiam predo reſtituēdus eſt.c.in literis cum ſeq. de reſti.ſpo.facit.c.cum noſtris.de conceſ.prebē.cū ibi nota.

Quod ego intelligo procedere cum iſta limitatione uidelicet niſi notorie conſtaret in iudicio de titulo reprobo petentis reſtitui iuxta notabile dictum Innocē.in.c.cum eccleſia ſutrina.de cau. poſſeſ. et proprie. ubi dicit quòd predo et poſſeſſor malefidei reſtituendus eſt niſi conſtet in iudicio eum eſſe predonem per confeſſionem uel pacta.ut in capi.ſignificaſti.de diuor.facit.c. ad decimas. de reſti.ſpo.lib.vi. et quod notat Innocē.in.c.conſtitutus de fil.presbiterorum.

Si cōſtat in iudicio de titulo reprobo ſpoliatus non debet reſtitui.

Quid autem ſi conuentus ſuper ſpolio uult improbare titulum allegatum excipiendo ipſum nunquam ſed alium tempore ſpoliationis pretenſe poſſediſſe petitque ad id probandum ſe admitti an ſit audiendus in hoc per omnes dominos fuit alias cōcluſum quod ſic.ſed collector tenet contrarium talem ſcilicet in probando hanc exceptionem nullatenus audiendum niſi de hoc notorie conſtaret ut dixi ſtatim ex mente Innocen. hec ponit deciſ.ccccxxxix.que incipit ſi agenti.in nouis. et certe collector mouetur bonis rationibus ut in dicta deciſione et patet ex premiſſis predicta procedunt in beneficialibus ne in illis detur uicioſus ingreſſus per rationem dicti.c.eum qui.

In prophanis ꝓpter notoriū nō ius agentis non impeditur reſtitutio.

Secus in prophanis in quibus propter notorium non ius agentis non impeditur reſtitutio quia in illis ceſſat ratio que militat in beneficialibus et ſubeſt odiū ſpoliatoris prout tenet deciſi.vii.

que incipit nota quòd ubi agitur in antiquis. et Oldr. conſi. i. ubi quoad beneficialia ponit notabile dictũ quòd ſpoliatus poſ ſeſſione beneficii quã manu et auctoritate regia fuerat conſecu tus non uenit reſtituendus quod ego intelligo quando de hoc conſtaret notorie ut ſupra.

In commiſ ſionibus iu ſticie decr. irr. non ap ponitur.

In cõmiſſionibus iuſticie decretũ irritans nõ conſueuit apponi. unde ſi in cõmiſſione petatur adiunctus deputari nõ debet addi clau ſula ꝙ ſi abſque eo quicquã fieret exnunc irritũ ſit et inane etc. ſed in tali caſu ſolẽt per ſignantẽ addi iſta uerba quod poſt cõ miſſionẽ preſentatã ſi ſecus actũ fuerit etc. dicunt tamen aliqui et forte nõ male quod etiã talis additio non eſt multũ neceſſa ria cũ ſtatim ualeat inhiberi aliis cõiudicibus per ipſum adiun ctũ qui ſtatim preſentata cõmiſſione recipit iuriſdictionẽ actu. c. ſuper eo. ii. de appel. no. glo. in. c. i. in uer. receptis. de procu. in cle. Archi. in. c. ſi is cui de offi. deleg. lib. vi. et in. c. is qui. de procu. eo. lib. cũ multis aliis quotis allegatis per Roma. conſil. cccliii. incip. quoad primũ etc. unum tamen uidetur obſtare in quãtũ dixi ꝙ adiũctus preſentata cõmiſſione ſtatim põt inhibe re aliis cõiudicibus. quia ad hoc ut poſſit inhiberi oportet corã iudice inhibẽte pẽdere litẽ ut probatur i. c. tuã de ord. cog. c. la tor et. c. cãm. qui filii ſint legi. ſed lis nõ põt dici pẽdere niſi ſal tẽ ſequuta citatione cle. ſi. ut lite pendẽ. ergo ante et ſic ſtatim preſentata cõmiſſione uidetur ꝙ adiunctus nõ poſſit inhibere.

Preſentata cõmiſſione ſtatim po teſt inhi beri.

Nihilominus hoc non obſtãte cõtrariũ practicatur. nam iudex pre ſentata cõmiſſione decernit ſimul et ſemel citationẽ cum inhibi tione ad quod faciunt not. per Bal. in auc. cauſa que fit cũ mo nacho. et melius in. l. presbiteri. C. de epiſ. et cle. et per domi. Anto. in. d. c. tuã pro qua practicha facit bona ratio. quia inhi

bitio poteſt fieri preſente et inuita altera parte et ſuis iudicibus ergo et abſentibus et minime citatis per regulam quod poteſt inuitis.ff.de regu. iur. facit.l.iiii.§. illud.ff. de fideicom. liber. concluditur ergo quod adiunctus poteſt ſtatim inhibere ut ſupra.ſed quia talis inhibitio nō impedit proceſſum illorum coniudicum niſi poſtquam eiſdem intimatur ideo bonum eſt quod addantur in commiſſione illa uerba quod poſt commiſſionem preſentatam ſi ſecus etc.

Si *diuerſe cauſe etiam forſan dependentes diuerſo tempore ſint introducte.et contingat illas auocari et alteri cōmitti.* Parsque *ex aduerſo inſtet ut eodem modo diuerſis. ſcilicet temporibus decidantur prout etiam decidiſſet primus iudex ne regiſtra et cauſe inculcentur.argumen.l.permiſceri.ff. de acquiren.poſ.et l.ordinarii.C.de rei uendi.nihilominus conſueuit addi in tali commiſſione hec clauſula coniunctim uel diuiſim prout prefato iudici uel auditori uidebitur quod fit ea ratione quia poſſet forte expedire partibus ut omnes cauſe de quibus actum eſt ſimul et ſemel diffinirentur.et econtra ut eſt tex. optimus in.c. ii.de cauſa poſ et proprie.ubi probatur quod licet ſimul actum eſt poſſeſſorio et petitorio per ſpoliatum quo caſu de iure debet utrunque una ſententia terminari data prerogatiua poſſeſſorio in ordine pronunciandi. ut in.c. cum eccleſia ſutrina et c.cum dilectus.eodem titulo.ſi tamen iudici uidebitur hoc expedire et fore conducibile poterit diſcutere probationes ſuper poſſeſſorio et illud prius terminare. pari modo ſi uiderit magis expedire ut ſimul terminentur poterit ſimul et ſemel una ſententia diffinire quia commixtio et cumulatio conſeruās ius partium et illis proficiens debet per iudicem admitti.l.i.ff. de*

non poteſt citare illum perſonaliter nec facere informationem ſuper infamia niſi prius citet procuratorem illius et recipiat teſtes pro parte ſua ſuper bona fama. et hoc propter uerbũ conſtiterit quod importat uocationem partis iuxta glo. in cle. preſenti.in uer.conſtiterit.de cenſi.et ponit deciſio.dclxxxiiii.que incipit dic quod ſi in aliqua in antiquis. et idem in ſimilibus caſibus quando in commiſſione dicitur conſtito de aſſertis. nã ſemper citanda eſt pars uel eius procurator antequam auditor faciat ſummariam informationem ſuper aſſertis in commiſſiõe. Immo danda eſt ei copia receptorum in informatione ſuper aſertis ut notabiliter ſentit deciſio.dcclxxiii.in antiquis.

Et ex hoc infero quod ſi committitur auditori ut conſtito ſibi illũ cuius beneficiũ eſt impetratũ tanquã uacans per eius non promotionem per uериſimiles coniecturas nõ fuiſſe promotũ prefigat ei tempus infra quod doceat de promotione uel de impedimẽto aut diſpenſatione iuxta.c. commiſſa. cum ibi nota. de elec. lib.vi. Certe habita tali commiſſione auditor in informatione huiuſmodi ſuper non promotione debet primo et ante omnia uocare partem et ſummarie de hoc cognoſcere.et hoc propter naturã illius uerbi cõſtito etc.Idẽ tamen dicẽdũ eſſet hoc caſu etiã ſi in huiuſmodi cõmiſſione non eſſet uerbum conſtito. ſed aliud puta ſi inuenerit uel ſi repererit. quia talia uerba licet de ſui natura non inferãt neceſſario uocationem partis ut ſuperius dixi. tamen quando addiciuntur in perſonam iudicis et circa materiã iudicialẽ accipiuntur pro uerbo ſi conſtiterit. et ſic ratione ſubiecte materie impropriantur argumen.l.ſi uno.ff. loc. et hoc in terminis firmat Egidius concluſione.clxxvi. incipiẽ. auditor.etc. i iudicialibus enim ſemper requiritur ẜm eũ partis

In informatione ſuper nõ promotione debet pars uocari.

uocatio.c.inter quattuor.de maio. et obe. de teſti.c. in nomine domini. que deciſio in hoc non procedit mihi ſine dubio quia talis informatio potius eſt extraiudicialis quo caſu ſatis uidetur quod ipſi auditori et ſibi ſoli concludat ut ſentit deciſio Rote.cccclxxyii. in nouis quã ſuperius allegaui. et alia in antiquis.dclxxxy.que incipit nota ſi ponatur.

De uerbis ſi inuenerit ſi reperit poſitis in commiſſiõe qd importãt.

In commiſſione poſſent tamen iſte deciſiones concordari cum dicto Egidii. ut quando ponitur in commiſſione ſi inuenerit. uel ſi repererit et agitur de re modica et paruo preiudicio. tunc non eſt neceſſarium quod pars citetur ſecus quando tractatur de graui preiudicio ut in exemplo Egidii. circa informationem ſuper non promotione cum talis materia ſit grauis ex quo agitur de priuatione.in qua eſt procedendum citata prius parte et adhibita ſummaria cognitione ſuper tali extraiudiciali informatione ut uult Egid. et hanc diſtinctionem uidetur ſentire deciſio Rote.dclxxxyi. que incipit dominus Petrus in antiquis que diſtinctio poteſt habere locum etiam quando adeſt in commiſſione illa clauſula cõſtito de aſſertis uel alia ſimilis puta conſtito de paupertate aut conſtito de bono iure licet aliqui dicant hiis et ſimilibus caſibus indiſtincte non requiri citationem partis quaſi huiuſmodi informationes ſint extraiudiciales et propterea dicunt ſufficere quod ſoli iudici concludant pro quo faciunt due deciſiones ſuperius allegate.

Clauſula conſtito de paupertate uel conſtito de bono iure.

Hodie practicaui unam commiſſionem que talis eſt petebatur ut conſtito de re iudicata mãdaretur eidem auditori taxari fructus et expenſas.item quod procederet ſuper attentatis et innouatis lite pendente et quod inhiberet tam parti contrarie quam etiam iudicibus et colonis ne aliquid innouarent lite pendente

in pede commiſſionis erat additum. ad illa uerba de non innouando. uidelicet in preiudicium dicte litis. que clauſula ideo apponitur quia non omnia que fiunt lite pendente etiam per ipſas partes dicuntur attentari uel innouari niſi fiant in preiudicium illius litis. et ideo ſi reus lite pendente continuat ſuā poſſeſſionem non dicitur attemptare.c.i.ut lite penden.et in.c. dudum de priuileg.nec iudex dicitur innouare ſi reformat poſſeſſionem appellanti in qua turbatur pendente appellatione.c. cum teneamur.de appella. facit ad hoc quod notat Innocen.in capitulo dilecte. de exceptio.

Mādatum de non innouādo intelligitur ſcilicet in preiudiciū litis.

Signatura autem dicte cōmiſſionis erat talis.uidelicet placet prout de iure. de quo ualde miratus ſum attento quod omnia petita in dicta commiſſione ſunt iuridica et procedunt de iure ut patet ex premiſſis ſed forte ideo fuit ſignata prout de iure quia petitum fuit ut inhiberetur etiam colonis qui non ſunt de collitigantibus.conſtat autem de iure non eſſe inhibendum niſi collitigantibus tantum.argumen. eorum que notantur in.l. creditor.§.mandatorem.in prin.ff.manda.et in.c.Romana.§.in alium. de appella.lib.vi.in quibus locis habetur in ſimili quod penden te appellatione omnia debent eſſe in eodem ſtatu hoc uerum quantum ad collitigantes non quantum ad extraneos. licet aliqui dicant inhibendum eſſe etiam illis qui liti poſſunt preiudicare ut ſentit deciſio Rote.lviii.que incipit. nota quod ubi auditor.in antiquis. Iſtis ut puto reſpectibus fuit dictum in ſignatura placet prout de iure et iſto modo ſemper concipitur ſignatura quando omnia petita non ſunt conceſſibilia uel quādo aliquis articulus eſt ualde dubius in iure tunc committitur iudici ut procedat circa illud prout de iure. facit.c.cum ueniſſet. ibi

Quibus eſt inhibēdū.

Quādo ſignatur cōmiſſio put de iure.

ſecundum ius.etc. de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſeruan.

Spoliatus. poſt ſententiam cōtra ſe in poſſeſſorio que tranſiuit in rem iudi. audit. ſed refectis expenſis.

Quando ſententia abſolutoria fertur in poſſeſſorio pro poſſidente et ſpoliante. et contra ſpoliatum in expenſis condemnatum ſi dicta ſententia tranſiuit in rem iudicatam et ſpoliatus petat reſtitui propter negligentiā ſui procuratoris debito tempore non appellantis. auditur ſed refectis expenſis niſi alleget paupertatem quia tunc datur ſibi commiſſio conſtito de ipſius paupertate et expenſe reſeruantur in fine litis. alias tenetur prius ſatisfacere expenſas poſſidenti ut predixi. et hoc modo debet intelligi et limitari deciſio Rote.cccxix. que incipit liscet ſpoliato.in nouis. ubi dicit ſpoliatum ſuccumbentem in poſſeſſorio et uolentem reſumere petitorium antea per ipſum ſuſpenſum non teneri ante huiuſmodi reſumptionem ſatisfacere poſſidenti de expenſis in quibus extitit condemnatus. ſed uictor recuperet eas ſi uelit uigore executorie ſue ſuper ſententia predicta facte et nihilominus in petitorio procedat. ratio eſt ſecundum dominos quia tali caſu ceſſat odium ex parte ſpoliati.ſed non ceſſat in caſu econuerſo quando. ſcilicet ſpoliator ſuccumbit in poſſeſſorio quo caſu ante ingreſſum petitorii per ipſum intentandi debet ſpoliatus plene et integraliter reſtitui etiam quo ad fructus et expenſas capitulo finali. de ordi. cogni. capitulo piſanis. de reſtitu. ſpoliato. et in capitulo ſignificauerunt de teſtibus. Primus ergo caſus debet limitari ut ſpoliatus ſuccumbens in poſſeſſorio non teneatur ante omnia ſatisfacere de expenſis ſi uelit proſequi ulterius cauſam in petitorio uel poſſeſſorio niſi dicta prima ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam. tunc nihilominus auditur ſi uelit proſequi ſed refectis expenſis ut ſupra propter tranſitum in

rem iudicatam per premiſſa.

Quando instantia ſtatutaria dierum utilium eſt decurſa puta in capitolio ſecundum ſtatuta urbis. et dubitatur quod ſententia propter id ſubiaceat nullitati. tunc impetratur commiſſio ut in omnem euentum reiteratis omnibus terminis ſimul et ſemel ac unico contextu iudex ad ulteriora procedat et terminet alias iuſticiam miniſtrando. datur talis commiſſio. ſed refectis expenſis. pro iſta practica facit bona glo. iuncto text. in lege properandum in principio. C. de iudi. in uer. triennii. ubi tenet quod perempta inſtantia ex quo pereunt acta ordinatoria ſententia ſuper illis lata non tenet. quia reperitur lata ſine tella iudicii et ſubſtantialibus debitis perimitur enim citatio libelli litis conteſta. ſatiſdatio et ſimilia que ſunt acta litis ordinatoria. ſed non perimuntur acta cauſe tendentia ad ueritatis indagationem ut depoſitio teſtium confeſſio partium et cetera huiuſmodi ut hec probantur ex .l. cum lite mortua. ff. iudicatum ſolui. iuncta lege cum antea. C. de arbitris. et lege iubemus. C. de lib. cau. ponit Innocen. et ſequitur Panormita. in capitulo cauſamque primo de teſtib. et Barto. in dicta. l. cum lite et licet predicta iura loquantur in peremptione inſtantie per lapſum triennii de iure ciuili. Idem tamen intelligo in peremptione inſtantie ſtatutarie quamuis illa ſit breuior argumento. l. ii. C. de noxali. cum ſimilibus. Iſto ergo reſpectu ex quo inſtantia ſtatutaria eſt decurſa et ob id ſententia non ualet ſupplicatur ut reiterentur omnes termini ſimul et ſemel ac unico contextu pro qua practica facit glo. not. quam ibi ad hoc ponderat Barto. in. l. mutari. in principio. ff. de procura. et Panor. in capi. quia Gu. de iudi.

Que acta pereunt perempta inſtantia.

De reiteratione terminorum unico contextu.

debet tamen prius reficere expenſas ut ſupra. et uide quod de reiteratione terminorum dicit Deciſio.cxxxvi. incipit ſi mandetur in nouis.

Quando heres inſtitutus in aliqua hereditate conuenitur a pluribus creditoribus uel aliis pretendentibus habere aliquod ius in bonis et rebus dicte hereditatis ſi adiuit cum beneficio inuentarii iuxta.l.fin.C.de iure delib.ne in uariis curiis habeat diſtrahi poteſt petere commiſſionem ut committatur uni iudici cauſa de et ſuper diſcuſſione bonorum aut termino quinquenali iuxta.l.fina.C. qui bonis cedere poſſunt poſtquam obtentam et preſentatam ſi ſuper aliqua re que ſit de pertinentiis dicte hereditatis conueniatur dictus heres coram alio iudice etiam ordinario puta uicario pape. tunc poteſt petere aliam commiſſionem cum prima preinſerta ad euitandum circuitus et expenſas ut illa cauſa a uicario auocetur et committatur primo iudici cum dicta cauſa diſcuſſionis audienda terminanda et decidenda prout iuris fuerit. et datur talis commiſſio argumento capitulo diſpendia.cum ſimilibus.de reſcrip.lib. ſexto ſed in pede commiſſionis adduntur iſta uerba ſimul uel ſeparatim. quod fit per rationem quam in ſuperioribus dixi in ſimili propoſito.

De clauſula ſimul uel ſeparatim.

Si pars innodata cenſuris obtineat committi cauſam ſuper nullitate cenſurarũ iuxta ea que habentur in.c.i.de appella.et in.c. per tuas.de ſen.excom.cũ ſimi. poteſt nihilominus alia pars petere commiſſionem et conceditur quod ſimul et ſemel procedatur ſuper cõfirmatione uel infirmatione ſentẽtie. et etiam ſuper pretẽſa nullitate cẽſurarũ.pro quo facit quia cõmixtio cõſeruãs ius partiũ et illis proficiẽs debet admitti ut probatur in.c.ii. de

cau.

cauſa poſſeſ. et proprie. ſecus ſi commixtio ius peruertat quia illa reprobatur.c. exhibita. de iudi. et ſupra iam bis dixi in ſimili propoſito.puto tamen quod queſtio ceſurarum poteſt prius expediri ſi de ea prius conſtet non obſtante tali cõmiſſione que habet quod ſimul et ſemel etc. quia hoc non tollit cõmiſſio.ſed ſolũ tollit priuilegiũ quod habet pretenſa nullitas cẽſurarũ ad quod optime facit cõcluſio Egidii.cccccvi. ubi formaliter dicit qõne ſpoliationis beneficii mota incidenter per modũ attemptati et lata una ſentẽtia ſuper attemptatis.ſcilicet pro ſuſpenſione petitorii ſi reus ſpoliator impetret cõmiſſionẽ ut premiſſis nõ obſtantibus procedatur ſuper petitorio et poſſeſſorio ſimul. nihilominus poteſt prius poſſeſſorium expediri ſi de eo prius conſtet per rationem de qua ſupra.

Si cõmiſſio habet quod ſimul et ſemel &c. nihilominus poteſt prius expediri de quo prius conſtat.

Si quiſpiam de ordine et religione ſancti Ioannis hieroſolimitani cõueniatur corã aliquo iudice etiã delegato apoſtolico põt petere cõmiſſionem et datur quod auditor camere inhibeat iudici et parti ne contra talem oratorem in illa cauſa procedat etiam ſub pena pecuniaria puta quingentorum ducatorum.tales enim debent conueniri coram Magiſtro Rodi uel certis ſuis iudicibus iuxta eorum priuilegia a ſede apoſtolica indulta Magiſtro Rodi et illi ordini.facit tex.cum ſua materia in.c. cum ordinem. de reſcrip. cum multis ibi per doct.

Stilus ſignature eſt in obligationibus que fiũt in forma camere nõ dare abſolutionẽ a iuramento ad effectũ agendi. ad quod facit in ſimili bonus tex.in.c.ſuper hoc.de renunc.et in.c.ſollicite.de reſtitu.ſpol. ſi tamen ſit facta aliqua tranſactio ſimoniaca ſuper beneficio et una partium obligauit ſe cum iuramento in forma camere certe ſi petat trãſactionem tanquam ſimoniacam

Datur cõmiſſio adverſus obligationẽ ſimoniacam factam etiã i forma camere.

reſtandi datur ſibi commiſſio. nec eſt neceſſe tali caſu apponere in pede commiſſionis iſta uerba non obſtante iuramẽto. quia cum tranſactio reſignatio et quilibet actus ſimoniace celebratus non teneat etiam in preiudicium reſignantis et paciſcentis. ut notat Innocen.in.c.cum univerſorum. de rerum permutatio. Archi.in.c.dudum.in princi.de prebend.lib.vi.et glo.in.c.ſuper hoc.de renuncia.nimirum ſi etiam non ualidatur iuramentum alias eſſet uinculum iniquitatis contra ſuam propriam naturam.c.et ſi Chriſtus de iureiuran. cum ſimilibus. non eſt ergo neceſſe apponere in fine illa uerba. quia ut dixi in hoc caſu ſimonie iuramentum nõ tenet. Immo poſſet teneri quod ſit ipſo iure nullum.quia iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis quale eſt in hoc caſu ſimonie eſt nullum. cum ita demum debeat ſeruari ſi ſeruatum non uergit in diſpendium ſalutis eterne.c.quamuis.de pact.lib.vi.et in.c.licet.de iureiuran.eodem lib.preterea tales conuentiones ſunt turpes conſequenter non ualidantur iuramento.l. generaliter. et.l.ſi plagii.ff.de uerbo.obliga.et ibi notat Bar.et latius in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſoribus.nec obſtat tex.in.c.primo et capitu. debitores.de iureiuran. que iura probant quod iuramentum preſtitum per debitorem ſuper ſoluendis uſuris mero iure tenet et obligat iurantem patet.quia recipiẽs cogitur illud relaxare ex quo continet peccatum relaxatio enim preſupponit uinculum c.ad diſſoluendum.de deſponſ.impube. et in.l.decem.de uerbo.obliga.quia reſpondetur ad iſta iura quod procedunt quando iuramentum cõtinet turpitudinem et peccatum ex parte ſuſcipientis tantum prout in caſu dictorum iurium. nam promittens ſoluere uſuras non peccat ſecundum Panormi. ibidem. de

Quãdo iuramentum obligat iurantem uel ſit ipſo iure nullum.

quo per Innoc.in.c.ſuper eo.de uſur. Sed quando ex utriuſque uidelicet recipientis et preſtantis iuramentum continet turpitudinem et peccatum tunc non eſt opus aliqua relaxationem quia ipſo iure non ualet regula nō eſt obligatorium.lib.vi.c.ſi uero. de iureiurā.et.xxii.q.iiii. per totum.

Si in cauſa prophana petitur procedi reiectis quibuſcunque nullitatibus ſi que ſunt preterquā ex defectu iuriſdictionis conſtito de bono iure ſuper negotio principali. datur talis cōmiſſio ante latam ſententiam ſine aliqua refectione expenſarum.prout etiā in beneficialibus ut in ſuperioribus dixi ſed iſtud credo habere locū quando proceſſus fuit factus in partibus et dubitatur quod ſubiaceat aliquibus nullitatibus tunc ſanantur nullitates ēt ſine refectione expēſarū ut dixi quia cōiter proceſſus qui portantur de partibus modicū ualēt ut dicit Egidius cōcluſio.lxxiiii.que incipit termini iſtātie etc.preterquā ſi eſſet defectus citatiōis iuriſdictiōis mādati.et ex capite iniuſticie qui defectus ſūt iſanabiles ut i ſuperioribus dixi uidi tamē ſanari nullitatē proceſſus agitati ēt i urbe uidelicet corā dominis cōſeruatoribus ſine aliqua refectiōe expēſarū niſi ſit aliqua nullitas iſanabilis ut ſupra.

Proceſſus qui portantur de partibus modicum ualēt.

Sed iſtud habet locū eo caſu quādo per partē aduerſam nō datur de nullitate proceſſus alias nō datur ſanatio etiam ante latam ſniam niſi refectis expenſis ſaluo quando allegatur paupertas tunc cōceditur reſeruatis expēſis in fine litis per illud quod habetur in.c.olim ſecūdū unū intellectū.de reſti.ſpo. et quod ponit Egid.cōclu.xliiii. et in tali caſu debet cōſtare de paupertate aliter quā per iuramentū eam allegantis et ita uidi ſeruari.

Quādo ſanatur nullitas in prophanis ſine refectione expēſarū.

Fatalia prorogantur aliquādo uigore bulle Innocentiane aliquando uigore commiſſionis bis ter quater et pluries arbitrio iudicis

De prorogatione fatalium.

et prima prorogatio datur ad annum iuxta.c. cum ſit romana. de appel.ſecũda ad ulteriores ad ſex mẽſes.que debẽt peti ante decurſum fatale alias eo in totum decurſo non datur prorogatio argu.tex.notabilis in.l.ſed et ſi manente.ff. de precario. et hoc etiã ad inſtantiã appellati uolẽtis in cauſa beneficiali proſequi cauſam appellationis extraiudicialis interpoſite in partibus ad papam quia obſtat ſibi decurſus fatalium ſecundũ aliquos dominos nec poteſt ſe iuſtificare ex taciturnitate et negligentia aduerſarii appellantis quia appellatus debuit petere infra tẽpus uel fatalium prorogationem uel inſtare ſuper expeditione cauſe. tẽpora enim ſunt cõmunia tam appellanti quã appellato.c.ſtatuimus.de elec.lib.vi.et in cle.ſi appellationem.de appel.alii et maior pars uoluerunt contrarium ut ponit deciſio Rote.ccccxlvii.que incipit nota quòd maior pars in antiquis.

Si petitur quod auditor procedat ad ulteriora non obſtante quòd alterum ex duobus beneficiis nominatis in preinſerta dicatur eſſe parrochialis cum in ueritate ſit beneficium ſimplex.et ob id fiat una reformatio.illa non datur ex quo talis reformatio non correſpondet preinſerte.et ſic auditor non habet iuriſdictionẽ ſuper ſimplici beneficio.facit.c.p.et.g.de offi.delega.

Quãdo datur reformatio ſup errore preinſerte reſpectu qualitatis beneficii uel nominis proprij.

Similiter ſi ſit erratum in preinſerta quo ad expreſſionem nominis proprii ipſius intruſi.licet non in cognomine non datur reformatio ſuper hoc niſi ille fuiſſet perſonaliter citatus uel diceretur in reformatione conſtito quod deueniſſet ad noticiam intruſi. iſtis caſibus daretur cõmiſſio errore nominis non obſtante facit l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de leg.i.et.l.iiii.C.de teſta.cum uulg.et propterea fuit reiecta una ſupplicatio quia ex premiſſis non erat iuſtificata propter ſolã equiuocationẽ nominis proprii

ad quod

ad quod facit bonus tex.in.c.inter dilectos. de fide inſtru. & quod not.per doc.in.c.fi.de reſcrip. et in.c. quoniam abbas.de offi.deleg.facit ad hoc deciſio Rote.cxxxiii.incipit error nominis.in nouis.licet dicat et maxime.etc.

Si appellatus ſuper appellatione aduerſarii in cauſa prophana obtineat cõmitti per breue cãm in partibus appellãs qui ĩterpoſuit dictã appellationẽ nõ auditur ſi petat cãm a partibus aduocari et cõmitti ĩ rota quãuis dicat ſe paratũ iurare quod nõ ſperat poſſe cõſequi iuſticie cõplemẽtũ in partibus et ratio eſt quia cauſe prophane nõ ſolẽt de partibus cõmitti in curia nõ expreſſo cõſiderabili ualore et multo minus aduocari cũ nõ ſint fori noſtri.c.ſi clericus laycum de fo.compe. cum ſimilibus.

De aduocatione cauſarum de partibus in curiam.

Nec multum eſt in conſideratione quod orator dicat ſe paratum iurare cum multi ſint faciles adiurandum et ſepe ac frequenter deieratur unde non habetur conſideratio ad tale iuramentum propter periculum animarum. argu.c. clericos de cohabi. cleri. et mulie.et.l.ii.C. de indic.uidui.

Et iſta etiã de cã nõ ſolet cõcedi aduocatio cauſarũ ſuſpiciõis gratia niſi narratis cauſis militãtibus quo ad ſuſpitionẽ.nec ſufficit ĩ genere dicere iudicẽ fore amiciſſimũ aduerſario et oratori ſuſpectiſſimũ ſm iura canonica licet aliud ſit de iure ciuili.l. apertisſimi.C. de iudi. nec hodie ſm aliquos pratichos fit cõſideratio ad iuramẽtũ perhorreſcentie de quo in.c.ſtatutum.§. cum uero.de reſcrip. lib.vi.et hoc propter periculũ animarum ut dixi. et ita uidi quaſdas commiſſiones reiectas. quod facit contra illos qui dicunt quod omnia conceduntur pro deferendis cauſis ad curiam. cauſa illam bonificandi.ſed ego uidi non concedenda non concedi ut patet ex premiſſis.

An hodie fiat conſideratio ad iuramentũ perhorreſcentie.

Signatura nõ dat regulariter adiũctum.

Predictis reſpectibus ſignatura non conſueuit concedere adiunctum ſine urgenti cauſa & magna iuſtificatione uel in cauſa criminali.& hoc propter intricationes cauſarũ & proceſſuum exinde prouenietium ut in ſuperioribus dixi.& ideo fuit reiecta una cõmiſſio per quã petebatur cõmitti cãm appellationis cũ clauſula adiũcti in euẽtum preuẽtionis per partẽ aduerſam. quod procedit ſine dubio in Romana curia ubi nõ habet locũ diſpoſitio.c.oblate.de appel.imo ſtatim datis apoſtolis pars appellata põt impetrare cõmiſſionẽ ſuper appellatione & ſic preauenire appellãtem ſecundũ Io.mon.ſuper rubrica.de reſcrip.

Diſpõ.c. oblate.non ſeruatur in curia.

Idem forte habet locũ extra curiã quãdo ad inſtantiã appelllati cõmittitur cauſa appellationis per breue. & ſit ratio ut citius finis litibus imponatur.c.finẽ. de dolo & contu. & ut circuitus uitetur clem. Auditor.de reſcrip.

Que rationes habent locũ etiam in commiſſionibus extra curiã. licet aliud ſentiat una deciſio rote.ciiii.que incipit. Capitulũ oblate.& eſt eadem in antiquis.quicquid ſit in hoc reiecta fuit prefata ſupplicatio circa adiũctũ in euẽtũ preuẽtionis ut ſupra cancellaria tamẽ ĩ ſuis reſcriptis ſeruat.c.oblate.prout dicam in materia reſcriptorum.

Per. iſtã ſignaturam nõ admittitur ad proſecutionem cãe ille qui ceſſit ppĩ potẽtiã litigandi.

Vnus ex colligantibus nõ ſperãs poſſe proſequi cãm propter impotentiã ſoluẽdi regiſtrũ pro parte ſua ceſſit liti et cãe.nõ admittitur ſi petat hoc nõ obſtãte reſtitui ad proſecutionẽ cãe ĩ ſtatu quo erat ac ſi nõ ceſſiſſet.et rõ eſt quia cã quantũ ad eũ dicitur finita.et iõ iterũ ſuſcitari nõ debet per reſcriptũ principis.l.cãs uel lites.C.de trãſac.ex quo.n.ſpõte ceſſit ſuccedit rõ que dictat ꝙ remittẽtibus actiões ſuas nõ ẽ dãdus regreſſus ad eas.l. queritur.§.ſi uẽditor.ff.de edil.edi.facit.c.ſuper hoc.de renũ.

DE RESCRIPTIS IN FORMA BREVIVM.

POST cōmiſſiones et aliqualē earū noticiā quia ille cōcernūt cās inceptas uel incipiēdas in curia Romana prout in precedētibus cōpēdioſe dixi attēto quod in illis nō pōt dari firma regula et certa doctrina circa oīa negotia propter diuerſitatē caſuū occurrētiū et uarietatē tēporū per que ſignatura cōmiſſionū multipliciter et ſepiſſime uariatur iuxta tex.i.c.nō debet.de cōſan.et affi.iō poſt precedētē tractatū dicēdū ē aliquātulū latius de ſecundo genere reſcriptorū que reſpiciūt cās īceptas uel īcipiēdas extra romanā curiā et ſimiliter alia negocia cōtinētia gratiā que cōmittūtur et expediūtur uigore huiuſmodi reſcriptorū in partibus.

Horū reſcriptorū due ſunt ſpecies principales. A ut.n.expediuntur in forma breuis. aut per cancellariā procurātibus illa procuratoribus audiētie contradictarū ſanctiſſimi. D.N.Pape.

Sed prius dicēdū eſt de reſcriptis in forma breuiū.que cōficiūtur a ſolis ſecretariis et per papā ſignātur in cera rubea annulo piſcatoris ſupplicatione introcluſa in breui.quādoque tamē fiunt abſque ſupplicatiōe introcluſa.ut ſtatim dicā.et habēt eandem uim quā reſcripta prout dicit gl.ii.in ſupraſcriptiōe extrauagātis unigenitus et refert Feli.in rubrica.de reſcrip. appellantur autem breuia quia fiunt et ſcribuntur breuibus uerbis ſecundū Bal.in.c.primo.de controuer.inueſti.

Breuia a quibus cōficiunt' & qūo ſignātur.

Aliquando non habent ſupplicationē introcluſam. prout quando conceditur per breue diſpenſatio de nō promouendo ad certū tempus cuius tenor ſequitur.et eſt talis forma.

Forma breuis de non promouendo ad tempus.

Iulius Papa.ii. Dilecte filii Salutem et apoſtolicam benedictio-nem cupientes commodis tuis quantum cum deo poſſumus pa-terna benignitate conſulere tuiſque in hac parte ſupplicationi-bus inclinati. Tibi ut ratione Archidiaconatus eccleſie tragu-rien. quem ſicut aſſeris in dicta eccleſia obtines. aut cuiuſcũque alterius beneficii eccleſiaſtici curati uel alias ſacros ordines re quirentis per te pro tempore obtenti ad aliquem ex ſacris etiã ſubdiaconatus ordinibus ad biennium a data preſentium com putandũ. ut interim te in diuinis officiis melius inſtruere poſſis te promoueri facere minime teneâris. nec ad id íuitus a quoquã cõpelli ualeas preſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Pro-uiſo etc. non obſtantibus etc. datum ſub annulo piſcatoris etc.

Vigore iſtius diſpenſationis non tenetur taliter diſpẽſatus interim promoueri etiam ad ordinem ſubdiaconatus ut apparet ex te-nore breuis ad quod arctatur diſpenſatus per ordinarium ra-tione ſtudii ad ſeptenniũ ut in. c. cum ex eo. de elec. lib. vi.

Prorogatio de non promouendo ad annum.

Conſueuit etiã dari ſecunda diſpenſatio ſeu prorogatio per aliud breue ad annũ. narrãdo primã diſpenſationẽ per hec uerba. Dudum tecũ ut ratione quorũcunque beneficiorum. etc. que diſpẽ-ſatio narratur ſaltem in ſubſtantia ne ſecunda ſubiaceat ſub-reptioni iuxta text. in. l. ii. de filiis presbiterorum. libro ſexto et quod ponit Oldra. conſi. ccxv. quod incipit pũcta breuiter. Poſtea ſequitur tenor breuius. uidelicet.

Cũ aũt ſicut nobis nuper exponi feciſti finis dicti biẽnii inſtare no ſcatur etc. Biẽniũ predictũ intra ꝙ ſicut aſſeris adhuc ex iſtis ad annũ ab illius ſine computandũ extẽdimus et prorogamus.

Aliquando fit prorogatio etiam ad longius tẽpus ſed nõ ultra triẽ nium niſi petens fuerit in ſubdiaconatus ordine conſtitus ſal-

tem infra annum aut alias fuerit legitima prorogationis cauſa et ita ſeruatur. ſed non ſolet cōcedi tali caſu per breue ſed per bullam gratia.

Et nota quia ut uides debet fieri prorogatio dum diſpenſatus exiſtit intra primum tempus et non eo elapſo per.l. ſed et ſi manente.ff.de precar. nam tempus elapſum non poteſt prorogari ſed datur noua conceſſio uel diſpenſatio quod intelligerē procedere quando prima et ſecunda diſpenſatio ſunt eiuſdem nature et ab eodē conceduntur puta a Papa quo caſu debet fieri prorogatio intra primum tempus et eo nondū elapſo ut ſupra. Secus ſi concederētur a diuerſis puta poſt diſpēſationē conceſſam a Papa de non promouēdo ad tēpus. nam eo ēt elapſo poſſet ordinarius rōne ſtudii cū eodē diſpenſare ad ſeptenniū iuxta dictū.c.cū ex eo.nec iſto caſu procederet illud quod ſupra dixi per.l.ſed et ſi manēte ad quod bene facit gl.no.in.c.hii qui. de preben.lib.vi. dum in ſimili queſtione reſpondet ad dictam l.ſed et ſi manente.

Prorogatio qn̄ dēt fieri et quo tempore.

Tutius tamen eſt obtinere per breue apoſtolicū huiuſmodi diſpenſationem ratione ſtudii que datur etiam ad omnes ordines ex iuſta cauſa.ut quia petens ſecū diſpenſari non percipit fructus eccleſie pro qua eſt aſtrictus ex eo quod alteri puta illam reſignanti ſunt reſeruati loco penſionis.

Quid autem ſi cum diſpenſato per papam de non promouendo exiſtente adhuc intra illud tempus epiſcopus diſpēſat ratione ſtudii an per iſtam ſecundam diſpenſationē uideatur a prima receſſum quo ad reſiduum tēporis ita quod ſtatim incipiat currere tēpus ſecunde diſpenſationis puto quod ſic arg. c.ueniens cum ibi notatis.de preſcript.et ponit oldra.conſil.cciii. in fine

Per ſecundā diſpenſationē tollit prima circa idē.

quod incipit factum tale eſt etc.

Inſuper conceditur aliquando diſpenſatio per breue ad beneficia incompatibilia.precipue ad duas dignitates obtinendas in una eccleſia ad duos menſes.item ad duos canonicatus et prebendas ad quattuor menſes poſt habitã pacificã poſſeſſionẽ raro tñ et cũ difficultate diſpenſatio et habilitatio dantur per breue.

Aliqñ cõcedit diſpenſatio ꝑ breue ad beneficia incompatibilia.

A duertendum tamen eſt quod quando Papa diſpenſat cũ aliquo ut poſſit plura beneficia incompatibilia ſimul perpetuo uel ad tẽpus retinere ut ſupra debet intelligi de beneficiis alias canonice adeptis ſecundũ panor.per illum tex.in.c.dudum lo.ii.de elect.in pe.not.ſolum enim operatur talis diſpenſatio ut ei pluralitas non noceat non autem conceditur titulus de nouo ſi beneficia eſſent minus canonice adepta niſi aliter fieret expreſſio magis ſpecialis ad quod facit bonus tex.in.c.ſi gratioſe.in fin. de reſcrip.lib.yi.et melior in.c.non poteſt.§.i.et.ii.de preben. eodem lib.ubi dicitur quod prouiſio alicui facta per ſedẽ apoſtolicam de beneficio non obſtante quod aliud habeat diſpẽſationẽ ſuper utroque retinendo non inducit et hoc quia in diſpẽſationibus fit ſtrictiſſima interpretatio.c.i.et.ii.de filiis presbyterorũ lib.yi.& propterea extat una regula cancellarie qua diſponitur quod per quãcunque ſignaturam in quauis gratia nulla diſpenſatio ueniat niſi ſuper diſpenſatione principaliter ſit facta uel ſi alias nihil operaretur.

Quid operat̃ diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorũ

Solet etiam per breue concedi facultas ſeu licentia teſtandi de bonis intuitu eccleſie queſitis ad certam ſummam & pro parua ſũma datur in forma nec conſueuit tali caſu componi cum datario alias ſic quia de modicis non curatur.l.ſcio et in cap. & ſi queſtiones cum uulga.

Licentia teſtandi ſolet ꝑ breue cõcedi.

Et cum religioſis circa facultatē teſtandi parcius diſpenſatur quia non datur eis talis licentia niſi de licētia eorum ſuperioris arg. c.cum ad monaſterium.de ſtat.reg.& in clemē .religioſus.de procu.item de non magna ſumma per illud quod in ſimili po nit Egid.cōclu.ccxlvii.ubi dicit quod frater minor epiſcopus de bonis eccleſie modicū quid uidelicet.xxx.florenos propter impenſa obſequia donare poteſt.facit.l.iubemus.C. de ſacr. eccle.et.c.ceterum.de donat.

Licentia teſtādi de licentiam ſuperioris.

Vidi tamen religioſo Epō concedi facultatem teſtādi ad ſummā decem milium ducatorum.datur aūt ad maiorem uel minorē ſummam arbitrio pape qui in hoc debet informare ſuum arbi trium ex iuſtis et rationalibus cauſis alias non poteſt ſine iuſta cauſa hanc licentiam teſtandi concedere ut ſingulariter probat panor.in repe.c.cum eſſes in.xv.col.de teſta. ratio eſt quia ſe cundum opinionem ueriorem dominium rerum eccleſie nō eſt penes papam.ſed penes deum iuxta notata per innocen. et do cto.in.c.cum ſuper.de cauſa poſſeſ.et propri.ubi hoc tenui iſto anno legendo per tex.in.c.cum ex eo.de electi.lib.vi.cum mul tis aliis iuribus et rōnibus.ſi igitur hec bona dei ſunt et ex fru ctibus eorum debeat ſubueniri egentibus. ut in cap. uidentes xii.queſtione prima.certe ſecundum abba.nulla ratio permit tit ut quod pro communi utilitate datum eſſe dinoſcitur uſi bus cuiuſque aplicetur.c.ratio.de preben. Dicit etiam ibidem panormi.quod licet clericus ſimpliciter de bonis eccleſie teſta ri non poſſit ſi tamen tantundem de ſuo proprio eccleſie con tulerit qcantum unlt alienare hoc bene ei licebit. allegat cap. ſi epiſcopus duodecima.queſtione quinta.dummodo ante alie nationem rei eccleſiaſtice conferat tātundem de ſuo proprio.

In licentia teſtandi debet ſubeſſe iuſta cauſa alias nō ualet.

Dominium re⁊ eccleſie eſt penes Deum.

Clericus cōferēs prius tantūdē de ſuo pōt de bonis eccleſie teſtari.

ſecus ſi poſt ut ibi latius per eum.

Datur per breue licẽtia uendendi bona eccleſiaſtica precipue terras & poſſeſſiones incultas & ſteriles et pecuniã exponendi in aliis bonis ĩ euidẽtẽ eccleſie utilitatẽ iuxta.c.terrulas. xii.q.ii. & in auc.itẽ prediũ.C.de ſac.eccle.ponit glo.in uer. monere in.l.ſi fundus.ff.de rebus eorũ. Sciendũ tñ eſt quod iſtud conceditur per breue ſupplicatione introcluſa uel per reſcriptum apoſtolicũ in forma dilectus.tunc demum & eo caſu qñ ualor non excedit centũ ducatos aut annuus cenſus quinque ducatos & tunc in clauſulis ſupplicationis debent dici iſta uerba. Et per breue. S. V. hac ſupplicatione introcluſa uel quod litere per cancellariã expediantur per reſcriptũ apoſtolicũ in forma dilectus attento quod precium non excedit cẽtũ ducatos &c.

Licentia ſi in euidẽtẽ qñ datur ꝑ breue.

Alioquin nõ datur per breue ſed per bullã.ſed qñ eſt in urbe tũc per ſolã ſignaturã debet tñ tunc exprimi titulus prelati uel canonici cui cõmittitur dr̃ ẽt in clauſulis ſuper tali materia. Et ꝙ pecunia apud edem ſacrã uel aliquẽ probũ uirũ deponatur donec pro aliis bonis ſtabilibus exponatur ad quod bene facit tex.in.l.acceptã.C. de uſur.demum ĩ fine clauſularũ ſemper ponitur hec clauſula uidelicet & ſi in euidentẽ quod ideo ponitur uel ſi non eſt in clauſulis.debet poni per referendariũ in pede ſupplicationis ad hoc ut ſignatur ponat illa uerba in ſignatura attẽto quod ĩ hac materia ſolet fieri difficultas ſuper alienatione hmõi bonorũ pp diminutionẽ dotis et ideo qñ aliquis petit quod poſſit alienare ſine uẽdere poſſeſſionem uel aliquid aliud ĩmobile ſue eccleſie ad effectũ reparatiõis domus uel eccleſie tũc cõſueuit proponi ſupplicatio in ſignatura quia ut dixi ſolet in ſimilibus fieri difficultas propter diminutionem dotis

Clauſule q̃ ponũtur in ſupplicatione ſi ĩ euidentem.

facit.c.nulli liceat & .c.qui abſtulerit.xii.q.ii.& in.c. res. iuncto.c.uidentes.xii.q.i.cum ſimilibus.

Conſueuit etiam aliquando concedere Papa per ſuum breue ſupplicatione introcluſa et mandare quòd prouiſus de aliqua dignitate uel beneficio ponatur in poſſeſſione per executorem in partibus.ante expeditionē bullarū.quo caſu non poteſt opponi de regula cancellarie contraria diſponente nō debere iudicari ſm tenorē ſupplicationis concernentis gratiā ſed ſm tenorem litterarū expeditatis nec etiā pōt opponi de extrauaganti Bonifa.viii.que in.c.iniuncte.nā ex quo conſtat de uolūtate pape & de eius certa ſcientia non habet locū prefata regula uel conſtitutio cui per hoc uidetur derogare arg.l.quidā conſulebāt.ff.de re iudi.ff.de excuſa.tu.l.idē uulpianus.§.i.ff.de off.pretoris.l.barbarius notat gl.in.c.ii.de ſciſmat.in.c.ſtatutū.ſuper uerbo.literarū.de reſcrip.lib.vi.et in clemē.et ſi principalis.in uer.obſeruari per que iura probatur quòd cū princeps concedit aliquid incapaci ex certa ſcientia uel facit actum cōtrariū iuri eo ipſo ſuper incapacitate uel iure cōtrario diſpenſare cēſetur ergo ualet tali caſu inductio in poſſeſſione nō obſtā. premiſſis. imo dicunt aliqui quòd non datur priuatio illius qui cum ſola ſupplicatione ſe intruſit. Quod ē ualde mirū pp predicta.

Per breue ſolet aliqñ concedi & dari poſſeſſio bñficii.

Diſpenſationes matrimoniales nonnunquā conceduntur in forma Breuis conſueuerunt tamen cōiter remitti ad Datarium propter compoſitiones.quod iuditio meo bene ſonat in auribus fidelium precipue laycorum qui ex hoc ſcandalizātur ad quod facit bonus tex.in.c.fi.de tranſac.aut enim nō ſubeſt iuſta cauſa diſpenſandi.et tunc non deberet concedi diſpenſatio etiam cum compoſitione quia non eſt tutus quo ad Deum cū quo Pa

Diſpenſationes matrimōiales in forma breuis.

pa diſpenſat ſine cauſa iuxta glo.in.c.non eſt. de uoto et in.c. quanto de iureiuran.aut adeſt iuſta et legitima cauſa et tunc deberet liberaliter diſpenſari ceſſante qualibet compoſitione. nam tunc gratia et ſic diſpenſatio dicitur quodāmodo debita iuxta notata in.c.bone.lo.ii.de poſtu.prela.et in.l.i.§.permittitur.ff.de aqua quot.et eſti.iuſta autē cauſa diſpenſandi in gradibus a iure diuino prohibitis eſt bonum quietis et pacis quia non niſi in pacis tempore bene collitur auctor pacis ut in cle.ſuper cathedram.de ſepulturis facit.c.ii. de deſpon. impub.ubi tolleratur cōtractus matrimonii inter incapaces ex defectu etatis qnando ex eo ſequitur bonum pacis.

Que ſunt iuſte cauſe diſpenſandi ſup̄ matrimonio.

Similiter eſt iuſta cauſa diſpenſandi ut matrimoniū in gradu prohibito de facto contractū tolleretur quando ex ſeparatione graue ſcādalum oriretur.c.quia circa de conſang.et affi.Sicut et alias diſpenſatur ut firmum maneat matrimonium de facto cōtractum in gradu prohibito in quo lungo tēpore perſeueratum fuit et inde ſuſcepta proles.c.de gradibus.xxxv. q. viii. & in c.non debet.de conſang.et affi.facit ad predicta.c. ut cōſtituer etur.l.diſt.et in.§.niſi rigor.i.q.vii.et quod per Roma.conſi. cccvii.ex quibus poterit inſtrui uolens formare ſupplicationes in premiſſis.

Altare portatile non datur per breue niſi ex fauore & ſingulari gratia.nec deberet cōcedi paſſim et indifferenter omnibus ſed tantummodo nobilibus aut graduatis uel alias dignis perſonis argu.in auct.ut in pri.do.ſacr.miſ.non fiant.col. v. bene facit c.fi.de offi.deleg.& in.c.de multa in fi.de preben.iuncta cle. unica.de babtiſ.et etiam non ſolet concedi in locis apoſtolica. ſed ordinaria auctoritate interdictis prout audiui ab officialis

Altare portatile non datur per breue regulariter.

bus.et tunc ſolum in petentis et familiarium ſuorum domeſti-corum preſentia niſi eſſet uir dignus et qualificatus tūc poteſt dari ēt in preſentia aliquarum aliarū perſonarū. & in forma.

Datur per breue licentia ueſcendi lacticiniis, ouis, et carnibus. de conſilio tamen utriuſque medici. id eſt anime & corporis. An autem medicus anime hoc eſt presbiter parrochialis debeat cre-dere ſuo parrochiano dicenti ſe habuiſſe conſilium a medico corporis ut ob aliquam iuſtam cauſam ueſcatur premiſſis. pu-to quod ſic quia non eſt preſumendus immemor ſue ſalutis. c. ſancimus. i. q. vii. et in. c. ſignificaſti. ii. de homic. ad quod bene facit quod notat glo. in clemen. i. in uer. habita. de priuileg. et in. c. placuit. de peniten. diſtin. yi. & in. c. tua nos. in glo. de ſponſa. et matrimo. Quid autem ſi licentia nihil diceret de carnibus. ſed ſolummodo de lacticiniis et ouis an tunc com-prehenderetur ſanguis. glo. in. c. ſi. lxxxii. diſtin. dicit quòd ſic de quo me remitto ad barba. in ſuo tractatu de preſtan. Car-di. in prima. q. col. y. uerſi. et eleganter dixit Guil. — *Licētia ueſcendi lacticiniis dat per breue.*

Licentia doctorandi extra terras eccleſie non debet dari per bre-ue et ideo Reges Hiſpanie habent indultum quod nullus etiam uigore breuis doctorari debeat niſi prius in aliqua uni-uerſitate eiuſdem regni fuerit examinatus. conſueuit tamen de-rogari tali indulto et alias conceditur huiuſmodi licentia per breue ex gratia. — *Licētia doctorandi p breue.*

In urbe autem datur ſub ſola ſignatura. et committitur alicui pre-lato uel aduocato Conſiſtoriali adhibitis duobus uel tribus eiuſdem facultatis doctoribus uel licentiatis. qui quoad hoc habentur pro doctoribus ex quo ſunt licentiati et de proxi-mo cingendi uulgata. l. penulti. ff. de mili. teſtamen. facit bo- — *In urbe licentia docto. datur ſub ſola ſignatura.*

nus text.in.l.qui pene.ff. de manumiſ. & in. c.fina. de iude. ubi probatur quod pari priuilegio gaudet id quod eſt in eſſe productum & id quod eſt in fieri & in potentia propinqua. Additur ēt in hm̄oi licentia doctorādi hec clauſula. uidelicet et aſſiſtētiū uotis iuratis. et hoc ideo ponitur quia doctores examinantes ſcholarē doctorandū debent iurare ſaltē de credulitate ſuper ſufficientia illius ſecundū bart. in probe. fforum. ad quod bene facit tex. in. l. nemini. C. de aduo. diuer. off. ubi doctor atteſtatur iureiurādo de peritia ſcholaris formā aūt hm̄oi iuramentū ponit panor. in. c. propoſuiſti. de proba. in pe. col. uidelicet. quod non priuato odio neque amicitia etc. & quod id quod deponunt perceperunt ſecundum peritiam artis eorum. & credunt ita eſſe ut colligitur ex. c. quotiens. de teſtibus.

Forma iuramēti aſſiſtentiū doctorum.

Vidi ēt ī urbe per ſolā ſignaturam dari licentiā iudeo aſſumendi gradū doctoratus ī medicina uigore cuius fuit doctoratus per collegiū medicorū me ibi exiſtente et auctoritatē preſtāte uice et noīe dn̄i mei reuerē. cardina. s. Geor. camerarii et uice cancellarii ſtudii romani, et dixi ibi quod ille iudeus nō potuiſſet doctorari alias ſine ſpāli licentia. S. D. N. quia doctoratus ē dignitas a qua arcentur iudei tanquā infames ſecundū bar. in l. fin. C. de iude. & in. l. oēs. C. de decur. lib. x. ponit abb. in c. clerici. de iudi. & in. c. propoſuiſti de probatio.

Iudei non pn̄t doctorari ſine ſpeciali licentia principis.

Licentia recipiēdi reliquas ex capella monaſterii. ſ. Anaſtaſii triū fontiū et portādi ad partes datur ſimiliter ſub ſola ſignatura ī qua cōſueuit addi clauſula et de licētia Comendatarii dicti monaſterii ad quod facit bonus tex. in. c. corpora. de conſecra. diſtin. i. ubi dicitur quod nemini licet corpora ſanctorum de loco ad locum transferre ſine conſilio Principis id eſt Pape

Licētia extrahēdi reliquias detur ſub ſola ſignatura.

facit.l.oſſa.ff.de relig.Immo nec corpus cuiuſlibet alterius traditum iam perpetue ſepulture licet transſferre de una eccleſia ad aliam niſi habita ſimili licentia et ex rationabili cauſa.l. ulti.C.de religioſis.et tunc ſolent in ſignatura addi hec uerba. uidelicet ſine preiudicio argumento.l.ii.§. ſi quis a principe ff. ne quid in loco publi. cum uulg.

Quando aūt eſt depoſitum ſolūmodo in eccleſia hoc eſt qn̄ corpus non eſt traditum perpetue ſepulture licitum eſt illud transſferre ad alium locum ſine licentia et auctoritate alicuius ſecūdum glo.in.d.c.corpora per.l.ſi nec dum.C. de religioſis dūmodo transſferatur ad locum ubi alias uiuus ſtare poterat quia cadauera rebellium uel confinatorum non poſſunt ſine licentia principis reduci ad ciuitatē in qua uiui ſtare non potuerunt ſm Bar.per illū tex.in.l.ſi quis in inſula.ff.de cada.puni.ſequitur Card.in cle.i.de peni.et remi.et Bal.i.l.ii.C.qui teſt.fa.poſ. Cadauer cōfinati extra ciuitatem nō pōt reduci ſine licētia patris.

Pari modo datur ſub ſola ſignatura licentia uiſitandi ſepulchrum dominicum et alia loca ultramarina etiam pro abſentibus & pro religioſis de licentia tamen eorum ſuperioris et hoc ne ſub ſpecie peregrinationis uagentur et diſcurrant per diuerſas mūdi partes.c.ſi cupis.xvi.q.i. ſi quis tamen in premiſſis et multis aliis que dantur ſub ſola ſignatura uellit expedire literas in forma breuis de facili audietur et erit gratum officialibus ſolent enim multi precipue uenientes de partibus eſſe multum curioſi et non credentes in premiſſis ſolam ſufficere ſignaturam expediunt literas ſiue in forma breuis uel alias per Cancellariam. et ſic uidi aliquos expedire cōfeſſionale quod alias datur ſub ſola ſignatura etiam de caſibus reſeruatis iuxta.c.de multa.de uoto et quod not.in.c.quod tranſlationem de offi.lega.ſemper Confeſſionale & facultas recipiendi ſacramēta.

tamen in clauſula de reſeruatis addun tur iſta uerba uidelicet caſibus in bulla cene domini cōtētis dūtaxat exceptis. Similiter conceditur petentibus q̄ poſſint recipere ſacra eccleſiaſtica a quocūque catholico ſacerdote. ſed tūc ſolent addi hec uerba. uidelicet preterq̄ in paſcate & ſine preiudicio. ad hoc ē dictū Abb. & doc. in. c. oīs de penit. & remiſ. ubi dicit per illū tex. quod cōfeſſio debet fieri proprio ſacerdoti ſemel ſaltē ī anno uidelicet in paſca reſurrectiōis domini ēt ſi talis habeat licētiā cōfitēdi cuilibet alteri. et ītellige propriū ſacerdotem iſto caſu rōne domicilii ubi audit diuina per annū ſm glo. in. c. placuit de peni. di. vi. quia et ibi decimas perſonales dare debet. c. nouum genus. de decim. facit quod notat Car. in clemen. paſtoralis. §. rurſus. de re iudicata.

Licentia promouēdi extra cu. dat̄ p breue.

D*atur per breue licētia promouēdi extra* R*omanā curiā a quocūque catholico antiſtite ad oēs ordīes in qua cōſueuit addi hec clauſula. uidelicet de licētia ſui ordīarii. facit. c. nullus de paroch. & . ix. q. ii. per totū.* P*apa. n. nō intēdit facere preiudiciū propriis ordinariis arg. c. peruenit. xi. q. i. fit ēt hoc ad obuiādū fraudibus nā multi propter exceſſus per eos cōmiſſos a ſuis ordīariis repulſi cōfugiūt ad alios ordīarios q̄bus exceſſus hmōi ſunt īcogniti et recipiūt ab eis oēs ordīes uirtute hmōi breuis. et iō ſēper debet addi dicta clauſula. facit. c. i. de tēp. ord. lib. vi.*

In urbe huiuſmodi licētia promouendi datur ſub ſola ſignatura. ſed epiſcopis & ſuperioribus ſolūmō cōceditur quod uno die dominico uel feſtiuo ad oēs ordines promoueri poſſint. & hoc eſt quo ad illos ſpeciale prout & pleraque alia iuxta tex. in. c. ii. de offi. dele. lib. vi. & in. c. quia periculoſum. de ſenten. excommu. eod. lib. cum ſimilibus.

Indultū de fructibus in abſentia percipiēdis nō datur per breue. ſed per bullā ſtādo in Ro.cu.uel in altero beneficiorū reſidendo ſeu ſtudio ubi illud uigeat generale inſiſtēdo.& eſt neceſſariū huiuſmodi indultū exiſtētibus in ſtudio qui alias de iure cōmuni nō percipiūt fructus ſuorū beneficiorū in abſentia ceſſante diſpēſatione cōſuetudine uel ſtatuto eccleſie ſecūdū gl. in.c.ii.de priui.li.vi.licet aliud dicat glo.in.c.de quibuſdam. xxxvii.di.de quo ibi late per domi.& per ſcribentes in.c.licet. de preben.& nota quòd huiuſmodi indultū nō comprehendit diſtributiōes quottidianas ſecundum glo.in dicto.c.ii.quia ille non dantur etiam prēſentibus qui non interſunt diuinis c.unico.de cleri.non reſiden.lib.vi.

Nō dat̄ p breue īdultū de fruc. percip.

Regulariter nō cōmittūtur appellatiōes in partibus per breue.niſi ex cā puta pro pauperibus.quibus in hoc et in multis aliis fauetur quia ſunt miſerabiles perſone ſuper quibus natura mouetur ad miſerēdū ſecūdū Io.an.in.c.ſignificātibus. de offi.delega. facit bonus tex.in.c.i.de poſtul.ubi dicitur ꝙ miſerabilis perſona eſt que per ſe nō pōt cām promouere propter paupertatē. Itē iuſta cā cōmittēdi appellationē in partibus per breue ē quādo alia pars habuit ēt per breue quia ī iudiciis equalitas ē ſeruāda.l.i ſacris.C.de proxi.ſacr.ſcri.li.x.et regula ī iudiciis et quod ibi notatur.li.vi.itē in terris eccleſie nō tamē paſſim ſed cū aliq̄li iuſtificatōe refert āt ꝙ cōmittatur per breue q̄a datur iudex petitus ꝙ ē mali exēpli iuxta.l. obſeruādū.ff. de iudi.

Appellatiōnes nō committunt̄ in partibus p breue niſi ex cauſa.

Solet etiā per breue cōmitti negotiū principale una cū cauſa appellationis.quod ideo fit ne ſcilicet continentia cauſe diuidatur l.nulli.C.de iudic.et.c.primo.de ſeque.poſſeſ.et fruct. Hinc eſt quod etiam in curia non committitur Auditori cauſa

graduaminis niſi cum toto negotio principali ut apparet ex deciſione Egidii.cccxix. incipien. ſi auditori et dixi latius ſupra in materia commiſſionum.

Quãdo cõmittitur cã appellationis ad inſtãtiam appellati.

Inſuper ad inſtantiam appellati committitur cauſa appellationis in forma ſua nobis.et hoc quando appellans infra octo menſes et ultra huiuſmodi ſuam appellationẽ non fuerit proſequutus. ad quod facit.c.oblate.cũ ibi no.de appel.licet illud.c. et eius diſpoſitio non ſeruetur in cauſis appellationum committendis in curia romana prout atteſtatur Deciſ. Rote.ciiii. in nouis. et. ccccxliiii. in antiquis.

Diſpoſitio c.oblate nõ ſeruatur in.ij.not.

In forma ſua nobis. uel ſignifi. cauit.

Et aduerte quando aliqua materia expedibilis per breue petitur expediri in premiſſa forma ſua nobis uel ſimili.tunc loco illius clauſule et per breue.S.V.etc.ponitur iſta clauſula et per reſcriptum. S.V. in forma ſua nobis uel ſignificauit que uia eſt commoda multis cum ſit celerior expeditio quam per breue.

Diſpoſitio et prorogatio ad duo ſemeſtria per breue cũ promoto ad locũ regularẽ.

Datur per breue diſpenſatio ad ſex menſes promoto ad locum regularem ſeu canonicalem portionem et ex iuſta cauſa conceditur prorogatio ad alios ſex menſes quod interim non teneatur ſuſcipere habitum per alios eiuſdem ordinis uel eccleſie geſtari ſolitum nec profeſſionem emittere regularem debet tamen peti huiuſmodi prorogatio infra primos ſex menſes et illis nõdum elapſis argu.l.ſed et ſi manente.ff.de precario.et demum a fine illorũ computatur ſecũdum ſemeſtre argu not.in.c. cum ex eo de elec.lib.vi.et tetigi ſuperius in ſimili propoſito.

Daťlicẽtia moniali ꝑ breue permanẽdi ex iuſta cauſa extra proprium monaſterium.

Moniali profeſſe certum ordinem in aliquo monaſterio datur per breue licentia tranſeundi ad aliud monaſterium monialium alterius ordinis cum mutatione habitus quia ut dicit tex.in cle.i. de elec. rationi nõ cõgruit ut homines diſparis profeſſionis uel habitus

habitus ſimul i eiſdẽ mõaſteriis ſociẽtur hoc tñ ſit iuſta cã ſub ſiſtente et de conſenſu ſuperiorũ ordinũ predictorũ et nõ alias.

Aliquando etiam ex iuſta cauſa conceditur per breue moniali ꝙ in domo ſui patris uel fratris extra monaſterium quoad uixerit religioſe permanere poſſit. De licentia tamen ſui ſuperioris & ea durante facit tex.in. c. periculoſo. de ſtatu regu.lib. vi.& quod habetur in. c.mulieres. de iudi. eod. lib. & inter alias iuſtas cauſas poteſt eſſe iſta uidelicet. ſi moniales illius monaſterii ſuſceperunt habitum alterius monaſterii. et ipſa que petit licentiam uelit permanere in habitu quem ſemel ſuſcepit et in ea uocatione qua uocata eſt quoad uixerit perdurare.& non uariare cum uariatio in perſonis maxime eccleſiaſticis reprobetur clemen.i.de renun.cum ſimilibus.

Datur per breue. Exẽptio ab ordinario.iuſta cauſa ſubſiſtente puta ſi ſubditus dicit ſuũ ordinariũ ſibi fore ſuſpectũ et inimicũ occaſione forte litis quã hẽt cũ eo.nã ex contẽtione ẽt iuridica oriuntur inimicitie & multotiens grauiſſime.c.i.ubi panor.& moder.de iudi.& in.c.itẽ cũ quis.cũ ſeq.de reſti.ſpol. & ob id conceditur hmõi exẽptio quia rõ naturalis dictat ꝙ inimici & ſuſpecti iudices eſſe non debent.c.quia ſuſpecti.iii.q.v.c.ſecundo requiris.de appel.et in.l.apertiſſimi.C.de iudi. reſtringitur tamen & limitatur huiuſmodi Exemptio in tali caſu. uidelicet.lite illa dũtaxat durante argu.c.ad hec.de appella. Exemptio ab ordinario per breue.

Homicida ẽt clericus abſoluitur per Breue a reatu homicidii oĩſque inhabilitatis ac infamie macula ſiue nota per ipſum occaſione homicidii cõtracta penitus et oĩno aboletur.ac ad oẽs et ſingulos priſtinos honores ſtatũ & famã reſtituitur et reponitur. Abſolutio, et rehabilitatio homicidii ꝑ breue.

An aũt uigore hmõi breuis poterit obtinere beneficiũ ſi ſibi confe

ratur puto quod ſic arg.tex.in.c.ii.in fi. de cleri. pug. in duel. maxime quia ut plurimũ uoluntario ẽt homicide petenti diſpẽ ationi datur ſignatura de abſolutione et obtẽtis et ad ſimplicia poſtea ſignatura poteſt ampliari iuxta qualitatem caſus homicidii argu.c.ſicut dignum de homicid.

Aliqñ ponitur clauſula pro presbitero homicida. uidelicet eo ad trienniũ ſuſpenſo a die perpetrati delicti.et extra locũ perpetrati homicidii.ſed an intelligatur rehabilitatus uolũtarius homicida uigore talis breuis ad miniſteriũ altaris.puto quod non niſi aliud expreſſe dicatur.uel niſi uelit ĩgredi religionẽ mẽdicãtiũ quo caſu datur rehabilitatio ad oẽs ordines ẽt ĩ altaris miniſterio.quia ingreſſus religiõis oẽm tollit irregularitatẽ in auc. de monac.in prin.et ĩ.c.i.lvi.diſ.uel ſaltẽ ĩducit facilitatẽ diſpenſandi ut not.gl.et doc.in.c.ii.de apoſta. et in.c.i.de fi.presby.

An deſ rehabilitatio homicide uoluntario ad miniſteriũ altaris.

Pari modo datur rehabilitatio ẽt in altaris miniſterio & ad beneficia quecunque illis qui fuerunt ptãtes uel alias iudices in cauſis criminalibus et tulerunt ſñias ſanguinis ex quibus illata fuerunt ultima ſupplitia.nam ẽt ex adminiſtratione iuſtitie in cauſa criminali & ſanguinis incurritur irregularitas. c. ſñiam ne cleri.uel mona.& in.c.ex literis.de exceſſ.prela. cum ſimi.In ſumma dantur huiuſmodi rehabilitationes in plus & minus iuxta qualitatem perſonarum & uarios caſus homicidii.

Diſpẽſatio per Breue ſuper defectu oculi.

Cõceditur diſpenſatio per breue petẽti ſecũ diſpẽſari ſuper defectu oculi ad oẽs ẽt ſacros et presbyteratus ordines et quod ĩ illis ẽt ĩ altaris miniſterio miniſtrare libere et licite ualeat dũmõ tamẽ in oculo tanta non apparet deformitas quod ex hoc poſſit in populo ſcandalum generari. Quaſi magis ĩpediat grandis macula ſeu deformitas oculi quam totalis clauſura cap.ii.

de corp.uiciatis.facit.l.qui clauum.§.i.ff.de edili.edict.

Aduertendū tñ eſt quod qñ ſupplicans in hoc caſu eſt abſens tunc cōmittitur ordinario ut diligenter inſpiciat oculum et defectū de quo ſupplicatur alias ſi eſt in curia pn̄s oſtendit ſe referē dario defectū hmōi poſtea relaturo.qñque ēt committitur alicui prelato ī curia reſidenti.promoto ad capellaniā hn̄tē annexum onus perſonale celebrandi in ea miſſas et alia diuina officia. datur diſpenſatio per breue ut eidē capellanie per aliquē ſufficiētem et idoneū uicariū deſeruiendo ac miſſas et alia diuina officia hmōi celebrari faciendo.eidē capellanie pſonaliter deſeruire minime teneatur ad qđ facit.c.ſignifi.cū ibi nota.de preb.

Diſpoſitio p breue pro promoto ad capellaniā hn̄tem onus celebrandi ut p ſubſtitutum deſeruiat.

Dantur ēt per breue cōmutationes legatorū ad piā cauſam in aliā cauſam piā.et eſt de caſibus reſeruatis pape cle.quia contingit de religio.domi.notatur in.c.quod tranſlationem.de offi.leg.

Cōmutationes legatorū per breue.

Aduertendū tamen eſt ſm aliquos practichos quod licet legatum incertum puta pro incertis pauperibus ſoleat commutari pro pauperibus conſanguineis uel pro aliqua fabrica.

Dicunt tñ quod certū legatū ad certū opus deputatū non cōſueuit papa cōmutare et hoc non ex defectu ptātis ſed uolūtatis.facit ff.de condi.et demon.l.in conditionibus primum locum uolūtas defuncti obtinet eaque regit cōditiones et dn̄atur in teſtis.

cōmutatio legatorum ad pias cauſas eſt reſeruata pape.

Reſeruatiōes beneficiorū uidi cōcedi per breue per ceſſum uel deceſſum uel quācūque aliā cōmiſſionē dicta beneficia obtinēdū cum derogatiōe quorūcūque collatorū indultorū ēt ſcē R.o.ecclefie Cardinaliū.iſtud tñ ſolet concedi perſonis multū gratis uel de ſede apoſtolica benemeritis alias non.quia huiuſmodi reſeruationes ſunt odioſe ex quo per illas aperitur uia ad uacaturas & preiudicatur collatoribus ordinariis.ut dicit glo.in.c.

Reſeruationes beneficiorum per breue.

preſenti.de off.leg.lib.vi.utrum aũt ſtante hmõi reſeruatiõe ualeat ceſſio facta ĩ manibus pape in fauorẽ alterius et prouiſio inde ſequuta de beneficio ſic ut ſupra reſeruato.dico ꝙ nõ niſi ĩ ea fiat ſpãlis mentio de hmõi ſpãli reſeruatione nec ſufficiunt tali caſu clauſule generales derogatorie quarũcunque reſeruationum ex quo reſeruatio cõcernit certũ corpus illius beneficii ut uult glo.nota.in.c.quamuis tibi.in uer.in genere de preben. lib.vi.et ponit Domi.conſi.ciii.in prima columna.

Diſpẽſatio ꝑ breue ſuper etate ad ſacerdotium.

Datur diſpenſatio per breue exiſtẽti in.xxii.uel circa etatis anno et in ordine diaconatus conſtituto ut promoueatur ad ſacerdotiũ aliquo die dominico uel feſtiuo ẽt extra tpa a iure ſtatuta de quibus in.c.ii.et.iii.de tẽpo.or.dũmõ alias reperiatur idoneus et aliud canonicum ei non obſiſtat ſuper quo ſua et Antiſtitis eligendi per eum cõſcientia oneratur debet tamen taliter ordinandus habere licentiã a ſuo ordinario.c.nullus.de parro.

Quis dicatur ordinari⁹ pro mouendorum

Quis aũt intelligatur ordinarius in hoc caſu hẽtur.in.c.iii.de tẽpo.or.lib.vi.et ex predictis apparet quod inferior circa etatẽ in ſacerdotio diſpenſare nõ põt quod tenet gl.in.cle.ſi. in uer. anno.eo.ti.quòd aũt dixi de conſtituto.in.xxii.anno. intelligo procedere in clericis ſecularibus. quia cum monachis diſpenſatur in.xxi.anno ad omnes ſacros ordines.

Licẽtia manẽdi extra ordinẽ per breue.

Profeſſo ordinẽ regularẽ datur per breue licẽtia ut extra illũ ordinẽ illiuſque domos et clauſtra poſſit et ualeat commorari.et quòd alicui capelle uel eccleſie cũ cura uel ſine cura de cõſenſu tñ illius rectoris in diuinis deſeruire ac ẽt aĩarũ curam illius parrochianarũ ſimiliter poſſit et ualeat de licẽtia tñ ſui ſuperioris puto tñ quòd ẽt uicarius generalis illius ordinis poſſit dare hmõi licentiã profeſſo quia per hoc nõ preficitur eccleſie par

rochiali quo caſu neceſſaria eſt diſpenſatio ſuperioris ut nota tur.in.c.ii.de ſta.mo.in ſũma.xxi.q.i.et in.c.ii.di.xxii.licet ali qui cõtra ut ponit dec.Rot.483.que icipit collatio fcã i nouis.

Regulari profeſſo certũ ordinẽ qui nulla ſuperioris ſui deſuper li cẽtia obtenſa habitu ẽt illius ordinis dimiſſo ad aliũ ordinẽ ẽt regularẽ ſe tranſtulit datur per breue ſeu cõmittitur abſolutio ab apoſtaſia nec nõ excõis aliiſque eccleſiaſticis cẽſuris et penis quas premiſſorũ occaſiõe quolibet incurrit.itẽ diſpẽſatio ſuper irregularitate ſi quam contraxit celebrando dum talibus cenſu ris exiſteret innodatus cum poteſtate perpetuo remanendi in illo ordine ad quem tranſiuit.ſed non cõſueuit cum tali diſpẽ ſari ad beneficia regularia uel ẽt unũ ſeculare curatũ niſi cum magna difficultate. Et nota quia neceſſaria eſt hmõi licẽtia illi qui propria auctoritate trãſiuit ad aliũ ordinẽ ut poſſit in eo li cite remanere.quia alias poſſet per ſuũ ſuperiorẽ reuocari das to quod trãſiuerit ad religionẽ arctiorẽ ex quo receſſit non peti ta ſaltẽ licentia a dicto ſuo ſuperiore ſm gl.in.c.intelleximus. de eta.et quali.in.c.mandamus.xix.q.iii.ponit Hoſt.Io.an.et cõiter oẽs.in.c.licet de regu. Credo tñ quod ex quo tranſit ad aliã religionẽ ẽt laxiorẽ nõ incurrit penas.c.ii.ne cleri.uel mo. li.yi.per rõnẽ quã ponit Rom.cõſi.cccxli.in.c.circa primũ etc.

Licentia re manẽdi in alio ordine per breue.

Aliquando ẽt illi qui habuerunt licentiã a ſuperiore proprio petũt illã pro ſubſiſtentia firmiori apoſtolica auctoritate confirmari datur tunc huiuſmodi confirmatio per breue cum clauſula ui delicet.durante licentia.et ratio eſt quia confirmatio ius de no uo non tribuit.c.inter dilectos.de fide inſtr. licet aliquos alios effectus operetur ut notat glo.in.c.fin.xi.diſt.

Electis in epiſcopos datur per breue diſpenſatio uel potius proro

Prorogatio tẽporis de cõſecrãdis epiſcopis.

gatio tpis de conſecrandis epis.ad bienniũ cõputãdum a fine tpis de cõnſecrãdis epis a canonibus diffiniti.quod eſt trium menſiũ poſt obtentã confirmationẽ ut notatur in.c.cũ in cunctis §.cum uero.de elec.& ideo electis in epos in frãcia nõ datur prorogatio de nõ promouẽdo ad ſacros ordines nec tpis ſupra dicti de cõſe.epis niſi eorũ electões fuerit ã ſe.apo.cõfirmate.

Quedam prorogationes cõcedũtur ſub ſola ſignatura.

